

No. *A.*
33-318



74-7

46-9

1911

2


33

314



Es de la lib.^{ra} del coll.^{gio} de
Benedictina.





VITARVM
PLVTARCHVM
 EDITOME, Com-

hoc est, R. 12485

GRÆCORVM ET ROMANORVM
 Illustrium res gesta, in com-
 pendia: redacta: iones huius

PER DARIVM TIBERTVM
 Equitem Cæsariæ.

HVIC EDITIONI ACCESSERVNT

A milij Probi vitæ excellentium Imperatorum, &
 aliorum quas pagina sequens ostendit. Nonnullæ
 item Nox Comparationes in

Indicem rerum insignium	173
ad Romanos	174
ad Græcos	181
ad Romanos & Græcos	190
ad Romanos & Græcos	192
ad Romanos & Græcos	200
Comparatio Timoleonis	200
& Themistoclis	200
Agis.	208
Tiberius Gracchus.	211
Cleomenes.	216
Caius Gracchus	224
Comparatio T. & C. Gracchorum	224
in Agide & Cleomene	230

APVD





11971010

ILLVSTRIVM VIRORVM
HAC EPITOME EXPLVTAR-
cho aliisque descriptorum, Com-
parati- num item 3
INDEX.

2485

*Quae Asterisco notata sunt, vitæ & comparationes huic
editioni nunc primùm accesserunt*

Theseus.	11	Marcellus.	174
Romulus.	16	Comparatio Pelopida & Marcelli.	173
Comparatio Thesei ac Romuli.	26	Hannibal.	175
Lycurgus.	27	Scipio Africanus.	146
Numa Pompilius.	35	Comparatio Hannibali ac Scipionu.	172
Comparatio Numa & Lycurgi.	43	Philopœmenes.	
Solon.	44	T. Quintus Flaminius.	173
Val. Publicola.	55	Comparatio Philopœmenis ac Titi.	173
Comparatio Soloni cum Publicola.	67	Aristides.	174
Alcibiades.	64	Cato Major.	181
Martius Coriolanus.	78	Comparatio Catonis & Aristidis.	190
Comparatio Alcibiadis & Coriolani.	84	Timoleon.	192
Themistocles.	86	Publ. Scævola.	200
Lucius Camillus.	92	*Comparatio Timoleonis & Scævole.	200
*Comparatio Themistocli & Camilli.	99	Agis.	211
Pericles.	101	Tiberius Gracchus.	211
Fabius Maximus.	109	Cleomenes.	216
*Comparatio Pericli & Fa- bii Maximi.	115	Caius Gracchus.	224
Pelopidas.	117	Comparatio T. & C. Gracchoru cū Agide & Cleomene.	230

I N D E X.

Alexander.	232	Demosthenes.	405
Alia.	238	Cicero.	411
Comparatio Lyfandri ac Silla.	246	* Comparatio Ciceronis & Demosthenis	422
Pyrrhus.	247	Demetrius.	425
Caius Marius.	256	Antonius.	439
Comparatio Pyrrhi & Marius.	263	* Comparatio Demetrii & Antony.	454
Eumenes.	266	Artaxerxes.	456
Sertorius.	271	Galba.	464
Comparatio Eumenis ac Sertory.	278	Aratus.	470
Cimon.	279	Marcus Otho.	481
Lucius Lucullus.	287	Ex Aemilio Probo.	
* Comparatio Cimonis & Luculli.	296	* Miltiades.	487
Nicias.	298	* Pausanias.	493
Marcus Crassus.	304	* Thrafsybulus.	497
Comparatio Nicia & Crasti.	310	* Conon.	500
Agessilaus.	311	* Iphicrates.	504
Pompeius.	318	* Chabrias.	506
* Comparatio Agessila & Pompeii.	335	* Timotheus.	508
Alexander.	335	* Datames.	511
Caesar.	345	* Epaminondas.	519
* Comparatio Alexandri & Caesaris.	358	* De Regibus breuis Notatio.	527
Phocion.	362	* Hamilcar.	529
Quintus Junior.	371	Ex variis.	
* Comparatio Phocionis & Catonis	382	Euagoras.	532
Dion.	385	Pomponius Atticus.	538
Marcus Brutus.	394	* Philippus Macedo.	544
Comparatio Dionis & Bruti.	404	Sicilia tres Principes priors.	
		* Gelo.	554
		* Hiero.	560
		* Dionysius.	563
		* Augustus Caesar.	605



DARIUS TIBERTVS

EQVES CESÆNAS, IV-

LIO CÆSARI CANTEL

mo, Atristiti dignissimo.

S. P. D.

Poteris fortasse, neque iniuria Tuli
Casar literatorum optime, & opti-
morum literatissime, non parum ad-
mirari quo ausu, quæve ambitione,
ego nullus (ut ita dixerim) literarum remis in-
fructus, Plutarchi illud in historia latissimum pe-
lagus, hac fragili cymba percurrere tentauerim.
Quinimo cur opus illud ingens, varium, diffusum
grauissimumque ausum intra hos arctissimos limi-
tes parietesque premere: ex quo nimium fortasse
mihi sumpsisse videbor, seu lernææ hydram etiã
aliquando superare me posse putauerim. Sed unum
hoc velim pro tui ingenij felicitate arripuer-
das: non latuisse me, hoc epitomes genus eorum mu-
neris fuisse, quibus altius est ingenium, Minerva
elimatior, facundia præstantior, & (ut de Nesto-
re inquit Homerus) quorum ex ore, melle dulcior
fluit oratio. Nam opus hoc tantarum vigiliarum,
omnium fermè scriptorum monumentis ac heroum
tam nostrorum quàm externorum laudibus est ex-
ornatum, nec iniuria. Habet enim iam dicendi

EPISTOLA.

maiestatem, ut nullum aliud antiqua dignitatis
 & gratia tantum contineat. Vnde studiosissimo
 cuique suppetit, ut hinc sibi tanquam violas ex
 fragrantissimis hybla floribus deligere suoapte pos-
 sit ingenio, quod placet imitari. Sugere quod hor-
 reat. Verum enimvero, quia non nisi diuturno la-
 bore & longo studio deprehendi possunt, quae cir-
 cum, dissimulus scriptor Plutarchus tanta ele-
 gantia & dicendi copia ac decore conscripsit, pro-
 pterea nonnulli quibus negotiorum moles lecti-
 tandi ocium aufert, & prolixiore non oblectantur
 historia, paucis intercipere plurima cupiunt, om-
 niaque breuiter cognoscere. Efflagitarum itaque
 à me quotidiano quasi conuicio, ut pro virili no-
 stra conarer opus illud tantorum dierum breuissi-
 mo quam possem compendio complecti; ne iugi le-
 ctione & prolixitatis & tadio affecti illi excel-
 lentium virorum cognitionem amitterent. Lauda-
 bilis enim, conducibilisque esse dixerunt ex ele-
 gantioribus dictis pauca aliquot memoria tenere,
 quam multa legisse, & omnia per obliuionem per-
 didisse. Ego autem ne amicus esse inexorabilis pra-
 ter fas viderer cum aduersus honestam eorum pe-
 titiorem contendendum non esse putassem, potius
 ingenij mei tarditatem criticorum iudicio subij-
 cere decreui. quam officij immemorem me haberi.
 Optimi profecto cuiusque munus est, (ut Socraticis
 placet) humanae societati semper prodesse dum
 possis, ut beneficio tuo plurimi efficiantur, & ne
 (ut Crispus iubet) veluti pecora vitam sine lau-
 de exi-

de exigamus. Quid enim turpius est, quàm torpes-
 scendo mortuorum instar degere, & nemini pro-
 fuissè unquam? Nemo quidem non iam in ipsa vi-
 ta mortuus est, qui illustre nihil & eximium post
 se reliquit, & quem nulla æternitatis fama com-
 mēdat. Idcirco videlicet amicorum precibus, pro
 mediocritate nostra, obtemperandum decreuimus.
 Caterùm ubi post longissimas lucubrationes, ad
 operis calcē usque peruenissem, ac de editione mox
 à multis infestarer, diu mecum ipse deliberavi, cu-
 iusnam iudicio potissimū noctes nostras castigan-
 das traderem. Et cum vniuersam Latinorum A-
 cademiam, doctissimorumque virorum gymnasia
 mente perlustrassem, cōperi neminem, cui libentius
 labores hos meos corrigendos emendandōsque da-
 rem, quàm tibi Iulio Cesari Cantelmo, Antistiti
 dignissimo, tum etiam nobilissimo. Nam tuos na-
 tales regios non ignoramus ex utroque parente.
 Mater enim ex Bauciorum prosapia regia est, cum
 qua affinitatem contrahere Aragonius. Ferdinandus
 non est dedignatus: Cantelmorum verò fami-
 liam à rege ipso Albionis insula (quam Scotiam
 vocant) procedere, tum annales edocent, tum com-
 mune etiam insigne declarat: ruber nēp̄e in auro
 erectus leo, patenti ore cauda ad caput reflexa,
 coloris cyanei. Sed tua propria illa, ingenium, mo-
 res, comitatem comitatam grauitate, religionem
 & integritatem si voluero recensere, me imparē
 ut profitear necesse erit, maximè quando præter
 ea quæ de te non nisi miranda stupendæque rese-

EPISTOLA.

runtur, etiam magnifice ciuitatis nostra Cesene,
 totiusque Flaminiæ gubernacula nunc modera-
 ris tanta prudentia iustitia, integritate, sapientia,
 verba mihi desint, quibus sententiam animi
 mei aperiam, & affectum. Hinc est, quod in te
 dudum totus hæreo præsertim ob charitatis simul
 illud & pietatis officium, quo tua pro animi cle-
 mentia Cornelium filium amplecteris. Et quantum
 ex hoc maximum mihi peculiariter abs te quasi
 ac alienum conlasse videar, tamen ut antea sem-
 per, sic & nunc propter solam virtutem reliquam
 in genere, tantum tibi venerationis præsto, tantum
 que dignitati tue priuatim & publicè defero, ut
 memetipsum, decus & opus meum iudicio tuo sum-
 mo atque grauissimo credere non dubitarim. Nam
 cum mihi ipse satis non confidam, in re propria
 alium consulere fas est: ut ita securius à maleuolo-
 rum calumniis agam. Ergo qua possum veneratio-
 ne & officio precor, ut pro tui animi generositate
 & dignitate, ac familiae tue excellentia, deditio-
 nem hanc nostram benignè suscipias: Vale: & i-
 da humanitati tue me cum Cornelio filio deditum
 esse puta, ut neminem habeas vsquam deditum
 equè. Ex municipio nostro monte Guidono,
 pridie Calend. Maias à Christi
 natali M. CCCXCII.

FINIS.

PRAE-

P R A E F A T I O A D

Candidum Lectorem.



VVM in Indice, prioribus pagellis affixo, asteriscis notatae sint vitæ & comparationes quæ ad hanc epitomen nunc primum accesserunt, ex quarum lectione quid & quantum in vestri gratiam præstitum sit apparet: de utilitate totius operis Plutarchiani differere, & ad huius attentiores considerationem vos deducere præstat. Quæ in re, mentem & verba doctissimi H. Crusærij (qui Plutarchi vitas ex Græco in Latinum sermonem conuertit) proferre in medium, quam nostra proponere maluimus. Δις γὰρ καὶ τρεῖς τὰ κείλα. Quandoquidem ergo Philosophi præcepta virtutis tantum præscribunt, historia autem quid cum virtute aut secus sit actum depingit: philosophia ut magistra docet, ut auocamentum ad hilaritatem historia delectat: utrunque præstat in hoc vitarum opere Plutarchus. Vnde plus docet quam historici reliqui, & stimulos relinquit in animis lectorum quam reliqui Philosophi, ac rores. Quippe videntur illi docere ea quæ efficere queat nemo: ac ne illi quidem ipsi videntur sequuti ea quæ scripsere. Hic præcepta virtutis simulque imagines subiicit eorum qui laudabiliter eam

P R A E F A T I O

repræsentauerunt. Atque idem facit quod
 medici. Vt enim illi medicamenta, à quibus
 gustus abhorret agrotantium, condiunt
 gravioribus, ac lenocinium faciunt lin-
 guæ: ita virtuti ad quam ascēsus est arduus,
 ac cuius apparet duram esse tractationem,
 semitas Plutarchus leniores prætexit. Neq.
 verò in vna virtute versatur, sed cunctas cō-
 plectitur: omnesque ita exequitur cum em-
 blematibus quàmque suis, vt compendium
 sit factorum dictorumque sapientissimorū
 hominum & ducum atque principum ex-
 cellentissimorum. Neque in instrumento
 versatur vnius Reipub. tantum vel regni,
 sed omnium laudatorum.

Iam vt commonstrat omnes virtutes, ita
 subiicit oculis omnia genera cōtrariorum
 vitiorum, ostenditque quàm fuerint turpes
 qui iis inquinari fuerunt, & quàm foedum
 habuerint exitum. Vt autem hoc tempore
 pleriq. omnes ad studium iuris ciuili con-
 ferunt se, non iuris aut recti bonique amo-
 re, sed pecuniæ faciendæ causa: (quam arte
 iam adepti, omne ius peruertunt, diui-
 num & humanum, argutiisq. atque impu-
 dentia leges perrumpunt omnes, æternita-
 tis & famæ quoque securi) ita multi appli-
 cant se ad Rempub gerendam, aut in publi-
 ca consilia inuolant, non illi quidem vlla
 patriæ aut principis charitate, sed ad rem
 augen-

AD LECTOREM.

angendā priuatā atque diripiendā publicā.
 Quare non laborant si ad Rempub. illotis
 pedibus accedant. Debent verò qui cum
 laude præesse Reipub. volunt, vel principē
 agere, dare in primis operā vt rectē insti-
 tuantur: & si non vacat omnem vt hauriant
 philosophiam, ethicis certē (quæ de mori-
 bus & virtutibus tractant) vt sint egregiē
 tincti: quorum præceptor est Plutarchus o-
 ptimus. Siquidem decet Principē vel eum
 qui cum laude populo præfaturus est, sicut
 potentia præualet ceteris, ita prælucere vir-
 tute, omnibūque ornamentis esse cumula-
 tissimum. Requiritur autem in eo princi-
 pe, vice oculi, prudētia. Addit Diomedi co-
 mitem Homerus Vlyssē, ea fabula adū-
 brans & significans flaccidam ac eneruatā
 potentiam virēsque sine prudētia esse: qua
 adhibita magna imperia constituuntur, &
 amittuntur neglecta. Plutarchus verò sa-
 pientissimos viros proponit, Lycurgum,
 Numam Pompilium, Solonem, Publicolā,
 Fabium Maximum, Catonem Maiorem.
 Præsētis in casibus subitis consilij imagi-
 nem ostendit Themistoclem. Iam propter
 potentiā Principes timemus, propter pru-
 dentiam suspicimus, propter iustitiā ama-
 mus. Siquidem copulata cum solertia po-
 tentia, si absit iustitia, existit tyrannis, quam
 omnes horrent & execrantur. Quos verò

P R A E F A T I O

iustitiæ cultores arbitramur, vt valentiori-
 bus deficiatur opibus, nec perinde ingenij
 acumine valeant, his fidimus tamen, his nos
 nostraque concedimus, neque est virtus v-
 na alia quæ tantum charitatis conciliet at-
 que beneuolentiæ. Huius proponit simu-
 lachra, Solonem, Publicolam, Aristidem,
 Catonem Maiorem. Abstinentiæ & integri-
 tatis exempla dat Periclem, Phocionem,
 Ciceronem, Catonem Uticensem. Liberali-
 tas & beneficentia digna est principe virtus,
 magnamque ei & splendorem adfert & fa-
 uorem. Ad eam amplectendam proponit
 Alexandrum Magnum, Cimōnem Athe-
 niensem, Fabium Maximum, Iulium Cæsa-
 rem. Habes magnanimitatis speculum in
 Alexandro, Scipione Africano, Cæsare: cō-
 stantiæ in Pericle, Fabio Maximo, Demo-
 sthene, Phocione, Catone minore. Magnū
 ornamentum adiungit principi moderatio
 animi, qui neque rebus lætis effertur, neque
 de gradu deiicitur asperis. Hic intueri in
 Fabium Maximum, Paulum Æmilium,
 Phocionem, Philopœmenem, Catonē mi-
 norem, M. Brutum licet. Tolerantiæ doctor
 Pericles est & Fabius Maximus: humanita-
 tis Scipio Africanus, T. Quintius, M. Cice-
 ro: Clementiæ M. Marcellus, Iulius Cæsar.
 Ad pacem & otium spectandum, alendam-
 que inter ciues cōcordiam, ducem se præ-
 bet

bet Nu-
 rum p-
 giftru-
 Phocionem
 ximo a-
 Vic-
 tūque
 tātia R-
 tos pr-
 sunt C-
 co sec-
 cellus
 gno i-
 dius. I-
 Gylip-
 mosth-
 tissim-
 esse à
 Magn-
 leuita-
 & cas-
 fuit D-
 cia. N-
 capita-
 figies
 tonio
 ad in-
 lopid-
 mia
 trans-

bet Numà Pompilius. Còtinentiæ & laborum perferèdorum offert se Lycurgus magiftrum. Modestæ lumen est Timoleon, Phocion. Grauitas & feueritas in Fabio Maximo atque vtroque Catone elucet.

Vice verfa notantur vitia reprehendunturque à Plutarcho. Temeritas & præcipitãtia Reipub. imprimis est calamitofa, multos præcipites egit infignes duces. Teftes funt C. Flaminius & M. Varro bello Punico fecundo, itémque Pelopidas & M. Marcellus, cætero qui hi laudatiffimi. Nihil magno in viro est auaritia & rapacitate fœdus. Documento est apud Lacedæmonios Gylippus, M. Crassus apud Romanos. Demosthenis auro obnoxij exilium, præstantiffimi cætera viri, admonet abftinendum esse à muneribus ei qui Rempub. procurat. Magna fuggillatio gerentis Rempub. est leuitas. Ea exprimitur Alcibiadis moribus & castigatur cladibus. Noxia magnopere fuit Dioni & Lucullo austeritas & peruicacia. Nihil pestilentius in principe viro vel capitalius crudelitate: cuius in Lyfandro effigies, itémque in C. Mario, Sylla, & M. Antonio Triumuiro cernitur. Rapuit multos ad interitum vindictæ cupiditas: quod Pelopidæ fato & M. Coriolani ostèditur. Nimia ambitione non vulgares principes transfuersos actos fuiffe, calamitatésque sibi

FRAEFATIO

& suis inuenisse graues & acerbis; casus do-
 cuit Pyrrhi, Marij & aliorum. Hac denique
 impulsi Pompeius & Cæsar Romanâ con-
 uulsere libertatē. Dicacitas multas inimi-
 citias cōflauit Ciceroni. Reprehenditur lu-
 xus & prodigalitas: quib. non vacauit pro-
 fus Lucullus, & infamis fuit M. Antonius.
 Ebrietate & crapula admodum deformari
 principis laudē, eamque esse calamitosam
 subditis, ipsis verò imperatorib. frequenter
 fuisse exitiosam, docuerunt Alexander ma-
 gnus & M. Antonius. Proiecta in Venerem
 libido quanta discrimina cladēsque aduehat,
 periculum Demetrij atque exitium Antonij
 demonstrauit. Habes luminaria & notas
 paucas de multis quæ extant apud Plutar-
 chū. Ea si quis cuncta lumina virtutū quasi
 flores excerpserit, & tãquam putrida vlce-
 ra hæc vitia exciderit, atque ita fuerit excul-
 tus: nemo ornatiorem principem Philoso-
 phus, ne ipse quidem in Cyropædia instru-
 xerit Xenophō. Hæc ergo ante oculos po-
 nenda, hæc inculcanda crebrò exempla sunt
 iis quibus dominationem parētes sunt per-
 manus tradituri. Huiuscemodi libri voluē-
 di terendique. a sidiuè omnibus principib. &
 iis qui præesse cū laude auent Reipublicæ.
 Quo magis improbandum est Regis cuius-
 dam inter seculi nostri principes versutissi-
 mi dictum, qui literis imbui filium & suc-
 cesso-

cessor
 pfe an
 perui
 gno r
 quom
 quasi
 futur
 dand
 Alex
 gaud
 filius
 quo
 bile
 se de
 inge
 quos
 & ci
 fari
 tum
 turi
 nibe
 disc
 sub
 ant
 rim
 tio
 In l
 cit
 Plu
 pot

cessorem noluit. Dicebat enim, quia eas ipse attigisset, se in consiliis capiendis fuisse peruiaciorem. Næ ille præficere voluit regno stiptem, apud quem primores regni quomodo coram defuncti Alexandri statua quasi deliberationibus & rebus agendis præfutura inibant eius successores cõsilia. Laudandus autem Philippus Macedo, qui nato Alexandro quàm primum ad Aristotelem gaudere scripsit se, non ita quod natus sibi filius esset, sed quòd natus seculo ipsius, à quo institui valeret ad virtutem. Memorabile etiam ipsius Alexandri dictũ, qui plus se debere Aristoteli quàm Philippo patri ingenuè fassus est: ab hoc enim habere se quod viueret, ab illo quod honestè viuere & cū decore posset. Vides iam quàm necessaria virtus sic cū omnibus mortalibus, tum præcipuè illis qui Rempub. sunt tractaturi. Porro virtutes nõ nascuntur cū hominibus, sed magnis sudoribus cõparantur & discuntur. Vfus verò rerũ longus est, quem subinde præcurrit mors: vt decedendum sit antequã quid officij nostri sit discere valuerimus. At est cõpendiũ ad eas recta institutio lectiõq. philosophorũ & historicorum. In his, qui quidẽ in vtroq. genere floreat, citra controuersiam faciliè primas tribues Plutarcho, qui tibi satis iã percepisti quàm possit esse conducibilis. Quare, quicũque

P R A E F A T I O.

rempub. statuisti gerere, & contendis ad
 laudem, quicunq; prudenter de rerum hu-
 manarum statu iudicare cupis, Plutarchum
 amplectere: perpetuò eum versa, nec depo-
 ne de manibus: immo ad præcepta eius te
 accommoda. Vale, Candide lector.

EX AGATHIA SCHOLASTICO, in statuam Plutarchi

EPIGRAMMA.

*Ausonij Statuam decoris Plutarche perennis,
 Hanc Cherronensi constituere tibi:
 Inter se alternis quod componenda dedisti
 Incljta Graiugenium factaque Romulidum.
 At non ipse tamen, tibi qui contendere possit
 Scribere, nec similem tu reperire queas.*

G. Xylander.

IN PLUTARCHVM.

*Historiam hic, alij mores sopheriamque colamus,
 Nullus erit geminum qui tibi præstet opus.
 Hoc Cherronensis studium coniunxit utrunque,
 Historiae mores, moribus historiam.*

St. Paschasius.

VITA.



VITARVM PLV-

TARCHI EPITOME,

DARIO TIBERTO POETA

& equite Cæsante auctore.

Theseus.



THESVS Ageo & Aethra Pithei
 filia natus est. Cum qua fortè fortu-
 na, aut Pithei calliditate dum cois-
 set, gravidamque fecisset, in futu-
 ræ prolis recognitionem, ansem, cal-
 ceoïque sub eximia magnitudinis saxo abdidit.
 Factumque mulieri aperiens, mandavit, ut cum
 filium ederet, isque ad eam perveniret atatem,
 qua saxum pellere posset, acceptis depositis clam
 ad eum cum inventis mitteret. Quem cum eni-
 xa foret mulier, ei Theseo nomen indidit, ob si-
 gnorum depositionem, quam Græci *θίσιν* appel-
 lant: seu ut aliis placet, eo tempore quo Athenis
 ab Ageo in filium susceptus est, Theseum appel-
 lauere, ob adoptionem, qua *θίσιν* Græcè dicitur.
 Quippe cum Aethra minus ederet, à quo fuisset
 cognita, Pitheo auctore fama concrebuit, puel-
 lam à Neptuno esse compressam: nam Troezenæ
 summa veneratione colebatur, eratque ei ciuita-
 tis tutela consecrata: in qua Pitheus nulli fortè
 erat inferior. Cum igitur atate, viribus, forti-
 tudinéque & consilio adoleuisset Theseus, Del-
 phos se contulit: ubi Deo, comarum primitias
 offerens, anteriorem capitis partem abradi fecit,
 ne vllas ad capiendum hostibus insas daret, vt

de Abantibus scribit Homerus. Reuersusque ad matrem, ab ea petit, vt suæ originis certior fieret. Quæ cum ad lapidem iuuenem perduxisset, aperuissetque originis secreta: ille saxum facile pel- lens, sublatis inde paternis signis, Athenas profi- cisci statuit. Erat tum quidem ad Athenarum vr- bem iter non tutum, sed latrocinis & infidiis oppletum. Et cum à matre auoque moneretur, vt pelago potius quam terra se committeret, ipse vt Alcidem imitaretur, cuius fama vehementer incendebatur, terra iter fecit. Erat quippe ex ma-
Thesei
genu ab terno genere non distans ab Hercule: ex patrie-
Hercule. libus enim nati fuerant: nam & Pitheus & Lyfi-
 dices fratres erant, ex Hippodamia & Pelope: ex illo Athra: ex isto Alcumena, de qua Hercules: ex illa Theseus ortum habuit. Indecens ergo fore ducebat, cum ille terras, mariæque sua expugna- set virtute, tutæque reddidisset, prædonum cer- tamina se euitare. Patris enim famam deforma- turum credebat se, si sine sanguine facinoræq. præ- claro, patri enses calceosque, vera generis indi- cia, redderet. Hac ratione iter aggressus, Periphæ- tam in Epidaurio, claua armatum, ac transitu eum prohibentem interemit: reseruatæ sibi in belli v- sum claua, qua veluti Hercules in postero usus est, Sicinen Pitycamptam ac transitu eum peremit pacto, quo & alios ille superauerat. Ex cuius filia venustatis eximitæ, Menalippum susce- pit. Phæam quoque siem immanissimam feram, seu mulierem latrocinis assuetam, in Cromyo- ne fortiter interemit. Tradunt etiam Theseum in agro Megarensium Scyronem oppressisse, quæ- uis de hoc variè sentiant historici: Cercionem quo- Arcadem in Palæstra ab eo superatum, Eleusina necauit. Nec multo post Damastes, Procustesque eo torturæ genere, ad quod hospites compelle- bant.

*Prima
Thesei
gesta.*

bant, ab eo in Hermione exanimati sunt. In iis
 Herculem imitari conatus est: qui supplicio, quo
 hospites peregrinos insequerentur, eodem ipse
 affecit: qui Bulyrim immolauit, Cygnum singu-
 lari deuicit cerramine, Anteam suffocauit, capi-
 te quoque Termerum detruncauit. Sic quoque
 Theseus facinorosos vltus homines, qua alios ip-
 si pœna mulcabant, eadem illos affecit. Cùm-
 que iter proficeretur & à Phyalidis hominibus
 conuiuio honorificè exciperetur, renunciatū est,
 Ægeum ac domum totam, ciuium factionibus
 fluctuare. Sexto igitur idus Aprilis, Theseus Athe-
 nas perueniēs, vltra ciuiles seditiones, etiam Me- *Medea.*
 deam, domum totam Ægeamque turbantem in-
 uenit. Quæ cùm ex Corintho Athenas se contu-
 lisset, medicamentis Ægeam curatura, procrean-
 da prolis causa cum eo se commiscuit, timens &
 Thesei aduentum, quem audiuerat rediturum,
 seni persuasit, vt hospitem cõiuuam veneno ne-
 caret. Dum applicuisset Theseus, non se cõtinuò *Theseus*
 prodit: at periculum faciens, an ex signis di- *à patre*
 gnosceretur à patre, ensē eduxit è theca, carnes *agnitus.*
 ceu in prandio incisurus. Illum agnoscens Ægeus,
 amplexo filio, veneni poculum eiecit è mensa:
 & exultantibus cunctis, patri successor consti-
 tutus est. Verū Pallantidarum gens, quæ occupādi *Pallanti-*
 regni desiderio immorabatur, decedēte sine filiis *da.*
 Ægeo, agrè ferēs Thesei receptionē, omni quasi
 spe destituta cum Pallante in Theseum irruens,
 parsque Gargetti per insidias hostem adoritur.
 Theseus autem his cognitis Pallantidarum præ-
 conem, aduersus insidiantes impetum faciens,
 omnes trucidauit. Pallantem verò sequuti, audita
 suorum strage, in fugam conuersi sunt. His autem
 peractis, & rebus cõpositis, Theseus, vt populo gra-
 tificaretur, Marathonium taurum Tetrapolita-

Andro-
gei factū.
 infestantem cepit, viuumque per ciuitatem agēs:
 Apollini immolauit. Interim Atheniensibus tri-
 buti tempus instabat: id fuit huiusmodi: Andro-
 geum in Atticam miserat, philosophos vt audi-
 ret, Minos. Qui dum ingenio fortassis nimium
 floreret, inuidia sublatus est. His rebus Minos
 excandescens, continuis praliis Athenienses in-
 festabat. Qui missis in Cretam caduceatoribus,
Pactum
de expia
da An-
drogei
morte,
 Minoem vt placarent, fœdus hac lege percusse-
 runt, vt nono quoque anno ad expiendam An-
 drogei mortem, puberes septem, virginēque to-
 tidem, tributū nomine in Cretam mitteret à Mi-
 notauro in Labyrintho deuorandos. Hoc igitur
 tributum cum bis persoluissent, iamque tertio
Pius The-
sei ani-
mus.
 redeundi tempus instaret, Theseus ciuium mise-
 ratus conditionem, vnus sponte esse voluit, qui
 communis miserie periculum subiret. Ciues ea
 re vehementer dum lætarentur, Ageus pater id
 agrè tulit, cūque nullo pacto posset à senten-
 tia filium distrahere, hoc duntaxat Amarsyadam
 Phereclum nauis gubernatorem monuit, vt vi-
 ctoria si potirentur, album attolleret in reditu
 velum: nam in perniciē signum nigro disce-
 dentes utebantur. Sortitis igitur Theseus pueris,
 soluit in Delphinum ad Apollinem, pro commu-
 ni liberatione precaturus. Inde accepto responsō,
 transfretauit in Cretam. Vbi cum in regis con-
 spectu, Athenarum ciuitatem negaret vilo iure
 tributū occasionem illi fore obnoxiam: Taurus
 Minois dux, vir summæ fortitudinis & audaciæ,
 (quāquam ob morum contumaciam, & quod
 cum Pasipha coire suspectus erat, omnium ani-
 mos offenderat) sua dextera, secus esse, dixit se
 probaturum. Qui cū in certamen descendisset,
 à Theseo superatus, occubuit. Hac victoria Mi-
 nos nō mediocriter gauisus, pueros Theseo red-
 didit,

didit, ac tributo Athenas liberauit in posterū. Ariadna autem Thesei virtute aspectūque deperdita, cum eo clam aufugit in Naxum. Ipse, aut valetudine aduersa, aut consuetudinis fastidio, cum eam ibi reliquisset, Delō applicuit. Perfectaq; salutatione, & habitis Deo gratias, in Atticam remeabat. Ibi præ læticia, album velum victoriæ signum attolli iubere, memoria excidisse fertur. Itaque *Ageus*, qui de filij reditu sollicitus erat, velum pullum aspiciens, dolore affectus in mare è saxo se precipitauit, indiditque illi nomen. Quod cum rescisset Theseus, peractis prius libationibus, tristis ac squalidus in urbem se recepit, ac instans persoluens, patrem splendide tumulauit. Prouinciam subinde non paruam aggressus, vniuersos Atticam incolentes, in urbem & populum vnū compulit: pollicitus, cōpositis rebus, Remp. popularem sine rege se dimissurum, & pro belli tantum duce legūmq; custode se gesturum. Cui cum obtemperarent omnes seu paritatem æqualitatemq; desiderantes, seu quod eius potentia formidarent: Prytanea, curias, ac magistratus priuatos ipse sustulit: vnum Prytaneum, & communem omnibus senatū vnū constituens, Athenas ciuitatem nuncupauit: instituto autem in hoc ipsum communi sacrificio, Panathenea appellato: cui quidem aliud quoque subiunxit (*Mœteria* vocant) in cuius celebratione de receptis in ciuitatem ciuibus publicè exultatur. Stabilita itaq; Remp. regnum deposuit: proposito edicto hoc, Huc populi omnes accedite: mortales tāquam omnes ad vnā vitæ æqualitatem aduocās. Quare cum multitudo mirabilis confluxisset, colluuiem eam in ordines treis, scilicet nobiles, artifices, colonosque discreuit. Nummos cudi fecit, sub bouis impressione: aut ob Marathons bouis victoriam,

Ariadna
Obliuio
Lothalis
Agei
interitus

Panathenea
diuinitas
παύτης
λεω
Demo
cratia
Athenarum

16

Qua gratia nomen in agrum habuerit. Isthmia Neptuni.

Antiope facinus.

Pythopolis unde dicta sit.

Thesei vxores.

aut ob Minois Taurum superatum seu quod omnes ad culturam inuitaret vehementius. Megaren suam similiter agrum Attico tradidit. In cuius memoria columnam in Isthmo his verbis erexit: Quæ ad orientem spectat, Ionia est, non Peloponnesus: quæ ad occidentem est, Peloponnesus, non Ionia. Certamenque primus in Isthmo constituit Neptuno. Isthmia nuncupans, ad Herculis imitationem, qui olympia Ioui fieri voluit. Cum Corinthiis quoque composuit, ut Athenienses ad Isthmia venientes, tanto in spectaculo cæteris præferrentur. Posteaque in Euxinum mare nauigans cum Hercule contra Amazonas militasse dicitur, in cuius rei præmium, Antiope habuisse ferunt. Variè tamen de Antiope scribunt historici. Cuius amore cum Soloontes vnus ex Thesei comitibus plurimum flagraret, ab ea spreus, in fluuium se demersit. Cuius mortem Theseus grauer ferens, Pythiæ oraculi meminit: quod in peregrina terra graui cum mœrore correptum iri prædixerat, monueratque eo in loco urbem uti conderet. Quod cum fecisset, Pythopolim nominauit. Et relictis ibi Soloontis fratribus, & Hermo nobili Atheniense, tanquam legum seruatore secessit. Afferunt aliqui, Theseum sine Hercule cum Amazonibus conseruisse, easque deuicisse, & Hippolytam, non Antiope obduxisse: ex qua Hippolytum suscepit: qua mortua, Phædræ in vxorem accepit: cuius & Hippolyti euentus, infelicissimi fuere. Alias præterea nuptias celebrauit: nam & Anaxo Træseniam rapuit, & Synne Cercyonemque interemptis ipsorum filias compressit, quin & Periboriam Aiæ matrem duxit vxorem, rursusque Phæriboriam & Hiopam Hiphiclis filiam: & ob Aglæ, quam deperibat, Panopei filiam Adriadæ turpiter repudiavit. Initaque, mox cum Perithoo amicitia, cum Deidamia

Deid
Eode
Spart
nia
matr
refer
rum
regi
venu
Cerb
caner
re. V
cos,
hend
Thes
temp
les in
patu
luti
citar
cepti
erat)
quan
Quo
mate
trè L
apud
Herc
bitus
Thes
nas p
sugg
oppr
Garg
Lyc
petii

Deidamiz nuptiis cum Lapithis, Centauros vicit. Eodem quoque comite iã quinquagenarius cum Spartã venisset. Helenam rapuit, ad coniugij munia nondum parem: quam tamen in Aphidnas cū matre seruandam misit. At vt Perithoo gratiam referret, secum ad rapiendam Aidonei Molosso-^{Helena}rum regis filiam in Epirum se contulit. Erat enim ^{raptam} regi coniunx Ceres nomine, & filia Proserpina venustatis eximiaz, & canis atrox cognomento Cerberus. Regis verò edictum erat, vt quisquis canem certando interemisset, filia potiretur vxore. Vbi autem Perithoom ac Theseum non procos, verum raptores agnouit, vtrunque comprehendi quidem, alterum verò cani deuorandum, Theseum carceri mancipandum tradidit. Eo ipso tempore Mnestheus Peichensis, Athenarum nobiles in Theseũ coacitauit: singulis ipso-^{Mne-}rum principum ipsam ademisse, in oppidoque eos iam veluti mancipia oclusos indignissimè tractari dictitans. Itaque monet, vt Tyndaridis in urbem receptis (quorũ de genere Helena quoque oriunda erat) eos inimicos semper aduersus Theseum tanquam prædonem & peregrinum sibi adiungunt. Quo factò rerum summa potiti Atheniensium primates, oppressis Thesei amicis, Aethram eius matrem Lacedæmonè abegerunt. Cùm autem interea ^{Atheniẽ} apud Aidoneum regẽ familiariter hospicaretur ^{ses à The-} ^{seo defi-} ^{ciunt.} Hercules, deque Theseo ac Perithoo sermo habitus esset, agrè ferẽs Hercules Perithoi interitũ, Theseum à carceribus liberauit. Qui cùm Athenas proficisceretur, turbata omnia Mnesthei suggestione comperit. Dùmque eorum audaciam opprimere nititur, ab aduersa factione deiectus, Gargetrum cõfugit. Inde in Scyrum nauigans, à Lycomedede eorũ rege contra Athenienses auxiliũ petiit, qui cùm primum annuisset, mox vt Mne-

*Thesei m
vitiis.*

*Vbi sine
ossa The-
ses sita.*

Atheo gratificaretur, coacto exercitu Theseum ad Atticos vsque fines produxisse fertur, & quasi agrum ostensurus, è saxo eum præcipitavit, inter-emitque. Alij tamen, loci errore in foueâ occultâ eum decidisse asseuerât. Eius autem filij, qui ipso fugato ad Elephenoré profugere, mortuo Mne-ætheo regnum susceperunt. At posteris temporibus à Pythia Athenienses respôsûm habuere, vt inuestigata repertâque Thesei ossa iatra urbem honorificè conderent. Quod tandem Cymanis tempore & opera, magno cum omnium applausu & læticia factum est, tanquam Theseum ipsum in urbem redeuntem recepissent. Sita igitur sunt ossa iuxta gymnasium: in quorum honorem tibi Asylum seruis humilioribus, ac pauperibus, tanquam eorum patroni ac defensoris positum est, constituto in posterum annuo ad octauam Idus Iulij in Cretensis victoriæ, ac eiusdem Athenas cum impuberibus reuersi memoriam sacrificio.



Romulus.

ROMULI quidem genus multifariâ à scriptoribus proditum est: non omnia tamen reperta, at summa sequar fastigia rerum. Illa itaque, aut Rheæ (vt multis placet) Numitoris filia, & Vastalis sacerdos, à Marte compressa, gemellos enixa est: Romulum scilicet, & Remum. Quorum ortu cum magnopere sollicitaretur Amulius (Numitoris frater) ne dum ex ephebis excederent, regno pelleretur, continuo eos ad Ty-

*Romuli
& Remi
ortus.*

beris

beris fluēta exponi iussit. Quibus expōsitis, & lupā vbera fortasse fellitantibus, cum per Faustulum regij pecoris custodem inuenirentur, à pice etiam elcis expleri: allectus pastor infantium indole, cui alludere & inadulari videbantur, ab vxore tolli & ali voluit. Huic nanque Laurentiæ *Laurentia* nomen erat: & à vulgato corpore, cognomentum *& Lupa* Lupæ. Quibus crescentibus, robur animus, & urbanitas quædam mirabiliter elucebat. Attamen fratre erat in iis superior Romulus, & ad regendum imperandūq. aptior, à seruitio penitus abhorrebat. Et quia liberali vterq. ingenio erat, absurdissimū ducebant à desidia corrumpi: proinde exercendo se, & feris insectando, fures, latronesque abigendo, iniuriasq. propulsando, magnū sibi inter pastores finitimōsque nomen astruxere: quippe apud quos nullus erat timor, nec vilius formidabant minas. Cūque aliquando inter se regij dissentirent pastores, eos fustibus cædendo abigendōque deprædati sunt. Numitor id ægrè ferens plurima comminatus est: verū collecta Romulus fugitiuorum seruiūque manu contumaciū patebat. Et dum fortè à factorum celebratione rediret, aduersus eum pastores impetum faciunt: idūque fortiter nititur, Remus captus, *Remus* & ad Numitorem perductus est: qui Romuli audaciam reformidans nulla in captiuum animaduersione vrebatur: tamen concurrentibus in horas Albanorum querelis, Amulius ira percitus, iuuenem ad supplicium dedit. Numitor autem dum inuictum iuuenis in tantis malis animum perpenderet, vultūque constantiam proceritatemque miraretur, blando sermone de eius origine & patribus sciscitatur. Cui cū benignè procreationem suam dubiam esse responderet, ostendit (vt à Faustulo acceperat, quem iam patrem à

Laurentia
& Lupa
micupata

Remus
capitur.

ifaria
non
ma se-
ue, aut
nitoris
fla, ge-
emum.
etur A-
ebis ex-
ad Ty-
beris

pueritia esse vterque crediderat) ipsos vno partu
 editos, feris auibusque escam in Tyberim expo-
 * *Scut au* sitos fuisse: item quo pacto à * Lupa ad motis ad
remia. eorum ora mammis, ac à Pico escas deportante
 nutriti sint. Numitori autem, adolescentum ori-
 ginem audienti, cupido incessit alloquendi filiã.
 Interea Faustulus Remum captum esse sentiens,
 fratri continuo originem, eorúmque educationem
 aperit, quam prius per ænigma ostenderat: & vt
 fratri opem ferat, precatur. Ille igitur coacta ar-
 matorum multitudine, compluribus etiam ex
 Albanis metu, aut regis odio confluentibus om-
 nes in centurias phalangesque distribuit, ac vi-
 rum quandam cum herbarum fasciculo hãstã alli-
 gato, singulis præire iussit: vnde in posterum ma-
 Manipulares dicti sunt. Atque impetu ad oppidum
lars vn- facto, insperatoque per portas irruens, regem a-
de dicti doritur, obruncatque: ac liberato fratre, Nu-
sum. mitori auo regnũ restituit. Redditis itaque matri
 debitis honoribus, inde digressus, ad suã exposi-
 tionis educationisque locum decurrentes, de no-
 ua vrbe condenda consilium habuere. Dissentien-
 tibus itaque fratribus de loco, nominisque impo-
 sitione, pacti sunt, vt cui maius appareret augu-
 riũ, is deligendi loci haberet arbitriũ. Quare quũ
 Remo summo mane non amplius quã sex vul-
 tures sese obtulissent, Romulus bis totidem
 se vidisse (fortè mentitus) asseueravit. Et dum
 terram foderet, mœnia circundaturus, Remo
 fraus innotuit, grauitèrque accensus, vt opus fra-
 trémque turbaret, fossam transiit. Cui cum suc-
 censeret Romulus, eumque frater obiurgaret,
 consertis virinque manibus, Remus interemptus
 occubuit. Solus igitur vrbi fundamenta nomen-
 que dedit Romulus, locumque cõstituit, ad quem
 confugientes securitate donarentur, Asylũmque
 nomi.

*Causa in
 totius
 Remi.*

Asylũ

nomi
 nes iu
 centu
 coll
 bus a
 rũ cõ
 tudin
 auter
 pulu
 ad ha
 uit.
 to sig
 ctin
 tis, v
 to fa
 sum
 agru
 tulif
 ctõ
 luit
 pari
 quic
 tem
 spol
 ing
 iu is
 pha
 niic
 mar
 fuer
 ues
 te v
 Sab
 lum
 sup
 anit

nominauit. Cōdita igitur vrbe, in militares ordines iuuentutem diuidens, è primatibus senatores centum constituit: quos patres nominans, eorum collegium Senatum appellari voluit. Ex potentibus aliis patronos legit, reliquos clientes, qui eorū cōsilio patrociniōque sustentabantur. Multitudinem ceteram, populum nuncupauit. Quarto autem mense ab vrbe condita, animaduertēs populum suū sine connubis defecturū, & à finitimis ad huiusmodi petitiones nō audiri, sacra simulauit. Cūq; ex Sabinis multitudo conflueret dato signo ex eorū fœminis, nō pauciores multo ostingētis rōpi fecit. Quibus in digniores distributis, vnā tantū ipse sibi Hersiliam, seruauit. Ex tanto facinore cū bellum oriretur, Acrō Ceninensium rex primus collecta multitudine Romanum agrū hostiliter inuadit: cui cū Romulus sese obtulisset, exercitum fundit, Regē obruncat, ac victor vrbe potitur: ab iniuria tamen abstinens, voluit vt demolitis eorū domibus Romā migrarēt, pari cū ciuibus suis iure ac cōditione vsuri. Quod quidē maximo sibi in posterū ad augendā ciuitatem adiuumento fuit. Et quia Ioui ducis & hostiū spolia vouerat, cū ingenti ciuium lætitia urbem ingressus, trophæi instar illa ad quercum suspēdit iussit, Ioui que Feretrio (à feriendo nūcupato) trophæū dicauit. Inde quoque Fidenates Crustumēni que & Antenates ad Ceninēsiū vltionem Pmanū agrū populantes, à Romulo victi fugati que fuere: ac deletis eorum oppidis, in Romanos ciues assumpti sunt, reseruata tamē ea agrorum parte virginū parentibus, quam antea possidebant Sabini autem tanta affecti iniuria, Tatio duce bellum Romanis indixēre. Et quoniā vi Romanos superare durissimū videbatur, Tatio ad fraud animum intendens, cum Tarpeia, Tarpei ?

*Senatorū
numerus
& ordo.
Populus
vrbe nū-
cupatus.*

*Sabinarū
raptus.*

*Roma
cep
m
k
Romulus
Tatio*

praefecti filia clandestinè pactus est, brachiorum
 monilia ei se daturus (capta enim puella potien-
 dorum armillarum, quas Sabini brachius alliga-
 tas deserebant desiderio fuerat) si Capitolium pro-
 deret. His ita firmatis, nocte intempesta, patente
 porta, arcem diipiunt. Itaque Romulus hostes
 occupasse Capitolium videns, simulata fuga, in ad-
 uersum suos agit: quos cum Sabini insequeren-
 tur, diuertens Romulus, iterum in hostes impe-
 tum facit. Pugnam utrinque acriter, tandem la-
 pidis ictu grauius in Romuli caput illato, incli-
 nare acies eius fugerique coepit. Qui paulum à
 vulnere se recipiens, neque suos à fuga reuocare
 valens, louem submissius precatur, ut Romanam
 miseratus conditionem à tam turpi suos fuga
 reuocaret. Vix prece finita, Romani conuertun-
 tur: sistunt, pugnant strenuè, hostes fundunt. &
 usque ad Rhegiam (sic vocant) palantes agunt.
 Quo in loco dum bellum Sabini instaurare mo-
 liuntur, tumultuantiumque voces clamoribus a-
 thera implerent: ecce per diuersa Sabinarum v-
 lulatus stridorésque erumpunt, perque tela & pro-
 strata cadauera irruentes, onusta filiis & grauidæ
 modò parentes, modò fratres amplectuntur, con-
 iunctos orant, demulcent viros, ut ab armis ac cæ-
 de desistant. Tandem precibus, Hersilixq. studio
 ac ceterarum exhortatione factæ induciæ sunt. Fœ-
 dus inde percussum est, ut raptarum è numero vo-
 lentes apud maritos agant, Romaque ipsa viriq.
 genti vna, regnum Romulo Tatioque ut sit à Ro-
 mulo tamen vrbis nomen mansit: qua in tribus
 diuisa treis, Rhannenses Romulo, Tatienses
 à Tatio, ab Asylli luco Luceres nomen sum-
 psere: ac duplicato senatorum numero, addi-
 tis centum ex Sabinis, à Romanis enses accepere,
 h ipsis autem scyfa sumpsit Romulus, Sacrificia
 verò

Aureum
 munus,
 puellæ
 quantum
 imperet.

Romuli
 mira for-
 titudo.
 Ioui Ra-
 tori vo-
 tum.

Causa
 verius
 Remi.

Ro-
 mer

verò
 mun
 pero
 me
 virg
 per
 culu
 gna
 con
 tur
 Lau
 dep
 re fl
 rass
 eos
 fluo
 tio
 Tat
 à ca
 uer
 qua
 Lau
 qui
 sum
 bin
 sub
 & a
 gen
 Ro
 ni
 iun
 & c
 nia
 run
 uat
 pla

verò seruata gentis vtriusque consuetudine com-
muniter obibant, ceu Carmentalia, Palilia, Lu-
percalia, Matronalia, ac huiusmodi. Romulo ta-
men attribuitur, ad sacri ignis conseruationem
virgines constituisse Vestales: qui etiam vaticinij
peritus, lituum manibus ferebāt: est autem is ba-
culus ad inaugurandum, cœlique spatia desi-
gnandum, idoneus. Cætera regni munia pari
concordia inter Tatium Romulumque gereban-
tur, ad 111. vsque regni Tati annum, quo
Laurentum legati à nonnullis Tati propinquis
deprædati interemptique fuere. Quos cum plecte-
re statuisset Romulus, à supplicioque Tatius libe-
rasset, non parua hoc quidem discordiæ inter
eos exordium fuit: tamen reliquis in Reib. pari
studio amorèque communis regni administra-
tio procederet. Paulò autem post, dum Lauinij
Tatius cum Romulo forte sacrificijs indulgeret,
à cætorum propinquis (quia facinorosos absol-
uerat) circumuentus, trucidatur, Romulo tan-
quam optimo viro Romam dimisso. Cui cum à
Laurentibus Tati percussores victi essent missi,
quia in eos quoque nil animaduertit vt rerum
summa potiretur solus, liberasse creditus est. Sa-
bini porrò defuncto iam Tatio, nihil milorum
sub Romulo veriti, solita in regem veneratione
& aliorum beneuolentia, pacificè quietèque de-
gebant. In dies itaque nationes extera virtutem
Romuli magis magisque mirabantur. Hinc Lati-
ni quoque cum eo amicitiam societatemque
iunxere. Fidenis subinde captis, colonisque mille
& quingentis eò deductis, Romanorum colo-
niam fecit. Ea quoque tempestate pestis, agro-
rum sterilitas, annonæque penuria urbem in-
uaserunt: guttæ præterea sanguinea cælo dela-
psæ, Laurentis Romanisque violato gentium iu-

Quã ob-
re sta-
les. Tati
mulus.

Quid sit
lituum.

Tati in-
teritus.

Mali præ-
iuri præ-
sagia.

re, ob legatorum Tatiq[ue] mortem, nisi expia-
 tione legitima procurarentur, calamitates por-
 tendere videbantur. Et cum interea urbē Romu-
 lus libationibus lustraret, Camerini Romanos
 inuasere: quibus sese obiciens Romulus, nō mo-
 dō ipsos fudit, sed expugnata eorum ciuitate, ac
 quinque millibus interēpris, reliquam multitu-
 dinem Romanū habitatum deduxit. Efficiebatur
 maior in dies Romanorum potentia: propterea
 finitimi viribus impares, in Romanorū ditionem
 libenter sese dedebāt: potentia[m] autē, eorū vim
 formidātes, tātam potentia[m] mole[m] ē medio tol-
 lēdā censebant. Quare ex Ethruscis Veij, regione[m]
 amplā urbemq[ue] colētes, repetitis Fidenis, quas
 iuris sui esse affirmabant, quoniā contumeliose à
 Romulo respōsum fuerat, bellū ei indicere. Et bi-
 partito exercitu, pars Fidenas inuadit, pars Ro-
 mulo sit obuiam. Qui Fidenas inuasere, circiter
 duo millia ex oppidanis colonisque trucidau-
 runt: qui Romulum sunt adorti, eorū millia viii.
 caesa occubuerunt. Cūque rursus ad Fidenas
 pugnaretur, maxima virtutis suae ac velocitatis
 roborisque indicia Romulus ostendisse dicitur,
 quem, siquidem quatuor & decem millia hostium
 in eo bello desiderata sunt, plusquā dimidiā par-
 tem propriis manibus trucidasse ferunt. Reli-
 quis autem fugatis, ad eorū vsq[ue] urbem impe-
 tum fecit. Illi ergo tanta clade perculsi, supplices
 cum adeunt, ac datis ex optimatibus quinquā-
 ginta obsidibus, in centū annos inducias pepige-
 re. Ex certo tamen fœdere, septima agrorū parte
 eos multauit Romulus: magnāq[ue] captiuorum
 multitudine abducta, & Veiorum ducē captiuo,
 triumphū duxit. Elatus igitur tantis successibus,
 ac tumidior iā factus, Tyrannicos quosdā prae se
 spiritus gerēs, post tantā victoriam & bellū, quod
 nouis-

Roma in-
 cremata.

Romuli
 uita
 v. 111.

nouissimū fuit, purpura incedebat ornatus, in
 sede cōspiciuus, iura dabat, legēsque viris. Ad sui
 quoque corporis custodiam delectos iuuenes ha-
 bens, à celeritate Celeres appellauit. Nōnulli ve-
 rò & præcinctis loris utebantur, qui vulgū bacu-
 lis submouentes, quicumque regi non parerent
 ligatos ducebant: hi Lictores à ligando dicti. Post
 quā autem Numitor auus, Albę rex, naturæ con-
 cessit, & ad eum peruenit regnum, in populari
 Rep. ciuitatem dimisit. Romæ quoque hoc iti-
 dem se facturum ostendit. Antea enim patres
 quidem signi instar, in senatu ciuitatēque ade-
 rant, nulla sibi sententię dicendæ aut iuris sta-
 tuendi libertate seruata. Ipsis tamen insciis cum
 Romulus agrum bello partum militibus distri-
 buisset, ac obsides, ignorante senatu, reddidisset,
 ludibrio ipsi esse patres videbantur. Iraque des-
 censam est interea à Romulo patribusq; in Mar-
 tis phanum ad Caprę paludem: vbi dum con-
 cionaretur, procella cælo maxima repente ex-
 orta, ac tenebris diem expellentibus, magna to-
 nitruum fragore omnia misceri turbatique vi-
 debantur. Latebras sibi fugiens quisque parabat.
 Tandem serenus vbi aer emicuit, rex nunquam
 repertus est. Cuius desiderio cum populus affice-
 retur, non sine huiusce mortis suspitione, patres
 habiti sunt. Et nisi fortè Iulij Proculi testi- monio
 suspicio quieuisset, res serpsisset in peius. Ille enim
 Alba regrediens, iureiurando affirmavit. Romu-
 lū è regione se vidisse, augustiore etiam in maie-
 state, armatum insignibus armis: hisque ve bis
 allocutum (deorum videlicet permissione cælo
 demissum) Urbē condidi, gloriā imperiumque
 perpetuū habiturā: deorum nunc quidem dei re-
 to Quirinus Deus factus sum facilis futurus, vbi
 populūq; propitius: Romanis itaq; vt bono sint a-

Celeres
Romulus
ad sui eu
stodiam
delegit.
Lictores.

Romuli
apotheca
si.

Vana R
muli pe
suasio.

quo renuncia, prudentia, fortitudinēque utantur, quoniam maximam hoc pacto potentiam consequuturi. Cuius relationi tanta est fides habita, cum integritate viri, tum in regem veneracione, ut iis verbis populus acquiescens, Quirinum vndique Romulum proclamaret. Euanuit autem Romulus, anno quarto & quinquagesimo etatis suae: eui phanum in Quirinali tumulo, ab eo nuncupato, constitutum est. Quirinum autem Martium interpretantur, aut bellicosum, à lancea, quam ^{αυπλως} veteres appellabant. Concessit igitur è vitā Nonis Iulius quas Capratinas, seu Populi fugam nominabant: eo quod ex urbe ad Caprea paludem descenderant.

Mors &
actas Romuli.

COMPARATIO THESEI
ac Romuli.



X in qua de Theseo scripta sunt, cum propria magnitudine desiderioque capeſſenda gloria ad res maximas intentum fuisse, constat ex eo, quod cum Trazena regnare possit, ad maiora aspirans impavidus, Scyrene, Procyone, Corzyneo, Periphetaeque subactis, omni postergato periculo, aliorum pro salute à latrociniis terras expurgavit. Romulus autem inuitus quasi, & fratre coactus, ad res magnas peruenisse videtur.

Veriusque
viri.

Qui si in Sabino bello, Aetionem inuenit, ac saucius populos fudit: huic Centaurorum Amazonomque conquestus comparandus est. Caeterum quia Theseus à Cretico tributo, à fœdâque seruitute liberauit Athenas, quo numine id effecerit, explicare quis possit? Non erit sine deorum numine Ariadna in eum exarsisse videtur, saluti suae gratia. Et cum uterque ad ciuitatem natu fuerit, regno tamen administrandi more relicto tyrannidem imitari sum. Atque ille in filium, iste in fratrem

frat
qui
con
Nuc
&
puls
tem
ab e
auct
quod
gen
se ve
sub
sequ
que
niu
Diu
pere

T

L

Lyc
git.
nior
frat
ad f
pro
ceps

fratrem excanduit: neuter venia dignus. Maximum
 quidem Romulo fuit, quod ex tenui principio urbem
 condidit, agrum, patriam, genus, connubiâque parauit.
 Nullam tamen ciuitatem euerit: quinimo extorres Pius Re-
 & sede carentes ciuitate donauit: atque nationes po- muli ani-
 pulosque subigen, de regibus triumphauit. Remi au- mus.
 tem percussor incertus est. Matrem tamen veneratus,
 ab exitio reseruauit: auum in regno posuit. Theseu
 autem de non mutari veli obliuione criminatur, &
 quod multas rapuerit feminas: Romulus inter octu-
 gentis foris Sabinas, unam tantum Hersiliam habuis-
 se reperitur, alii inter suos distributus: qua in tanto
 subinde honore habita sunt: ut amicitia inde maxima
 sequuta sit. Ex Thesei autem nuptiis, caedes, odia, bellâ Nuptia-
 que emanauere. Et mater eius ab ipso relicta, infortu- rum The-
 nis succubuit. Romulo propitia fuere numina, inuitis sei incom-
 Diu ortus videtur Theseus, siquidem ab oraculo ne in moda.
 peregrina terra coiret, monitus est pater.



Lycurgus.

LYCURGO legumlatori pater fuit *Lycurgi*
 Eunomus: qui Sparta imperans, Pater.
 cum tumultuantes dirimere cona-
 retur, popinario per fossus cultro oc-
 cubuit: relictis tamen Polydeste &
 Lycurgo filis, grandiori natu imperium obti-
 git. Quo mortuo Lycurgus ex Dianissa iu-
 nior filius in regnum successit. Enimvero cum
 fratris vxorem pregnantem intelligeret, regnum
 ad fratris filium peruenturum declarauit. Itaque
 pro patre tantum tutore in principatu deia-
 cept se habebat. Mulier autem, ut imperanti

iuberet cum Lycurgo clam verba de perdendo filio facit. Ipse vero secum detestans mulieris ingenium, morem ei se gesturum simulat, de abortiuo nil cogitari iubens, ne sibi ipsa officiat: ceterum quicquid enixa fuerit, e medio vti clam tollatur, curaturum sese pollicens. Demum cum mulier hac simulatione delusa pareret, aspidensibus imperavit Lycurgus, si puellam ederet, matri relinquerent: marem vero ad se deferrent. Quare cum infans ortus ad eum deportaretur, principibus inquit secum discumbentibus: Ecce, Spartata, rex nobis natus est. Admirantibus cunctis magnanimitatem ipsius, iustitiamque, et solio declinans regis, puerum veneratus est, atque Charilaum nominavit, Ex quo apud ciues in tantam venerationem euasit, ut libentius virtuti eius tanti hominis, quam velut regio curatori auscultarent. Non caruit autem inde inuidia, verum maledictis incessabatur, a Leonida presertim matris regis fratre, qui petulantius in eum canillans, in necandi regis suspicionem adducebat: mulier etiam contumelia affecta, verba hanc eadem exprobrans Lycurgo, affines suos ac familiares aduersus eum concitabat. Insidias ergo metuens, quo nepos adoleceret, peregre proficisci statuit. Primum itaque soluit in Cretam: vbi cum aliquandiu stetisset, Thaletem amicum suum, poetam ac sapientem virum, Spartam misit, qui sub poeseos pretextu & dulcedine Spartatas ad parendum, pacificeque viuendum hortaretur. Inde digrediens in Asiam nauigauit multaque ex Homeri poematibus conscripsit. In Aegypto etiam aliquandiu moratus, a Lacedaemonis interim desiderabatur, tantquam multitudinem a regia potentiumque violentia defensusus: nec minus etiam a regibus expe-

Charilaum.

Thaletis
dissimulatio.

exp
vni
ita
sus
lib
Ex
dan
so r
*A
ami
mul
dere
fact
futu
Lyc
qu
bus
gnat
ex
tum
æqu
alter
ipsa
rus,
reis v
irrite
nequ
delic
merc
artifi
abol
uio
dine
beren
que c
quor

expetebatur, quoniam eo præfente fubmiffius ab
 vniuerfo populo cultum iri fperabant. Lycurgus
 itaque votis eorum occurrens, in patriam reuer- *Reditus*
 fus est. Qui cum vidiffet ciuitatis ftatum ægrum *in patria*
 libantemque, Reip. confulendum exiftimauit.
 Ex quo in Delphos vectus, de præclara lege qua-
 dam oraculum cõfulait. Accepto itaque respon-
 fo rediens, rênque aggreffus, in ferendis legibus,
 *Arthemiadam socium fibi afciuit. Et habito cū *Arthem-*
 amicis fermonẽ, in forum dum defcenderet, tu- *adæu.*
 multu exorto, Charilaus veritus ne in fe illa cu-
 deretur faba * in ararij ædem confugit, moxque
 factus certior, eorum quæ gerebantur particeps *Charila-*
 futurus prodiit. Verùm cum multa innouaffet *uor.*
 Lycurgus, illud omnium pulcherrimum fuit,
 quum octo & viginti feniores conftituit regi- *Seniores*
 bus, vt affiderent, populari principatui repu- *regibus*
 gnantes: tum verò populo fidentes ne tyranni *dati ne*
 ex regibus fierent. Secundum Lycurgi iuftitu- *ex Regi-*
 tum fuit quod omne folum in medio pofitum, *buc tyran-*
 æquali portione parique fubftantia diuifit ne *ni eua-*
 alter alteri præftaret, nifi quantum à vititiis virtus *dant.*
 ipfa terminaret. Deinceps fupellecfilia diuifus *Lycurgus*
 rus, quo auaritiæ vitium auferret, nummis fer- *leges.*
 reis vti voluit, vt aureos argenteõsque redderet
 irritos. Quo factò, multa ex vrbe vitia eiecit: cum *Auari-*
 neque furari, neque rapere quifpiam vellet, vbi *tix rollen*
 delicis non erat locus. Idcirco nec rhetores, nec *da ratio.*
 mercatores, nec lenones, nec vaforum aureorum
 artifices eò confluebant, vbi auri vfus penitus
 aboleniffet. Interdixit tertio Spartiatis, conui-
 uiorum obfeniorumque apparatus. Et vt libi-
 dinem ingluuiemque auferret, ne domi difcum-
 berent, ftatuit: fed vnà cõnantes, ad communẽ
 que cibos venientes, fumptuosos apparatus, co-
 quorũ delicias, voracitatẽque effugerent, neque

corpus morésque corrumpent. Cœnabat itaque cum paupere opulentus, sine vlla ciborum discretionē. Id cum ægrè ferrent diuites, in Lycurgum clamoribus & tumultu insurrexerunt. Qui pulsatus è foro cum effugeret, ab Alcandro instante oculo priuatus est. Cùmq; populo cruentam fasciam, euulsamque oculum ostendisset, moróre affecti ciues, Alcandrum ei victum tradidere. Lycurgus laudatis ciuibus, non verbo, ne dum opere, in delinquentem erupit: quin magna cum vrbānitate humanitatēque prosecutus est. Cæterum Alcander tanti viri magnanimitatem facilitatēque expendens, & quod nulla in se animaduersione erupisset, erratorum poenitentia affectus est: cuius quidem rei conscientia, ex dissoluto iuvene in exactissimum virum euasit. In huius autem ærumnæ memoriā, Mineræ Lycurgus phanum ædificauit. Erat autem huiusmodi communis conuiuij ordo. Singulis mensibus conuiuarum singuli farinæ medimnum ferebant, vini choas octo, casei minas quinque, siccum quinque semis minas. Et si quis sacrificasset, primitias: si venatus esset, partim in conuiuiū mittebat. Licebat tantum aut sacrificantibus, aut à venatione tardatis domi cœnare. Obseruabantur huiusmodi cōuiuia: ad quæ pueri tanquam ad ciuiliū præceptorum, pudicitiz, & bonorum morum scholas deducebantur: vbi iocari, cauillarique ciuilitate perdiscerent, vrbānitate ac modestia imbuebantur. In scriptis autem nullas tulit leges Lycurgus: sed earum quæ Rethiæ appellantur, hæc vna fuit. Secunda verò contra sumptus immodicos dedit: vt domus cuiuslibet culmen non nisi securi, ianua autem serra duntaxat elaborata esset. Tertiā, ne sæpius cum eodem hoste cōgredērētur, ne is bellicosior fieret: id quod

Agessilaus

*Lycurgus
 mento priuatur.*

*Lycurgi
 conuiuium.*

*Lex contra
 sumptus.*

Agesilao posteriori tempore accidit : qui dum *Agesi-*
 Thebanos plurimis infestasset bellis, effecit ve *lans ho-*
 peritiores facti Lacedæmonii resisterent, eum- *stes belli-*
 que fauciarent : cui subinde ab Antalcida obie- *cosiores*
 ctum est. Digna institutionis præmia capis, qui *reddidit.*
 Bœotios ex ignavis pugnaces reddidisti. San- *ὁ ἄνθρωπος.*
 ctiones huiusmodi Rethras, Lycurgus nomina- *Virgine*
 uit, quasi ex Deo decreta essent. Aggressus deinde *nudatio.*
 institutionē, quæ ad connubia & sobolem pro-
 ere, andam attinet: primùm decreuit, virgines cur-
 sibus, luctationibus, discorum, telorūque iacti-
 bus exerceri: vt robustiores factæ, in partu faci-
 lius quoque doloribus repugnarent. Quas & as-
 suefecit, non minus quàm pueros, canere, salta-
 re, quibusdam in sacris nudas versari, inspectan-
 tibus iuuenibus, & interim omne probitatis ge-
 nus inuicem exercentibus, repugnantibusque ad
 maiorem vincentis gloriam. Illa tamen nudatio
 nihil turpitudinis habebat: quin verecundia pe-
 tulantiam abigebat, & simplicem quandam ro-
 boris speciem ostendebat, cum fœminei animi
 elatione, ac ignauiam abhorrentis ingenij decla-
 ratione. Hæ igitur iuuenum virginūque æmu-
 lationes & pompæ, eos ad connubia alliciebant. *Virgine*
 Nubere autem nolentes Lycurgus à gymnasiis, *nudatio.*
 ludis, spectaculisque arceri, & per hyemem nu-
 dos adigi voluit per forum: priuarique honore,
 quo iuuenes seniores prosequerantur. Adultas
 quidem & nobiles assumebant non immaturas.
 Ostendit etiam ritum quo ad sponsam congre- *Calibum*
 deretur sponsus: ne vel ipsi satietate caperentur, *pana.*
 vel à mutuis affectibus inuerecundos congressus *Spartæ.*
 refrigererent. Ac ne vlla de vxorum impudicitia
 suspicio oriretur, omnem à connubio amouit in-
 continentie cōtumeliam. Voluit enim licere se-
 nioribus, vxorem suam ad iuniorē, si quem ex-

iuuenib. probū delegisset adducere. Dein præstāti
 cui libet viro fœcūdā aliquā & pudicā intueti, li-
 cebat marito persuadere, vt e^o sibi copīā f. ceret.
 Ex hisce igitur cōg. es sibi^o nascētes, pro cuiuslib. & ci-
 uitatis filius haberi voluit, stupiditatē ridēs alio-
 rū, qui vxores tāquā præsi. ho. oclusas domi ser-
 uarēt. Genitori autē ius nō erat partus nutriendi
 verū ad seniores deferēbatur puer qui si pulchrē
 esset effectus, tollebatur: sin. secus, ad locū iuxta
 Taygerū exponēdū curabāt, tāquā Reip. inutilē.
 Cum autē septimū annū eu. isisset, patri nō licebat
 illū pro volūrate alere: sed illum assumēs Lycur-
 gus, in greges distribuebat, in quibus cū aliis ad
 optima quæque instituta animi & corporis, obe-
 diendique & bene vitendi disciplinā exerceba-
 tur. In ætatis autē progressu, ad eum vsque con-
 debantur adolescētes, ambulabāntque discalciati,
 ac nudi etiā ludere cōsuecebant: duodecimo
 autē ætatis anno palliū assumebāt, reliquū suū in
 uenturis tēpus cū senioribus ad gymnasia & ho-
 nestas cōtentiones consumebant: atque hinc tem-
 pus nullū sine institutis aut præceptis perdere vi-
 debātur. Inuigilabat etiā Lycurgus, vt adolef. ētes
 ad breues accuratāsque respōsiones se assueface-
 rent: id quod signum erat ingenui animi ac libe-
 ralis. Quin & ipse quoque breui vtebatur oratio-
 ne: eiusmodi illud est. Cum quis eum rogasset vt
 popularē principatū in vrbe faceret. Quid tu, in-
 quit, *δ' ἡμῶν οὐκ ἔστι* primus tua in domo non facis?
 Cuidā etiā de sacrificiis percōtāti, ad quid parua
 adeō ac vilia statuisse? Ne Deum vnquam, ait, ve-
 nerari desistamus. Interrog. ciuibus, quonam pa-
 cto hostes pellere possent, respondit: si pauperes
 manseritis, & mutuas deposueritis discordias.
 Item illud notatur: nequaquam vrbs minus e-
 rit muro circumdata, si quis eam optimis viris,
 non

*Infantiū
 lustratio
 cornuæ-
 que dele-
 ctū.**

*Signum
 animi in
 genui.*

*Lycurgi
 lex. xv.
 c. 12.*

non lateribus cinxerit. Et multa huiusmodi: quemadmodum illud de comatis iuuenibus: volebat enim, vt iuuenes in castris coma sese excolerēt, quia pulchri hinc venustiores in bello fierent, deformes etiam seueriores viderentur: atque ideo in obediendis periculis studebant, vt nitida discriminataque ipsi coma esset. Mollioribus quoque gymnasiis, & remissione victu iuuenibus militiæ vti permittebatur, vt in omni exercitationis genere militiae eis quæes videretur. Nemo enim pro arbitrio vivebat, sed eodem vnusquisque victu in vrbe, quo in castris utebatur. Et circa publica negotia sedulo inuigilabant: existimantes non sibi, sed patriæ se natos esse. Ex quo aliquid vtique frugis & honestum etiam discabant, docebantur. Itaque Lycurgus omni studio incubuit, vt otij copia & vbertas esset: vulgares artes, & pecuniarum studium, tanquam non necessarium prohibuit. Seruilis erat & inepta apud eos opificum parantiumque pecuniam occupatio. Quare expulsis nummis, fori lites conticuere, neque plus minusve quisquam quoquam possidebat. Vna erat æqualitas, & in paucitate contentum tolerantia. Et nisi forte militarēt, domi vtique circa gymnasia, venationes, publicos conuētus, & honesta colloquia, aut iusta laudando, aut vitia vituperando, versabantur. Iunioribus etiam ante trigessimam ætatis annum in forum descendere, fas non erat, opportuna autem per amicos transigebant. Senes verò postposita pecuniarum cura, ad ignobilem vsum spectante, generosè disputantes, semper grãde aliquid meditabatur: idque per iocum ac risum: leuiter emendationis correctionisve admonentem. Ipse quoque Lycurgus non nimis seuerus erat. Quippe & Risus sigillum ab eo erectum, Sosibius tradit. Erat autem hu-

*Viris non
meris cin
genda ci
uitate.*

*Pecuniæ
studium
inutile.
Ratio li
cium tol
lendaria.*

*Risus
dignus
π. v.*

iusmodi risus, laboris & victus asperioris condimentum. Ad id verò maximè ciues assuefecit, vt apum imitatione non priuatim, sed communem ad conuersationem inter se viderent, ceu exuti seipsis, in omnem patriæ vsum atque decorem. Statuit præterea Lycurgus humandi modum, vt in vrbe & circa templa mortui humarentur, amictu tantum paniceo inuoluti, ac oliuæ fronde coronati. Lugendi tempus ad duodecimum diem præfinit. Reliquum tempus in laudabile otium ad virtutis æmulationem consumentes, bonis moribus urbem replebant: perinde qui aderant, perpetuò profectu ad virtutem vehementius informabatur. Non licebat pro libito peregrè proficisci, ne aliorum moribus imbuti, peregrinas consuetudines in urbem disseminarent. Asserebat enim ciuitatem potius malis moribus quàm infectis corporibus esse repurgandam. Quam vbi optimis institutis compleuit, admodum lætitia plenus, contentusque publicæ institutionis decore, ac perpetuam eam facere cupiens, urbana calliditate ambiens ciues, sic fatus est: Postquam ad ciuitates gloriam felicitatè que cuncta procedunt, quod omnium maximum est, nisi Phœbi oracula ad eam, dicere prohibeor: necesse igitur est constitutis legibus vti absque immutatione, quoad regrediar. Assensere omnes, ac iureiurando affirmare se, constitutas leges seruatuos. Suscepto itaque iuramento Delphos petiit, rogauitque an ciuitati proficuas piàsque dedisset leges: illas approbante numine, responsum Spartam misit: & ne iuramento populum amplius liberaret, vltè redire non statuit: verum peractis sacris, filium amicòsque complexus, mortem sibi machinatus est, ratus ciuis iuramento obnoxios, leges perpetuò asseruatuos. Et sic vrbs illa ad

Sepelien-
dorem ca-
uauerit,
morbor
Lycurgus
xy. dies
lugen-
tes. Pe-
regrini
motus.

Lycurgus
si mor-
tem ma-
chinatus.

ad quibus vrum bus vsq; immittitu & ad vitæ etab & an tiam mori appe quæ ipsi Cirr auter ueris quis esse a

N natu. natur per tu titudi

ad quingentesimum vsque annum Lycurgi legibus vsa, toti præstitit Græciæ: quæ tanta in posterum reuerentia habitæ sunt: vt nemo ex regibus (qui quatuor & decem post illum ad Agim vsque Archidami filium extitere) apicem vnum immutare ausus sit: talem itaque Rempub. constituit, qualem nemo mutare in posterum potuit, & ad quam omnis Græcia, tanquam ad honestæ vitæ compositæque disciplinæ nutricem, aspeçtabat. Quin & templum ei cõstituere Spartani, & annuas celebritates: amici verò conuentum etiam in multos annos durantem in ipsius memoriam constituerunt, ac dies hosce Lycurgidas appellabant. Proditum est tamen, dum eius reliquiæ domum veherentur, fulmine sepulchrum ipsius tactum esse. Sunt præterea qui illum in Cirrha, alij in Creta diem obiisse ferunt: iussisse autem priusquam moreretur, vt cremati cadaveris sui cineres in profundum eicerentur, ne quis Spartam eos afferret, ciues iureiurando se esse absolutos existimarent.

*Vltimum
Lycurgi
mandatum.*



Numa Pompilius.

NUMA Pompiliũ illustri inter Sabinos vrbe Curibus oriundum fuisse cõstat: patre Pomponio, insigni viro: *Ortus Numa.* & quatuor ex fratribus iuniorem, eo quo fortè die Romulus vrbe cõdidit, natũ. Qui cum ingento miti esset, & ad virtutem natura procliuus, non modò ad detestãdas animi perturbatiõnes, verũ seruandam quoque fortitudinem, libidines omnes superaturam, labo-

re disciplina, & philosophia se excoluit, Quare neglectis deliciis & sumptibus magnificis, cum iudicando tum consulendo ita integre se habuit: ite que deorum cultui, ad omnemque ipsorum vim & naturam explorandam incubuit, ut præter nomen & gloriam, quam sibi astruxerat, Tati-
 us quoque Romuli in administrando regno so-
 cius, Tatiam ei vnicam filiam vxorem dederit. Is
 vero neque inde factus elatior, ad socerum regem
 se contulit: verum seniore potius patrem fo-
 uens, cum vxore in Sabinis mansit: qua post an-
 num à nuptiis tertium & decimum, diem obiit.
 Ipse vero vxore mortua, vrbis consuetudinem
 linquens, solus per agros ac nemora sacræque
 prata ac deorum lucos errabat: à qua solitudine
 fortè sumpsit initium consuetudo, quam habere
 cum Egeria dea ferebatur: cuius è congressu in
 virum facilem, ac diuinarum rerum peritissimum
 euasisse creditur. Cum vero annum iam quadra-
 gesimum ætatis suæ ageret, Romani Sabinisque,
 sublato Romulo, disidentes, vtra de gente rex
 nouus assumendus esset, demum inuicem con-
 senserunt, ex Sabinis Numam Pompilium ad regni
 administrationem accersendum esse. Pari igitur
 omnium consensu vtraque à parte legatos mit-
 tunt, viros primarios, Proculum & Velesum, Nu-
 mam precaturus, ne Romani regni munus detre-
 ctaret. Ipse vero nec diuitiarum egès, ut qui paruo
 contentus esset, minusque etiam famam ambiens,
 quando ex virtute longè præstantiorum conse-
 quebatur: vbi deorum quasi voluntate permissum
 iri videbatur, legatorum patrisque ac Martij fa-
 miliaris sui persuasionibus inductus, peractis
 prius sacris, Romam se contulit. Cumque summo
 omnium applausu ac desiderio exciperetur, ac
 imperij ei etiam iam insignia afferrentur, serua-

Tatia Nu-
 ma vxor.

Tatia
 mors.

Egeria
 nympba.

Numa
 Ro. rex
 dictus.

ri ea iussit, donec Deum consuleret, regnum sibi quasi confirmaturum. Mox itaque conscenso Tarpeio colle, velatōque capite auguriū sumens, accepta inde regali veste, cum imperij insignibus ex arce in multitudinem descendit, à qua tanquam rex diis gratissimus, summa cum lætitia veneratus, primum omnium trecentos illos ad Romuli custodiam delectos exauctorauit. Sacerdotem deinde Quirinalem constituit, cum antea Romulus Iouis & Martis sacerdotes designasset. His itaque ad populi gratiam constitutis, omni diligentia consilioque aggressus est bellicosam illam urbem, tot tantisque victoriis æstuantem, placidam iustiorēque reddere, & ad pacē tranquillitatēque componere. Idcirco sacris frequentius incumbens. Ludisque ac choræis plurima grauitate & vrbānitate conditis, Romanorū feroces animos deliniens, bellandi studium paulatim imminuebat. Addebat aliquando numina monstrosos visus, atrocioresque clamores: & metris quibusdam diuinis responsa annuncians, mentes eorum sensim ad religionem accommodabat. Magnum quoque hinc & sapientie & eruditionis nomen (seu Pythagoricis documentis imbutus) assumpsit. Quemadmodum enim Pythagoras ad sapientiæ, sic Numa ad regni institutionem in religione ac numinum affinitate congressūque & studio versabatur. Ab ea enim Pythagoræ sententia & pompam exteriorē cultūque deæ sumpsisse dicitur. Qui cum Deæ, seu montanæ nymphæ secreto amore potiretur, Musarūque vteretur consortio, plurima ex viciniis ad ipsas referens, vnam præcipuè Romanos venerari docuit, Facitam appellans Echemythiam Pythagoream, quam taciturnitatem & mysterium dicunt, imitari voluisse visus. Ex quo

*Celestes
exaucto-
rati.*

*Numa
alter Py-
thagoras.*

*Ἐχέμυ-
θια Πυ-
θαγο-
ρεά.*

quæcunque de deorum simulachris Numa decreuit, & sacra quæ instituit, Pythagoram sanctionem institutionemque sapiunt: nam & ex farina ac libo rebûsque vilissimis eorum sacra erant composita. Ideoque ex his coniecturam capiunt, qui Numam Pythagoræ familiarem fuisse volunt. Attribuitur præterea Numæ Pontificum constitutio. nam primus eorum institutor fuisse dicitur: item Vestalium virginum sacerdotium, perpetuum ignem asseruantium: quod incorruptis corporibus, incorruptam, puramque ignis substantiam referri, & tanquam sterile quid ac infœcundum adiungi non in seipse virginitati videretur. Quod si quando periret flamma, non ab alio igne accipiendam, sed nouo & peregrino eliciendam, nempe ex puris solaribus radiis instituit. Sacrauit in primis Numa virgines duas, Geganiam & Bereniam: subinde Canuleiam & Tarpeiam, quibus à rege ad trigessimum vsque annû virginitas præscripta est. Discebant autem primo decennio faciunda, secundo operabantur quæ didicerant, tertio alias docebant: post id temporis à sacerdotio absolutæ, aut nubere, aut ad aliam se vertere vitam poterât. Iphis autem virginibus honores maximos tribuit Numa: poterant enim viuente patre testamētum cõdere, sine curatore singula facere: quæ quidem trium quoque filiorum matri permittebantur: Præcedentibus item facibus prodibant: & si casu in quempiam incidissent, qui ad mortem deduceretur, necarium non licebat: iurante tamen virgine, non dedita opera, sed fortuito ei se occurrisse. Moriebatur eis occurrens, dum feretro vehebatur. Si qua earum virginitatem prodidisset, viua sepeliebatur. Constituit inde Numa ad sacrum ignem seruandum templum rotundum; terræ figuram imitatus,

*Vestales
ac istem
instituta.*

*Sacri
ignis
custodia.*

tus, a
rici i
mon.
cun
ment
rum
diore
dece
ment
temp
si qua
vacca
conli
ciales
infer
cij sp
lis in
minu
bant
bant.
non a
ma m
tas se
erat,
peste
sem
sub
dioli
diant
Num
qua r
frequ
sacer
ad Q
bât qu
festis

tus, aut mundi potius, cuius medium Pythagorici ignis sedem putant: larem illud vocantes, & monadem à Numa etiam pontifices didicisse dicuntur patrios humandi ritus. Idem lugendi momenta pro atatibus temporibusque statuit: puerum non lugeri triênio inferiorem: neque grandiore plures menses, quàm vixisset annos, ad decem vsque: neque longiore quinquaginta decem mensum luctu prosequendum: quod quidem tempus in viduitate etiam vxores seruabant. Et si qua prius nuberet, prægnantem immolabat vaccam. Adiecit etiam Numa sacerdotiis ab eo constitutis alia duo, Fœcialium & Saliorum. Fœciales autem (vt opinor) pacis erant custodes: nam inferre bellum non permittebant, nisi prius iudicij spes abscissa esset. Ibant enim ad inferentes aliis iniurias, precantes vt auicè se gererent: & si minus parèrent, diras ipsis patriæque imprecabantur, si per nefas agerent: deinde bella indicebant. Ipsi autem vel prohibentibus vel causas non approbantibus, neque regi, nedum militi arma mouere fas erat. Salij autem sacerdotes, peltas seu ancilia seruabant. Inter quæ ancile illud erat, quod è cælo in Numæ manus, ingruente peste, decidisse dicitur. Ipsi verò ad Martium mensem puniceis induti tunicis, æneisque balteis subincti, & æneas ferètes galeas, per urbem gladiolis arma pulsantes, certoque ordine tripudiantes saltabant. Constitutis autem sacerdotiis, Numa apud Vestæ templum regiam condidit: in qua maiorem temporis partem, aut circa sacra frequens, aut earum speculationi inuigilans, aut sacerdotes instruens, morabatur. Alteram etiam ad Quirinalem collem habebat domum: indicebátque per præconem in profestis, & sacerdotum festis, vt ab opèribus quisque desisteret. Nolebant

Varie leges de luctis.

Fœciales

Salij.

Numa religio.

iridem Pythagorici quenquam obiter aut casti Deum adorare: verum eius gratia, mentemque tota ad id pergendum esse exultabant. Ita nec Numa per desidia[m] putabat Deum coli debere: sed rebus omnibus postpositis, indulgendum orationibus esse. Multa etiam Pythagora institutis similia faciebat: cuiusmodi erat etiam, diis ex vitibus non putatis neququam esse libandum, neque sine farina sacrificandum: Et adorantes in orbem se ut gyarent, subindeque sederent. His itaque institutis, sensim Numam urbem cicuravit, in quietemque redegit. Quare in tanta admiratione habitus est, ut nihil absque mysterio & ratione ab eo fieri posse putaretur. Aiant quippe ante urbis aedificationem illis in locis Picum & Faunum habitasse: & à Numa captos, fontibus, ex quibus bibebant vino ac melle temperatis. Qui cum in varias species, monstruosasque formas se verterent, inexplicabili vi comprehensos se videntes, praeter nonnulla futura quae praedixerunt: Numam fulgurum quoque expiationem ostendisse. Et propterea Deum Numam fuisse subiratum, & lustrationem caputibus fieri imperasse: eique interroganti, An ceparum? respondisse hominum. Cum deinceps praecipi atrocitatem inuertens petiisset Numam, Capillis? Iovem dixisse, animatis. Itaque Numam pisciculos Menides intulisse ferunt, ab Egeria adoctum. Placatumque hinc Iovem, evanuisse, & eo pacto expiationem fuisse: Haec tamen fabulosa videntur: Collocauerat enim omnium suum studium in diuinis Numam: adeo ut cum hostium incursum nunciaretur: Avego (inquit) sacrifico. Primus itaque Fidei & Termini templum condidit, & Fidem iusurandum esse demonstravit. Terminum autem pacis amorem, & iustitiae resem: quo videtur Romanum solum terminasse:

Fidei & Termini templum.

mina
bus p
uitia
uid
ciuiu
inert
do in
tione
uere
nes i
vnum
multi
tur. I
cum,
riario
corpu
ribus
pere
qua
In re
impe
ordin
erat. C
quagi
cento
decim
mens
tauit.
cum a
animo
templ
teriti
fuerud
se com
quam
non ni

minasse: & agricultura quasi pacis philtro ciui-
 bus proposita, tanquam morum potius quam di-
 uitiarum effeetrice, in partes agrum omnem di-
 uidens, pagos appellauit. Ipse quoque interdum
 ciuium operam inspectans, solertes hortabatur, *Pagos.*
 inertes conuiciis vrgendo increpabat, & castigando
 instituebat. Non etiam sine maxima admiratione
 fuit illa per opificia distributio: animaduertens enim,
 vrbe in duos populos diuisa, factiones in dies incre-
 bescere, pro virili conatus est in vnum corpus
 urbem redigere, cauereque ne Romuli quidem alij,
 alij verò Tatij ciues dicerentur. Distributio autem
 ea fuit tibicinum, aurificum, architectorum, tinctorum,
 cerdonum, codistribuariorum, fabrorum, figulorum:
 reliquas artes in vno corpore vnum constituit,
 imparitatis deorū honoribus cuiuslibet generi
 pro dignitate. Et magno opere quidem pro legis
 emendatione laudatus est, qua patribus permitte-
 batur, filios vt venderent. In rebus etiam cœlestibus
 non adeo acriter aut imperite se habuit: non alio
 vsus est mensium ordine, quam Romuli tēporibus
 vti consuetura erat. Ostendit item, lunam dies
 trecetos & quinquaginta quatuor habere:
 solem verò præter trecetos, quinque & sexaginta
 duplicauitque vnum mensium decem dies,
 & ad annum adiciens, Februario in mense
 constituit. Mensū præterea ordinem mutauit.
 Quin & Ianuariū & Februariū addidisse
 autumant. Ita enim, bellicos Romanorum
 animos Numa rex tranquillos reddidit, vt
 Iani templum vtrique clausum omni suo tempore
 sterit: Ex quo non solum Romanus populus
 mansuetudine, iustitia, & regis religione
 ad quietem uentus, se composuit: verum etiam
 finitimi omnes aliam quam quasi inde
 salubrem auram recipientes: non nisi in
 agrorum cultu, in alēdis pignoribus,

indeorum sacris pacificè tranquillèque versabantur. Atque omnis Italia ex Numæ principatu ac regimine, è perenni ceu pacis fonte, quietem tranquillitatemque hauriebat. Et quod fuit pulcherrimum, nulla vnquam seditio, nullus tumultus aduersus Numam extitit in Republ. neque gens vlla odio, inuidia aut elatione in eum conspirauit. Quin tanta mansuetudine & equitate non modò ciues, verùm quoscunque etiam alios complectebatur, vt non iniuria ab vniuersa Italia laudibus efferretur, amareturque. Quot vxores filiosve habuerit, dissentiunt scriptores. Sunt qui præter Tatiam vxorem, & Pomponiam filiam nullam habuisse contendunt. Nonnulli filios quatuor alios assignant, plerique inficias eunt: & Pomponiam non ex Tatia, verum ex vxore alia in regno adeptæ, habuisse dicunt, quam Martio in matrimonium dedit, illius Martij filio, qui in persuadendo vt regnum susciperet, patri socius fuit, ex qua quidem Pomponia Marcus Ancus, qui post Tullum Hostilium regnauit, natus est. Concessit enim nature Numa, non multum octogenario maior, qui quanto amore & veneratione desideratus sit, satis superque patet, quando cum ciuibus & vniuersa vrbe, tum socij, tum finitimi, tum amici populi publicis concursibus ad inferias confluxere. Lectum à patricijs sublatum astante sacerdotum corona, reliqua insequente turba, & clamoribus fletu atque ululatibus ad sepulturam vsque finis honestante. Neque igni dedere corpus: sed ex duabus arceis, quas sub Ianiculo condidere, alteri corpus, alteri libellos, quos de rebus diuinis scripserat, commiserunt.

C O M.

Numæ
commen-
datio.

Numæ
morti.

legu
Alto
verò
Span
Lyon
preu
ligio
nacu
ter in
prude
Satu
confe
riam
tio in
arciu
ma fe
mum
uerfus
rioru
Remp
uison
suspici
lâm vs
prop
quum
mcesu
prius de
duoem
etanda

COMPARATIO

Numæ & Lycurgi.



*X*posita itaque Numa & Lycurgi vita, restat, si quid inter se dissenserint in medium asserre. Continentia igitur, pietate, civilitate, ac disciplina, & quod à diis condendarum legum initium uterque sumpsit, ingenue conveniunt. Alter haud peius, peregrinum regnum accepit: alter verò eum possideret, restituit. Hic distraxit à vitio Spartam: ille à bellandi fragore Romam. Non armis Lycurgus suos exiit, sed aurum, argenteum, conuiuiaque pretiosa spernere docuit. Numa tamen à bellu ad religionem suos vertebat, non propterea diuitias & ornatus inhibuit. Alter gratia & suadendo perfecit, alter inter pericula pulsatus vix obtinuit. Longè Numa prudentior & humanior fuit legumlator, siquidem in Saturnalibus seruos cum dominis equaliter epulari consuefecit. Lycurgus fortitudinem magis, Numa iustitiam coluit, cuius etiam grata fuit de officii distributio in ordines: Lycurgi seuera: qua seruos vulgarium arcium fecit opifices, cives verò Marii ministros. Numa feroces Romanorum frenauit animos, & ad summum vsque diuitis progredi permisit: Lycurgus aduersus immoticos appetitum cauit, ceu extirpatoris vitiorum omnium semen. Alter propter equalitatem Rempublicam firmavit. Alteri recens illa sortitio diuisionem non attulit. Lacon ad tollendam pudicitiae suspicionem uxorum impartiebat: Romanus autem illam uxorum communionem intolerabilem fatebatur, & propterea virginum verecundiam custodia cohibuit: quum Spartana virgo aperta tunica femur totum in incessu nudaret. Lycurgus maturas, non praecoces nuptus dedit: Numa, ut illibatum praestaret viro corpus, duoaenu etiam uniuorem nubere voluit. Illa ad procreandam sobolem aptior, hac ad formandos mores ac-

*V*triusque preclarum factus.

commodatior. Circa liberorum educationem, circa canas, gymnasia, 1000 & studia, omnibus legumlatoribus longe praestitit Lycurgus, cuius constitutiones supra quingenesimum annum perdurauerunt. Exinctio Numa, omnis eius defecit institutio. Roma tamen ad summam usque in melius rebus bellicis processit, ubi Numa instituta mutauit. Lacedaemony cum primis Lycurgi sanctionem excessere, amisso imperio periclitati sunt. Maximum illud est, quod Numa peregrinus in regni accessit, omnia mutando, sine ulla in eum conspiratione dominatus sit. Lycurgus ad compescendas aduersus se optimatum impetu, sapientia usus est & iustitia.



SOLON.

Genes
Solonis.



Solonis
elegans
dicitur.

SOLONIS quidem pater fuit Ecclesides, à Codro ortum trahens: ac propterea generis nobilitate, ciuitatis longè princeps. Mater autem Pisistrati matris consobrina fuit. Hinc Pisistratum maximè adamauit Solon: cuius pater cum ob liberalitatem & humanitatem patrimonium imminuisset, ipse mercaturæ operam dedit: plerisque tamen assentibus, eum uiuendi potius quam lucrandi desiderio errasse. Sapientiae cerè studiosus fuit: quippe qui dicere solitus esset, Multa quotidie se discentem confiteri. Dicebat itidem, se diuitias quidem desiderare, non eas tamen per iniuriam parare, quoniam delictum pœna sequeretur. Affluentiae luxuriaeque nimium studere, & necessitatem non timere, egregij viri munus esse negabat. At verò ut profusius quam philosophum par esset, uiu-

ret,

ret, licentiosiusque de voluptatibus conscriberet,
 à mercatura vitæ dicitur rationem sumpsisse:
 per quam ad animi quietem & remissionem pro-
 penius ferebatur. Et propterea animum potius
 tenuem quam locupletem amabat: quod inge-
 nuè constat, quando dicere sit solitus: improbi
 ditantur, pro i inopes fiunt, nec ob id tamen pro-
 dituitis animum mutabimus. Illæ instabiles la-
 bilesque sunt: virtus clara æternâque habetur.
 Ab initio autem poesim suam iocis respexit: in
 posterum verò philosophicis sententiis civili-
 busque rebus condidit, vsque adeo, quòd leges
 suas versibus comprehendisse eum pler que asse-
 uerant: quarum principium est:

Legibus hæc pro primum rex Iuppiter asit,

Fortunamque ferat salix, nomenque secundet.

Tamet si moralem sequutus sit philosophiam,
 tamen in physicis simplex fuit: ut his patet ver-
 sibus:

Nube niues tenues, & grando gignitur aura,

Et contritus alto fulgur ab axe ciet.

Flatibus assiduus miscetur & æquora: quas se

Non moueat, iustum nil magis esse queat.

Cum Anacharsis Solonem irritasset leges descri-
 bentem, afferens hominum cupiditates nõ posse
 literis coerceri: eum respondisse ferunt: Civibus
 se leges optimas dedisse, ut cõducibilis iis esset,
 ipsas potius seruare quam transgredi. Non tamen
 eum sortite sunt finem, quem credebat: verum,
 quem Anacharsis dixerat. Cum Mileti Solon ef-
 set. Thaletem nuptas ac procreationem cõtẽ-
 mpnssisse miratus est. Cui cum nihil responderet Tha-
 les, paucis interiectis diebus peregrinũ quendam
 subornauit, ut Athenis venisse simularet, Solonis-
 que mortem filij significaret: cumque demisso
 capite tristis, & afflicto similis conquereretur, eũ

*Solon
mercator*

*Dicitur
improbus
se probus
inops.*

*Solonis
leges.*

Thales adiisse fertur, dixisseque, Solon, quæ te virum fortem terrent, me profectò à nuptiis & filiorum procreatione distrahunt; bono autem sis animo, quoniam ficta hæc, non vera sunt. Capitale autem ei at apud Athenienses, propter diutinas belli calamitates, si quis de vindicanda Salaminiarum insula verba faceret. Solon igitur expendens quanto hoc patriæ constaret, ut ad honoris recuperationem ciues acueret, se furere simulauit. Et è domo profiliens, luto fœdatus, multitudine post eum concurrente descendit in forum. Et ascendens præconis lapidem, elegiam, quam antea excogitarat, accuratissimè recitauit. Eius principium huiusmodi est,

*Ipse quidam præco chara Salamini relicta
Aduenio, & canis concio nostra feret.*

Imposito cantui fine, approbantibus cunctis eius sententiam, ac Pisistrato populum adhortante, legem abrogauerunt. Et Solone duce creato, rursus bellum instaurauere: cuius consilio & stratagemate Athenienses insula miserunt esse potitos. Qui cum magis in Republ. floreret inter Græcos magna in admiratione habebatur, ex illa potissimum oratione, quam pro Delphis habuit: cuius suasionem, sententiam, & autoritatem ad vindicandam iniuriam violatam à Cyrrheis fatidici templi, bellum per Amphictiones susceptum est. Cumque iamdiu Cylonis piaculum ciuitatem perturbasset, & ea tempestate plurimum valeret factio illa, ita ut ad vltimum penè discrimen peruentum fuerit, tunc Solonis autoritas in ciuitate maxima venerabatur. Qui cum in medium eam ciuitatis principibus profiliisset, suadendo, & piaculo obnoxios comonendo (i)erant ex Cylonis factione) effectit, ut ea de re iudicio decerni vellēt. Presentis igitur optimatibus iudicantibus accu-
satore

*Furoris
simulatio
à Solone.*

*Cyrrheo-
rum sacri-
legum.*

*Cylonis
factio.*

fat
pia
inc
ac
ali
ins
con
sex
cor
ple
ban
cere
cru
deb
quit
tab
ad a
mu
flu
reru
dan
capi
tori
rum
tyra
ciui
riqu
quer
feru
bell
anim
eam
Pulc
exitu
xemi
sicut

fatore Myrone, damnati sunt. Summotis igitur
 piaculosis, in antiquas rursus ciuitas seditiones
 incidit: quæ per Diaerios, Pedieos, Paralósque
 accedebantur. Quo etiam tempore propter æris
 alieni solutionem aduersus diuites egeni acriter
 insurrexere. Ex quo ciuitas seditionibus & in- *Seditio*
 commodis vndique agitabatur: nam pauperes *popula-*
 sextam alij partem fructuum soluebant, nonnulli *ris.*
 corpora obligabant prius ad onera deportanda,
 plerique seruebant, per externas regiones vende-
 bantur alij, horum multi proprios liberos addi-
 cere cogebantur: nihil creditorum crudelitate
 crudelius erat. Turbulentissimus huiusmodi vi-
 debatur Reipub. status, quando seditiosissimus
 quisque ad innouandas res plebis animos inci-
 tabat, ad quempiam fidum principem creandum,
 ad agrorum diuisionem, ad abdicandam & im-
 mutandam Rempub. Demum inter tot tantisque
 fluctuationes perspicientibus ætatis, visum est,
 rerum omnium summam Soloni esse commen-
 dandam. Eum igitur ad eum, hortantur ut Remp.
 capiat, seditionemque componat. Ipsi ergo præ-
 tori creato, sedandarum discordiarum ferenda-
 rumque legum potestas ipermissa est. Multi ad
 tyrannidem eum hortabantur. Suadebant alij,
 ciuitatem ut audentius caperet in ditionem. Ple-
 rique pericula metientes, non recusabant virum
 quempiam probum Reipub. præesse. Tamen eum
 ferunt vsurpare hoc esse solitum: Aequalitatem *Aequali*
 bellum non efficere. Quæ vox omnium maxime *tate non*
 animos alacritate compleuit. A sententia tamen *efficere*
 eum dimouit nemo, verum amicis respondebat: *bellum.*
 Pulchrum quidem locum esse tyrannidem, sed
 exitum non habere. Primum itaque instituta fuit
 æmissio æris alieni, & abolitio tabularum, quam *οὐδὲν*
ἴστω, id est, oneris leuationem appellant. *ἴστω*

Nec cuiquam in posterum licebat obligato corpore foenerari. Mensuris ac nummi precio subinde accessionem fecit, centum drachmarum minam constituens, quum prius septuaginta & trium esset. Gloriatum est etiam, priores agri terminos multis locis fixos sustulisse, & quod seruiens erat, liberum fecisse. Item indigna oppressos seruitute, libertate donasse: & constitutis ciuibus ad exportandas pecunias, peregrinos ab eorum munere eiecisse. Verum à Conone, Clinia, & Hipponico iniuria affectus, animo torquebatur: quorum fidei se commiserat, debita rescisurus, quum agros diuidere non decreuisset, illi autem fraudem meditantes, ingentem pecuniam foenerati, quippe conscij debitorum remissionis, maximam agrorum copiam emerant: & sic sine pecuniarum satisfactione possessionibus fruebantur. Solon autem, ne huius sceleris particeps fuisse crederetur, quinque se talentis liberauit. nam tantum sibi debebatur, idque per legem penitus remisit. Minimè quidem gratum fuit huiusmodi institutum diuitibus, quoniam tabulas irritas fecit: pauperibus autem, quia (vt sperabant) agros haud diuisit. Paulò tamen post cognitò, quantum ratio hac utilitatis attulisset, supplicationes publicè decreuerunt & Soloni Reipubl. moderatorem, ac ferendarum legum, abrogandarumque potestatem dederunt, cum facultate nummi temporisque praefiniendi magistratus quoque omnes, concionem, forum senatumque ipsius arbitrio concessere. Proinde tum primò leges Draconis abrogauit: praeter homicidij poenam: quippe Draco quaeque etiam minima, utpote occisum, aut olera fructusve surripientem, morte multauerat. Deinde aggressus ut ad ciuilem statum Remp. componeret, cui plebs interesse haud poterat,

*Papiri
ingeniu.*

*Draconis
leges.*

poterat, per eiuſdem cenſus cuncta diuiſit. Qui in quingentis æſtimabantur, locum primum occupabant: ſecundus locus eorū erat, qui equos alere poterant: hi in trecentis cenſebantur. Tertius ordo, eorum qui tricenorum numerum bini explebunt. In quarto loco debitores erant, aut mercenarij. His quoniam magiſtratum adire non licebat, habendæ tamen concionis & iudicandi in Republ. munus obibant: quod ab initio nihil in poſterum maximum viſum eſt. Et quoniam lites deferrebantur ad iudices, fecit Solon, vt volentibus de ea re in forū dicere, fas eſſet, iudiciorum etiam vim auxit ob leges, quas dedit, diuerſimodè intelligendas. Rurſus vt imbecillæ multitudini ſubueniret, ſtatuit omnibus licere de iniuria alteri illata, in iudicio iniuriam perſequi. Quadrant huic legi eius verba, qui cum interrogaretur quæ ciuitas melius habitaretur? Ea, inquit, in qua non affecti iniuria, aliorum iniuriam vlcifcuntur. Coacto ſemel in Arcopago ſenatu plebem ſibi videns præſidem, & inflatam ob debitorum abolitionem, ſecundum ſenatum adiunxit, è quatuor tribuū ſingulis centenos deligens: vt duabus veluti ancoris ciuitate ſubnixæ, ſine eorum conſulto nihil ad populum ferretur, atque ob id quietior plebs foret. Fama refert etiam Arcopagitarum conſtituiſſe cōſilium. Fuit quoque admirabilis illa Solonis lex, in qua priuatur quiſque honoribus, qui orta ſeditione neutram ſequitur factionem. Iniuſtum enim videbatur periclitantibus rebus adiumento non eſſe, verū alienam in tuto iactuſtam ſubridere. Satis etiam riſu digna videbatur illa, cuius permiſſione mariti neceſſariis licebat, cum eius vxore admifcere, ipſo ad coitum impotente. Aut ſi minus cum omnibus, cum vno ſaltem congregari fas erat, ne

πεντακ-
στομύ-
δ' αμύς.
ἰσπρεῖς δὲ
τελευτῆς.
Ζευγῆται
δ' ἄλλοι

Senato-
riū ordo
ἀνέμυς.

Admirā
da lex.
Gell. lib.
2. cap. 12.

Coniuga-
li lex.

alienum putarent quod nasceretur : Iussit autem nuptam aliud nihil præter vestes treis, & empta paucis vasa secum ferre, cuncta priuans matrimonia dotibus. vt non precio aut mercede, vir vxorque copularentur, ac procreanda prolis gratia. Laudatur alia etiam ipsius lex, qua prohibetur, ne quis mortuo maledicat. Et si in vnum inuectus fuerit, aut in locis sacris, vel in iudicio, seu presente magistratu, aut in spectaculis : iniuriã passo treis, æratio duas soluere drachmas cogebatur. Laudanda quoque fuit lex illa, per quam testamentis prospexit. Antea enim minus licebat extra defuncti familiam bona deferri. Pernisit autem cui libet, nisi superessent filij, hæredem constituere quem vellet. Lege ite decreuit, si post funus mulier egrederetur, nisi cum tribus duntaxat vestibus exiret : nec plus quam oboli victum portaret : noctu verò nisi in vehiculo cum lumine veheretur, iter nõ caperet. In alieno funere lamentationes, fletus, lacerationes se cædētium penitus prohibuit, neve ad aliena monumenta, nisi funeris tempore iretur. Ciuis quoque ad artes, ad culturãque traduxit : quando Attici agri maior pars inculta infructuosaque maneret. Sanxit item si ad nullas artes pater filium allicere posset, ab illo non haberet vitæ necessaria. Areopagitas itidem monuit, vt de desidiosis inertibusque supplicium sumerent. Vehementior autem in hoc fuit, ne è meretricibus nati à parentibus alerentur. Decorum matrimonij in vxoris congressu non seruati, potius voluptatis quã liberorum procreandorum causa factum esse declarabit. Ideo huiusce criminis reum, mercede ac iure parentis in liberos priuauit. In re venerea Solonis leges deformitatis plurimum habere : nam eadem in re puniendi modò seuerior, modò clementior erat,

Maledictiæ poena.

Testamentum.

Lex de noctu præscribitur.

Matrimonij decorum.

Libidinis poena.

era
int
ner
su
den
hen
pec
dra
cen
Affe
tum
esse
bus
nam
dab
abur
tium
exqu
dece
drias
tant
dit p
verò
tum
prote
per tr
ad p
prohi
lassi
quene
nisi q
vniue
quam
lonis,
tamen
recula

erat, admodum à ratione dissentiens. Mœchum interimere deprehendenti fas erat. Si quis virginem rapuisset, centum drachmis multabatur. Si suasionem allexisset, viginti. Sorores filiaſve vendendi illi ius erat, qui cum viro eas coire deprehendisset: secus verò non erat. Computauit etiam pecus ad sacrorù æſtimationem, & pro medimno drachmam habuit. Iſthmia vincenti drachmas centum, Olympia verò quingentas dari voluit. Afferenti lupum, quinque: lupam verò, vnã tantum drachmam: hoc bouis, illud pecudis precium eſſe ſtatuens. Erat autem huiusmodi Athenienſibus vetus conſuetudo, cum lupis bellum gerere: nam pascuis potius, quàm agrorum cultui inſudabant. Cùm autem perennibus aquis regio non abundaret, ſtatuit intra ſtadiorum quatuor ſpatium (quod *ἰσθμῶν* vocant) quiſque ſibi aquam exquireret: & ſi vltra profunditatem palmarum decem fodiens aquam nõ reperiret, à vicino hydrias ſex, bis diebus ſingulis accipere liceret. Plantantibus ſicum, aut oleam, in agro menſuram dedit pedum nouem à vicino vt abeſſet: quiduis verò aliud, quinque: Qui ſerobem, foſſã vñ, tantum à vicino abeſſet, quantum foſſæ ſaſtigiũ protenderet. Alucaria apum, ab antea conditis, per trecentos paſſus abeſſe voluit. Olearũ fruſtus ad peregrinos exportari licebat: ceteri omnes prohibebantur. Si quempiam canis ſuo morſu læſiſſet, * capitulo alligatum ei dari voluit. Nec quenuquam ex peregrinis ciuitate donari voluit, niſi qui perpetuò à patria exularet, aut qui cum vniuerſa familia Athenas migraret ad artem aliquam exercendam. Putatur etiam illud fuiſſe Solonis, quo in arario epulum præbuit, non ſapius tamen eundem eo in loco cibari voluit. Si verò recuſaſſet is cui ſorte cõtingerat, pleſtebatur.

*Aquatio
nu lex.*

Plaratio.

* *κλωτες*

πτερο-

αἰκία

ἢ

ἢ

ἢ

ἢ

ἢ

*Regum
Solonis
& eius.*

terea statuit, in centum annos ratas leges haberi, & in ligneis tabulis describi. Senatus verò iureiurando, & quisque itidem in foro ad lapidem iuramento leges ratas habiturum se obstrinxit. Si secus factum fuisset, in Delphis auream statuam sui, æquali pondere posituros esse dixerunt. Certas subinde rationes docuit, ob mensium disparitatem, Lunæque varietatem. His igitur peractis, cum à multis quotidie obtunderetur, latarum legum causam sciscitantibus, seu eas improbantibus, vel laudantibus; volens ab huiusmodi nausea liberari, peregrè profectus est. Igitur in Aegypto primum aliquandiu moram traxit. Deinde apud Psephonem Heliopolitam, & Sonchem Saitam eloquentissimos sacerdotes, philosophiæ indulsit. Postque in Cyprum delatus, à Philocypso honorificè exceptus est. Qui cum in locis incultis & horridis civitatem haberet, Solonis suavis in amœniore feraciorèque loco alium condidit, & suis etiam disciplinis instituit: & à Solone, Solos nuncupari voluit. Cum semel autem à Cræso vocaretur Solon, qui putabat hominem in tantis apparatibus, ornatu & splendore, & in tanta auri argentive copia stupefactum reddere: atque eorum tamen nihil animum eius moueret, indignatus est rex, & ab eo petiit, Nunquid se beatiorum quenquam dignouisset? Cui cum Solon, Telum Atheniensem beatiorum esse, qui filius ingenuè educatus, sanctissimèque transacta omni vita, gloriose pro patria pugnando oppetiisset. Deinceps contendit rex. Nunquid alium? Cleobim ac Bitonem respondit, viros mutua se benevolentia colentes: qui summa matrem reuerentia, tardantibus bobus, iugum subeuntes, ad Iunonis templum traxissent: & peractis sacris, epulati, subita morte exirassent: homines in tanta omnium

*Solonis
fuga.*

Soli.

*Tellus
Athenicè
fr. Cleo-
bi.
Biton.*

lauda-

laud
vacu
cenf
merc
ta va
nis
ad n
tus
nunc
iudic
mut
Cræ
sus à
uus,
ram,
ro &
uit.
quis
in sup
simul
nibus
vitæ
beatu
que q
tudin
secun
mnibi
cior.
ipse f
tus, ne
vlrim
est. C
ex due
spien
Solon
fluctua

laudatione viuentes, mortem dolorum omnium
 vacuam essent consecuti. Tum rex magis ira in-
 census, inquit: In nullo me ergo beatorum nu-
 mero reponis? O rex (respondit) cum hominis vi-
 ta variis fortunæ vicibus assiduè rotetur, his bo-
 nis confidendum esse non existimo: qui autem
 ad nouissimum vsque diem à fortuna non agita-
 tus, honestè diem obiuerit, is beatus meritò
 nuncupari potest. Quare beatum neminem fore
 iudico, nisi vitæ fœlicitatem cum honesta morte
 mutarit. Et his dictis, perturbato vehementius
 Cræso discessit. Post paucum verò tēporis Cræ-
 sus à Cyro in acie superatus, amissa vrbe capti-
 uus, cum ad incendium duceretur, ascendens py-
 ram, quàm potuit altissima voce spectātibus Cy-
 ro & cunctis, ô Solon, tēque quaterque clama-
 uit. Quod cum audisset Cyris interrogari iussit,
 quis hominum deorumve esset hic, quem vltimo
 in supplicio tantopere efflagitasset? Qui nihil dif-
 simulans, rem ordine narrauit: & quibus ratio-
 nibus sapientissimus ille vir eum monuerat, vt
 vitæ exitum metiretur. Quandoquidem neminem
 beatum dici debere existimaret ante obitum: ne-
 que quicquam propter assiduas fortunæ vicissi-
 tudines stabile, perpetuumve teneri. Quæ cum
 secundis ego rebus inflatus aspernarer, nunc o-
 mnibus triste spectaculum, serò pœnitentia affi-
 cior. Hæc cum Cyro renunciarentur, cautior &
 ipse factus Cræsi periculo, & eius sortem misera-
 tus, non solum eum ab incendio liberauit, sed ad
 vltimum vsque diem summo honore profecutus
 est. Quare hæc prudenti Solonis admonitione,
 ex duobus regibus alter liberatus est, alter verò
 sapientior euasit. Dum interim peregrinaretur
 Solon, ciuitas dissidentibus factionibus maximè
 fluctuabat. Præerat enim Pediorum factioni Ly-

De Cræso.

*Beatus
Solonis
quis.*

*Cræsus
Solonis
memor.*

*Cræso in-
uocatus
Solon.*

*Ouid. 3.
Metam.*

curgus, Paralorum Megacles, Diacriorum verò Pisisstratus. Cum autem in tot tantisque laboraret civitatis seditionibus. Solon in patria reuersus, summa diligentia factionum principes inuicem conciliare contendebat: cui tamen palam Pisisstratus assensire videretur, nihilominus ad status mutationem animus eius aspirabat: quod paulò post in lucem prodit. Erat enim Solon ætate ingrauescente tardior iam factus, & ob id in Rempubl. minus officiosus. Interea Pisisstratus consultò vulneratus, in forum descendens, ab inimicis clamitat per insidias se fuisse circumuentum. Tum ipsa quoque rei facies, ac viri tanti dignitas, necnon & linguæ gratia. multitudinis animos ad arma concitauit. Erant iam tunc omnes veluti in prælium descenduri, quum Aristone decernente, pro quinquaginta armatis ad Pisisstrati custodiam dandis, multitudini non solum quinquaginta, verum quotquot alere posset, placuit per Pisisstratū esse retinendos. Quibus assumptis & arce potitus, statim tyrannidem inuasit. Turbata itaque ciuitate, Megacles fugæ se dedit. Solon autem quoad licuit suadendo, orandòque obtulit. Ceterum quia senio iam confectus erat, domum rediens, ante fores arma deposuit, dicēs: Patriæ quidem legibus & consilio, quoad potui, opitulatus sum, in posterum quiescendum existimo. Pisisstratus eum tamen honore & humanitate plurima complexus est, quem in consiliis sæpius adhibebat. Cuius cum plurimas leges seruaret, alios etiam parère docuit. Solonem quoque imitatus est Pisisstratus in lege quam tulit, vt publice aleretur quicumque pro patria oculum amississet. Volens autem Solon Atlanticum sermonem illum quem ex Sai vrbis sapientissimis acceperat, in conducibilem materiam edere, senij

*Pisisstrati
fracti.*

*Atlanti-
cus ser-
mo.*

tædio

tædio
mida
strati
nim
lamir
digni
tur:
um c



tis &
lentos
bertate
venisse
corrup
nuenit
in popu
Valeris
deunt
domibu
ex coru
Titus &
filiorum
quihori
obscura

radio affectus, tum operis magnitudinem reformidans, ab incepto defecit. Vixit ab initio Pistrati tyrannidis, annis duobus minus. Obiit enim decrepitis. Quod verò cineres eius apud Salam inem dispersi, dissiparique fuerint, ob rei indignitatem incredibile, fabulosumque esse videtur: tamen dignissimorum autoritate scriptum comprobatum est.

*Solonis
mors.*



Valerius Publicola.

PUBLICOLAE quidem prius Publio Valerio nomen erat, quod à Valerio progenitore deriuasse videtur. Cum autem sub regibus adhuc Roma esset, hic Valerius diuitiis & eloquentia potens, Lucio Bruto ad expellendos ab vrbe Tarquinius, & recuperandam libertatem socius fuit. Et cum à Tarquinio legati venissent, populum literis precibusve delinituri, corrupturique multorum fortasse animos, annuentibus quoque Bruto & Collatino Coss. eos in populum productum iri, vehementer obstitit Valerius. Adepta deinceps occasione legati redeuntes, subornatis Vitelliorum Aquiliorumque domibus effecere per Vitellos Bruti necessarios ex eorum forore quam in vxorem duxerat, vt Titus & Tyberius eiusdem filij in socios & consiliorum participes adsciscerentur. Et cum in Aquiliorum domum quandam desertam & subobscuram clam penetrassent, vt iurjurando in-

*Coniurationis
formae
&
origo.*

*Vitellij.
Aquilij.*

erò
ra-
er-
ui-
lām
ad
od
a
d in
atus
ini-
men-
i di-
is a-
nnes
e de-
trati
uin-
cuit
ntis
Tur-
. So-
oque
erat,
dicēs:
otui,
existi-
nani-
is se-
erua-
noque
vt pu-
um a-
ermo-
is ac-
senij
radio

*Vindici-
eius.*

uicem se adigerent, seruus quidam Vindicius nomine, qui ibi fortasse delituerat, singula quæque prospiciens, dicta gesta que notauit: & quo pacto consules obruncare, & reges in urbem recipere & per literas Tarquinio cuncta significare statuerant. His autem auditis, ubi coniurati abierunt, incertus tum Vindicius quid faceret, prodicionem suppressere periculosum esse, & patri filios accusare, non integrum existimans, humanitate Valerij confusus, ad eum rem ordine detulit. Quæ cum audisset Valerius, cum magna clientum & amicorum manu, Aquiliorum in domum præsto irruens, impulsis ianuis, literas intercipit à legatis relictas. Interea aduentibus Aquiliis, & literas auferre nitentibus, illisque resistentibus, utrique in forum concertantes se pertraxere, à Marco item Valerij fratre literæ aliæ, cum deprehensis quibusdam in publicum deferuntur. Tumultu igitur exorto, Brutus & Collatinus consules prodeunt: Vindicius accusator, idem & testis producitur. Leguntur literæ, quibus contradicere ausus est nemo, alij timore affecti silentium agunt, Brutus autem filiorum quemque nomine appellans, cur accusationi non responderet, interrogat. Quibus silentibus, intrepidus, ac seuerior iam, virgis eos per lictores cædi, securisque subinde percuti iussit. Dein assurgens, collegæ interis facultate relicta, è foro abiit: cunctis tum ob res ab eo peractas, tum ob seueritatem in filios stupentibus & attonitis. Aquilij verò consulis vnus abitione, & mollitie alterius confisi (erant enim Collatino necessitudine coniuncti) audacioresque facti, petito ad respondendum termino, Vindicium seruum etiam sibi reddi petierunt. Quibus cum assentiret Collatinus, Valerius ita resistendo repugnandoque se opposuit, donec

*Bruti in
filios se-
ueritas.*

deinceps

deinceps
confu-
autem
rebi-
cog-
confu-
locum
liber-
feren-
plebs
que d-
seerat
quin-
di reg-
num
obui-
Arus
mutu-
quis
Crude-
lior ve-
direm-
& conf-
percul-
è luo-
ciores
ocubu-
stris, qu-
audacio-
ctis cap-
cadauer-
& trecē
Ex qua
dia quæ-
mus tri-
apparatu

deinceps redeunte Bruto, omnium suffragio, qui
 conspirassent, capite damnati sunt. Collatinus *Aquilij*
 autem videns ob ea omnibus se odio esse, tum *damnati.*
 rebus gestis, tum affinitate, & Tarquinij nominis
 cognomento (ei enim Collatino nomea erat) à
 consulatu se abdicans, ab vrbe secessit. In cuius
 locum Valerius cum susceptus esset, Vindicium *Valerij*
 libertate & ciuitate donauit, cū potestate etiam *consul de*
 ferendi suffragij, in quacunqve veller tribu. Tum *claratus.*
 plebs vniuersa regum diripiens domum, atriūm-
 que dirimit, ac Tarquiniorum agrum Marti con-
 secratum, Campum Martium appellauit. *Martij*
 Tarquinij autem spe omniū frustratus recuperan- *campus.*
 di regni, sumpto ab Ethruscis suffragio, Roma-
 num agrum hostiliter inuadit. Cui cum consules
 obuios se facerent & in conflictu iam ferè essent
 Aruns Tarquinij filius ac Brutus hostili odio se *Bruti*
 mutuo conspicati, citatis magno cum impetu e- *mor.*
 quis alterius vterque telo transfossus occubuit.
 Crudele quidem fuit huiusmodi initium, crude-
 lior verò exitus: ac nisi imber ingeus praeliantes
 diremisset, crudelissimus fortè fuisset. Erant sanè
 & consulis & Romanorum animi tanta clade
 perculsi. Cæterum superueniente nocte quadam
 è loco in castris vox intonuisse dicitur, vno pau-
 ciores ex Romanis in prælio, quàm ex hostibus
 occubuisse. *Qua* voce territi hostes, relictis ca-
 stris, quisque sibi per fugam consulebat. Romani
 audaciores facti, circiter quinque millia ex reli-
 ctis capientes, cætera diripuerunt. Et dinumeratis
 cadaueribus, Ethruscorum quindecim millibus
 & trecētis castris, Romanorū vno pauciora fuere.
 Ex qua victoria Valerius sine huius gloriæ inui- *Valerij*
 dia quadriiugo inuectus curru, ex cōsulibus pri- *erium-*
 mus triumphauit. Postea verò quanto potuit *phus.*
 apparatu exequias collega præstitit, ac funebri

cum oratione laudauit. Vnde in posterum mos inualuit, eos à primatibus pro concione laudari, qui pro patria viriliter occubuerint. Non tamen inuidia caruit: quandoquidem eum neque Reip. consulere, neque consulis munus obire dicebant, quin Tarquinius potius emulari, vsque adeo vt etiam cum insignibus & pompa ex eminentiore loco prodiens, in forum descenderet. In edito enim loco excessam habebat domum, accessu difficilem, & desuper imminentem foro, è qua descendens cum fascibus & fastu regiam ipsam dignitatem imitari videbatur. Admonitus itaque ab amicis, multitudini ob hoc se infensum esse: id quidem minus ægro ferens animo, postera statim nocte funditus demoliri domum curauit. Illucente autem die populus tristis ob huiuscemodi demolitionem, alioquin admiratus viri magnitudinem, neque cōsulem passus, veluti domo eiectum, aedes alienas habitare, domum ei & longè illa prospectiorem ædificauit. Subinde Valerius vt consulatum iucundum ex formidoloso redderet, & vt popularem augeter dignitatem, secures tum primum à baculis discreuit, ac submissis populo fascibus, in concionem processit: id quod in posterum quoque à consulibus obseruatum est. Quare ita in se omnium benevolentiam concitauit, vt ei se libentius submitteret, eius dicto cum voluptate audiret. Quo factum est vt Publicolæ ei nomen inditum sit, quasi publica colèti. Et priore relicto, illo in posterum vsus est nomine. Volentibus quoque ei collegam subrogare, potestatem fecit. Timens tamen aduersariorum inuidiam, ante subrogationem centum & sexaginta quatuor patres in mortuorum locum suffecit. qui partim à regibus occisi, partim nuper in prælio interempti fuerant.

*Valerio
domus è
público
extructa*

*Publico-
le nomen
vnde de-
ductum.*

fuerat
lum
statu
que
vect
tes,
mult
vsus
font
bonn
rann
ærar
in cre
fueru
mult
in æ
miti
gam
prim
dies,
ratiu
secre
perbe
ei æ
tione
vter
cratic
nius i
præfic
cum r
dia à
lulus
vrben
occur
ratus,
Roma

fuerant. Permisitque reis, à consulibus ad populum pronocationem habere. Capitale secundò statuit, sine populi consensu magistratum adire quempia. Tertio, pauperibus prospiciens, ciuium vectigalia sustulit. Consulibus non obtemperantes, quinque bouum, & pecudum, duarum precio multauit. Non erat adeo frequens numerum vsus in vrbe: pecudibus & fumentis plectebantur fontes. Pecudis autem precium oboli erat decem, bouum verò centum. Fas quoque esse voluit, ty-

*Pecudum
& bouum
multa.*

*L. Lucretii
Con-
sul.*

*Porfena
bellum.*

rannidem appetentem reprimere. In Saturni ædificium ararium constituit, populòque potestatem fecit in creandis quaestoribus duobus. Quorum primi fuerunt, P. Veturius, & M. Minutius: & pecuniae multa coactae. Centum enim & triginta millia in ararium redacta sunt, posteaque habitis comitiis, L. Lucretium Lucretiae patrem, sibi collegam constituit, ei que fasces tradidit, & locum primum, quòd senior erat: qui paucos post obiit dies, in cuius quidem locum successus est M. Horatius. Cùmque libido Publicolam incessisset consecrandi templi Capitolini Iouis à Tarquinio Superbo ædificati, neque dum consecrati, plerique ei æmulantes collegae suaserunt, vt in consecratione Publicolæ non cederet. Sorte igitur iacta vter templum dedicaret, super Horatium consecrationis sors cecidit. Consecrato templo, Tarquinus interea à Porfena Clusinarum rege, exorato praesidio, in Romanum agrum imperum facit. Cui cum resistere viderentur Romani, eorum praesidia à Porfena tanto impetu reiecta sunt, vt paululum abfuerit quin mixti cum ciuibus hostes urbem ingrederentur. Tunc Publicola pro portis occurrens, acri feruente pugna lethaliter vulneratus, in urbem deportatur. Quare concidentibus Romanorum animis, in urbem fortassis irruissent

*Horatij
Coccliris
egregium
factum.*

*Obsessor
Roma
Porsena.*

*Mutij cō
Rantia.*

Ethrusci, nisi Horatius Cocles hostium suo corpore impetum sustinens, à tergo pontem diffringi fecisset. Quo abrupto in Tyberim profliens, Tyrrheno in nate saucius telo, ad urbem tranavit incolumis: in cuius honorem, Publicolæ suavis, in Vulcani aede posita fuit aëra statua, ac pro domesticis copiis de victu prouisum: necnon agri tantum datum, quantum die vna circumarrari posset. Obsidente igitur urbem Porsena, famæ in ea maior oriebatur in dies. Et ecce alius Thuscorum exercitus Romanum agrum inuadit. Publicola igitur demum tertio consul factus, coactò repente exercitu Porsenam spe portundæ urbis elatum, insperatò aggreditur & fugientibus reliquis, Hethruscorum quinque milia capta sunt. Asserunt plerique, Mutium adolescensem omni virtute præditum, Thusco in habitu ad hostium castra penetrasse, occidendi regis gratia, liberandæque urbis desiderio: qui cum alium pro rege transfodisset, quem haud nouerat, comprehensus, ad regemque perductus, quia aliter egerat, sibi quàm fuerat in animo, igni ad sacrificiū incenso dexteram comburendam admouit, quæ dum flagraret, rex stupefactus iuuenem acciri iubet. Atque à sede illi enses porrigens, patrati facinoris causam sciscitatur. Ille extensa læua enses suscipiens (eo quòd *σχιζος* Græcè, læuum Latine sonat) *Schiζola* dictus est: causam itaque factam redderet, truci horrendoque vultu dixit, Treceti in caput tuum cōiurati eramus: & quia forte primus ego negotium errore haud peregi, præstò alius aderit, urbem ab obsidione liberaturus. Rex autem his verbis territus, Romanorum animos extimescens, vltro pacis conditiones ciuibus obtulit. Publicola vero, quod Romanis cōducibile existimabat, datis vadibus præextatis decem,

decem, virginibusque ex patriciorum genere totidem, de pace cum hoste composuit, inter quas Valeria Publicolæ filia fuerat. Illæ autem cum *Virginit* per fidem in castris asseruarentur, ad Tyberim *obsidum* simulata se lauandi causa descendentes, temporis *magnas* opportunitatem nactæ, cum adesset nemo tran- *mitas.* nando in urbem euasere. Quas ubi Publicola aspexit, factum improbens, ne à Romanis fraus orta videretur, vinctas ad Porfenam duci imperauit. Admiratus Porfena Romanorum præstantiam, cum eis amicitiam, nedum pacem liberalissimè firmavit. Volensque animi sui magnitudinem ostèdere, in exercitus abitione arma tantum exportari voluit, impedimentis comædique omni in castris relicto. In cuius rei memoriã Porfenæ iuxta curiam statua, posita est. Post hæc, M. Porfena Valerio Publicolæ fratre, & Posthumio Tuberto *statua.* Cons. Sabini Romanum agrum populantes, omnia incurritando vastabant. Contra quos Publicolæ senectia, per M. fratrem prosperè pugnatum est. Quarto autem Publicola Consule designato, à Sabinis Latinisque permagni motus bellicque apparatus fieri nuntiabantur: & nisi quedam dissensio inter Sabinos & Appiũ Claudiorum ciuem orta fuisset, in prælium citius fortassis descèdissent. Verùm quia idem Appius cum milibus quinque domerum, cumque penatibus & liberis, è Sabinis, suasu & exhortatione Publicolæ Romam transmigravit: & cum vniuersis ad ciuitatem ad munera libenter admissus est: vehementer inde Sabini excãdescens, magno quòd cum exercitu iuxta Fedenas confidentes. Romanis insidiati sunt. Cuius rei cum certior factus fuisset Publicola per transfugas, contra eorum fallacias vires intendens, diffusis circumdedit copias, ac impetu vndique facto, eos trucidãdo fuit.

gavit: adeo ut omnes, præter paucos Fidenis receptos trucidati interemptique fuerint: Romani autem victoria elati, atque ex spoliis ditiores facti, gloriam omnem (quam in Deum authorem referre erant soliti) nunc in consulis præstantiam reponunt, ac prædicant. Ipseque Publicola designatis post se consulibus urbem tradens, è vita migravit. Sic P. R. quod integerrimè sanctissimèq. dixisset, decreuit, ut quartam quisque fortunarum suarum, in extollendam funus eius cõtribueret. Cuius quidem desiderio Romanae mulieres, tanquam omnium patrem, annum luxerunt. Ipse autem intra urbem iuxta Veliam honorificè sepultus est.

Publicola
la mors.

COMPARATIO.

Solonis cum Publicola.



Comparatio Solonis ad Publicolam si fiat. vox ista Solonis ad Crasium de felicitate, Publicola magis conveniet, quam Tello: qui tamen in bello pro patria occubuerit. filiosque habuerit ingenuos. tamen neq; eorum ab auctoribus merito alio editur, neque ipse magistratuum imperium illud gloriosum obtinuit. Publicola autem divitiis, gloria, & virtute Romanorum princeps est habitus. Post mortem verò triste sui desiderium urbi relinquens, præter hoc quod annum à mulieribus Romanis tanquam pater lacrymis est honestatus, oriam sexcentos per annos, pecunias desiderasse, non autem parasse per iniuriam. Publicola pauperes pecunia subleuavit, non solum ab iniuria abstinuit: ut felicissimus merito dici possit, si quando omnium Solon sapientissimus fuit. Quæ pro maximis ille reputavit, ad vltimum usque Publicola consecutus est. Alter Rempubl. moderant exemplo fuit alteri.

Solon pecunia cupido.

at
in
be
a
H
an
lon
qu
spu
lan
sic
ni
no
ni
xit
ni p
ip
fu
ber
vse
lar
do
ani
tum
for
bell
nu
gest
dixi
cau
in n
quid
tuen
Rom
sam
Rom

alteri qui deposita pompa mansuetam fecit consula-
 tum. Sumpsit tamen Romanus consul à Soloni legi-
 bus multa: nam deprecantibus crimen, prouocationem
 ad populum dedit, quemadmodum Solon ad iudices.
 Hic senatum constituit, alter senatorium numerum
 auexit, & tyrannidem affectanti panam constituit. Sol-
 lon autem de indemnato permisit supplicium. Verum
 quod tyrannidem omnium sibi consensu delatam re-
 spuerit, cum quo hoc comparandum sit, apud Publico-
 lam haud habemus: qui tyrannicum principatum man-
 suetorem effecit, non tamen uenit. Remissio illa alicui
 ari, confirmatio fuit libertatis, ad quam aspirare
 nequebat pauper, alius obnoxius, & quod pulchrius fuit
 nullam seditionem conceitauit, uerum conceptam extir-
 puit. In Reipub. potestate superior fuit Solon, qui nemi-
 ni parebat quando sibi obsequebantur omnes: ac per se
 ipsum maxima effecit in Republ. Finis tamen deterior
 fuit, quoniam euersam & sublatam popularem li-
 bertatem suam uicium asperit: illa autem Publicola,
 usque ad ciuilibus belli tempore decui seruauit suam. Hic
 laris legibus peregre profectus est, ille Reipub. manen-
 do firmavit. Solon Pisistratum tyrannidem inuasurum Solone
 animaduertens, haud obitare tamen potuit. Iste firma-
 rum iam diu regnum eiecit: & par uirtute Soloni fuit, fortuna
 fortuna autem & uiribus superior. Quo autem ad scilicet &
 bellicas res: hic aduersus Megaversos, ac Publicola ma-
 nu dimicans, & cum imperio maxima plurimamque
 gessit. Alter simulata insania, de Salaminis sententiam
 dixit. Alter contra Tarquinium insurgere non dubi-
 tavit: & primus conuersionem detexit, sumendi que
 in nefarios supplicij author exiit. Nec inermis collo-
 quio deterior fuit: quippe qui Porsonam uirum me-
 tuendum & inuictum, placatum reddidit, Populoque
 Romano amicum effecit. At Solon Salaminem amis-
 sam Atheniensibus restituit. Publicola, parto iam agro
 Romano, codere coegit. Tamen si temporum rationem.

quis habuerit, Publicola id vsuuenisse fatebitur, vt plura conseruaret, pauca amittere non curauit, & sua uirtutis existimationem praesens bellum deleuit, Romanisque apparatus belli summisit.



Alcibiades.

*Alcibiades
duo
toto.*



ALCIBIADI adolescenti, Clinia eius patre mortuo, Pericles & Ariphron viri ea tempestate insignes, tutores relictis, eius curauere patrimonium. Et quantuis ab Aiace paterna ei maneret origo, & ab Alcmeonide ex Dinomacha genito maternum etiam traxisset genus, tamen Socratis amicitia ad gratiam amplitudinemque consequendam, ei mirabiliter profuisse dicitur. Fuit eo tempore Amycla quoque Lacerna, Alcibiadis nutrix, Zopyrus uero praedagogus: tanta insuper oris dignitate fuit, & forma gratia, ut cum paucis in omni aetatis gradu id sibi commune videretur. Et quantuis ei quaedam balbuties esset, non minus ea tamen in dicendo uenustatis quam amoenitatis afferebat. Erat subinde audax Alcibiades, feroxque, inquietus, contentiosus, cupiditatibusque maximis obnoxius, nihil magis appetens quam ut fama dominatique & gloria ceteros anteiret. Quod in tenella etiam eius aetate apparuit. Nam arietanti eum humi in palaestra cuidam puero, & conquerenti, quod scammellarum mote manum sibi morsibus temerasset (ut scilicet quoque modo ignominiam euictaret) inquit: Cur scammellarum id potius, quam leo-

nam

*Alcibiades
duo
ingenium.*

nūm more egit Alcibiades? Rursūsq̄e cūm per
 viam qua fortē ludebat astragalis cum æqualib.
 rusticus currū ageret, illum rogauit vt quousque
 iecisset ipse, iumenta cohiberet: illo (rusticorum
 more) obaudiente, ita percitus Alcibiades, ante
 currum in terram sese extendens ait: Hæc tibi i-
 ter erit transire si volueris. Auriga igitur cūm a-
 liorū clamore, tum pueri audacia percussus, con-
 tinuò se retraxit. Post hæc ad liberales artes, ad
 ingeniumque excolendum maxima cura incu-
 buit: aspernans vtique modulandi ac tiliarum
 studium tanquam illiberale, faciẽmque defor-
 mans. Lyram verò quæ neque sermonem aufer-
 ret, minusve deturparet vultum, nõ improbabat.
 Vagante igitur inter adoleſcentes hæc Alcibiadis
 sententia, vti notabili & egregia, mox tiliarum
 studium obsoleuit. Depereuntibus interea Athe-
 niensium eius pulchritudinem plerisque insigni-
 bus & numosis viris, Socrates Philosophus illius
 egregiam longè miseratus indolem, omni studio
 ab inhonestis amoribus ad laudabilem viuendi
 rationẽ reuocare curauit. Atque eo facilius, quo
 adolescentis ingenium ab urbanitate minimè a-
 lienum esse dignosceret. Ex quo Alcibiades tan-
 to discendi ardore inflammatus est, vt turpi omni
 prætermisso sodalitiõ, Socrati adhaereret, ab e-
 ius latere nunquam discedens, vt tanti viri mori-
 bus & doctrina imbueretur. Sic cunctos asper-
 natus amatores, & Anytum imprimis, ad cuius
 conuiuium cūm ab eo inuitatus ire recusasset,
 post carnã reuersus, ex abaco poculis aureis refer-
 to, vasorum medietatẽ subripuit. Qui cūm à con-
 uiuijs vt impudens damnaretur, Anytus eius a-
 more æstuans, illum laudauit, quandoquidem
 omnia impunè auferre potuisset tanquam sua,
 dimidium tamen reliquisset. Et quanquam huc

*Lyra stu-
dium.*

*Alcib.
Socratis
sectator.*

Anytus.

*Amoris
vices.*

atque aliis fortasse amatoribus inexorabilis videretur, inquilino cuidam per humanis exitit, ac liberalis. Quippe homo ille Alcibiadis vt amorem aucuparetur, patrimonium vendidit, ac omne ei dono dedit precium. Subridens ipse, amatoris liberalitatem non despexit, quin illum familiariter domum recipiens, post cœnam integram restituit pecuniam: hortatusque hominem est, ac recusantem coegit etiam, vt postera die in forum descendens, vestigalia licitando in auctione proposita, publicanos suo pretio superaret. Publicani verò animaduertentes, ipsis ea re vsuram in deterius labi, intonant ad præfides, aduenam absque vade admitti haud debere. Verùm Alcibiades pro amico cautionem dedit. Publicani huic rei: haud secus mederi valentes, vt licitorem submouerent, integrum talentum quod in auctione adiecerat ei dederunt. Eo pacto Alcibiades amoris vices peregrino retulit amanti. Emergebat igitur Alcibiades in dies Socraticis documentis in omnium admirationem. Interdum tamen superantibus cupiditatibus à ratione digrediens, ad illecebras & voluptates varias declinabat: erat enim ingenio ad ineontinentiam & luxuriam valde procliuus. Socrates illum tamen sedulis admonitionibus ad honestitè accõmodabat. Qui quartæ fuerit insolentia ex hoc quàm maximè liquet: quod cū semel præceptorè nactus, Homeri poema ab eo petiisset, isque nihil se Homeri habere pernegasset, magistri ignorantiam haud ferens pugnans eum pulsauit. Et ad alterum profectus, cum is se Homeri librum à se emendatum habere profiteretur: Quid tu, inquit, grammaticen doces, quom ad emendanda Homeri poemata sis idoneus? Fertur etiã semel Periclen vt alloqueretur, illius domum adiuisse, habuif-

Alcibiadis in præseptorem contumacia.

hab
the
que
rec
bell
om
vrbe
cum
rent
inte
sta,
gam
rent
liber
dem
pern
te te
nobis
cuffi
perc
Alci
ac n
riarū
aut
cem
buis
Call
buta
ab Al
mo ex
vir di
vt rep
uendi
inspec
rapuit
domu

habuisseque responsum, ipsum in reddenda Atheniensibus ratione esse occupatum, digrediensque dixisse: Sapientius fore si, ut rationem non redderet, Pericles occuparetur. Interea ad laudes bellicas animum intendens, cum Socrate, in quo omnia sibi maxima fore sperabat, ad Potidream urbem in militiam profectus est: in qua, comissa cum hostibus pugna, dum fortiter ambo certarent, nisi fuisset à Socrate defensus, proculdubio interiisset. Qui non multò post cum te male gesta, Athenienses apud Deum præcipitanter fugam facerent, & Socratem à tergo hostes premerent, cum solus Alcibiades ab hostium manibus liberavit. Traditurque ante hoc tempus Alcibiadem non iniuria lacescitum, non iusta aliqua re permotum, verum iuuenili petulantia at scurilitate temeraria Hipponicum Calliæ patrè, virum cum nobilitate tum diuitiis præstantissimum, pugno percussisse. Quod cum in populum editum est, omnes in percussore verbis exasperabantur. Territus ob id Alcibiades, Hipponicum domi convenit, supplexque ac nudus ab eo erratorum poenam exposcit. Ille iniuriarum oblitus, nedum veniam, verum Hyparetam filiam, aut (ut aliis placet) ex Callia neptem, cum talentis decem dedit in uxorem: ex qua cum filios postea habuisset, decem alia quasi ex pactione ante inira, à Callia patre talenta extorsit. Uxor autem bonis imbuta moribus, haudquaquam pari poterat, quæ sibi ab Alcibiade in dies fiebant, iniurias: verum domo egrediens, ad fratrem se contulit. Dissimulans vir discessum ægrè minus pati, mulierem hortatur ut repudij libellum deponat ad iudices. Illa dissol- uendi matrimonij auida, ad præsidem se offert. At inspectantibus omnibus Alcibiades coniugem rapuit: contradicentemque nemine, è medio foro domum perduxit: quæ in posterum cum viro

*Militia.**Mira in
doles.**Calliæ
factum.*

pacificè deguit. Non tamen propterea violentia hæc extra humanitatem visa est. Tradunt Alcibiadem minus septuaginta immensæ magnitudinis canem emisse, & abscissa cauda per urbem dimiisse. Cum autem factum ab omnibus improbaretur, subridens, ait, se fecisse hoc, ut à peioribus, quæ de se vulgabantur, alios auerteret. Porro sibi largitione ad rempublic. iter parauit. Et cum semel eò se contulisset, vbi turba ob erogatam sibi fortasse pecuniam tumultuaretur, ingenti ipse liberalitate populo pecuniam condonauit. Quare dum populari plausu exciperetur, coturnix, quam sub pallio fortè habebat, euolauit: conclamantibus & annitentibus cunctis ipsius gratia auriculam excepit Antiochus, eique lubens restituit. Plurimum in repub. eloquentia valuit. Fuit præterea in alendis equis ad Olympium certamen non segnis: ex quibus præclaras quidem etiam ab Atheniensium hostibus victorias adeptus est. Nam ab Ephesus tentorium, à Chiis ad sacrificia victimas: & pro equis pabulum, à Lesbiiis vinum, quæque ad conuiuium apta erant alia suscepit. Non valuit tamen absque calumnia tot victoriis honestari. Ferunt quippe, à

*Victoria
vix sine
calumnia.*

Diomede amico rogatum, ut ab Argis sui gratia quadrigam emeret: eam cum nulla de amico facta mentione emptam sibi vendicasset, reprehensionem vulgò, incurrisse. Postquam ad remp. se contulit, ita aliorum ambitum sua compressit audacia ut ab omnibus fermè formidaretur Athenis. Et nunc cum Phæaco ciue nobilissimo, nunc cum Nicia duce præstantissimo, contendebat. Cuius gloriæ cum inuideret, diu noctûque illius auferendæ, suæque authoritatis amplificandæ desiderio immoriebatur. Nec desistit, donec sua calliditate Niciam Lacedæmonijis inimicum,

*Phæacus
Nicias,*

Athe-

Atheniensibus odiosum fecerit. Fuerat enim Nicias inter Athenienses ac Lacedæmonios pacis author & propterea utrisque gratissimus. Quæ res dum Alcibiadem perureret, in illum palam cauillari cœpit: quod cum posset Lacedæmoniorum partes delere, haud voluerit: & ut eorum iniret benevolentiam, quos cœpisset, dimittendos curarit. Item quod sæpe oblicus reipub. in pacis fœderibus Lacedæmonios passus esset cum Corinthiis Bœotisque societatem posse inire, Athenienses autē inuitis Lacedæmoniis minimè. Subornauitque eo tempore clam, & sub benevolentia velo, Spartatarum legatos, qui Athenas uenerant societatem initura: ut si deinceps concionem adirent, non tam remissè referrent mandata, verum arrogantius, ne timore potius quam amore pacem comprobare viderentur. Machinatus est enim hoc, ut quam tractauerat Nicias pacem, minus succederet. Legati, Alcibiadis monitione dum superbius in concione loquerentur, admirante Nicia eorum mutationem, à Senatu Alcibiadis oratione tanquam instabiles insolentisque reiecti sunt. Ex quo bellum utrinque exarsit acerrimum: cui dux Alcibiades præfectus est. Et Peloponneso in societatem accito, prope Spartam iam bellum erat: quum seditione Argis orta depressis nobilibus, patrocinate Alcibiade popularis status restitutus est, in amicitiamque receptus Patrenses itidem Atheniensibus conciliauit. Cæterum interea dum ambiciosius uiuere Alcibiades, quam ratio pateretur, odio à potentioribus haberi cœpit: ac iam de eo ferebatur, tyrannidem potius affectantis, quam libertatem reipublicæ amantis mores insequi. Ipse autem modò largitione, modò ludis & eloquenti, modò erga rempublicam magnificentia, militari

*Alcib. in
Nicias
fraus.*

*Bellum
Spartia-
num.*

*Beneuo-
lentiæ stu-
diū erga
populum.*

*Agathar-
chia.*

Taurea.

*Timon.
μοαι-
Σποτρος.*

disciplina, genere & forma, maximam sibi apud
populum benevolentiam comparabat. Multi ta-
men arrogantem eum iactabant, quòd Aga-
tharchum pictorem tandiu domi detentum ha-
buerit, donec ædes suas pinxisset. Alij, quòd Tau-
ream in chorea superiorem, victoriæque ea at-
que lætitiæ elatum, pugno percussisset. Inspien-
tes verò illius vitæ ratione excusabant. Et quan-
tus ab Timone illo, ob morum asperitatem ab
antiquis inhumano appellato, dictum ei aliquan-
do fuerit: Macte virtute adolescens, tuam autho-
ritate potentiam auge: nam reipublicæ huic ma-
guam inferes perniciem: variè tamen de Alcibia-
de sentiebatur. Athenienses interea subigendæ
Siciliæ desiderio tenebantur. Hanc opinionem
multis rationibus approbat Alcibiades, horta-
baturque omni conatu esse incumbendum: o-
stendebatque, vna hac expeditione Athenienses
imperij fines longè latèque esse propagaturos.
Contra Nicias sentiebat, detestabaturque Alci-
biadis sententiam, tanquam inutilem & reipub-
licam periculosam. Gratius demum populo fuit Alci-
biadis consilium. Assentiebantur pariter Niciæ
Socrates philosophus, & Meton astrologus. ci-
uèsque ab hoc bello tanquam funesto deterre-
bant. Conuersis itaque ad bellum Atheniensium
animis, duces Nicias, Alcibiades, & Lamachus,
delecti sunt. Nicias pro virili imperij munia re-
cusabat, à senatu verò ad munus compellitur
tanquam Alcibiadis & Lamachi ferociam sua
tarditate modestiæque temperaturus. Tergiver-
sabat deinceps Nicias, expeditionemque per-
turbabat. Euicit iterum Alcibiadis sententia. Er-
rat ià classis à Pyrexo soluenda, quum ob Cere-
ris festa, Adonia appellata, cluitatem noua inua-
sit religio. Fæda horrendæque portendebant

*Bellum
Siculum.*

*Adonia
festa.*

ma-

ma-
dau-
om-
gr-
que-
nim-
cati-
rem-
Con-
fas,
mo-
bato-
my-
rum-
tes p-
Alci-
com-
foli-
hau-
oppo-
quen-
steb-
cern-
post-
Sen-
te fo-
tum-
res m-
torum-
liam-
Cat. I-
cente-
trans-
oppid-
inter-
cum

matrone, passim per urbem vagantes, veluti edauera sociantes ad rogam. Item eadem nocte omnibus Mercurij statuis (quarum copia magna erat in ciuitate) deiecta fuisse capita, conquirebatur populus. Hanc noxam Alcibiadis inimici in eum reiciebant, vt hanc ei nocendi occasionem ad fidem presentium criminum referrent, concitaréntque in eum feruētius populum. Conclamabant ad senatum, Alcibiadem contra fas, Cererem violasse, habuisseque propria in domo sodalium cœtum, quibus pro ministris vtebatur, ipsūque tanquam sacrorum antistitem mysteria arcanaque contra leges docuisse. Horum criminum Thessalus accusator erat. Videntes porro eius æmuli, classē penē vniuersam in Alcibiadis accusatores insurgere, obloqui ac comminari Senatum hortantur, expeditionem sollicitet, ne ob priuatam causam bellum protrahatur, quod, finito bello, hæc facilius magisque opportunè decerni possent. Alcibiades autem, quem hæc fraudes minimè latebant, acrius insistebat, vt de accusatione ante expeditionem decerneretur. Re integra in aliud tempus reseruata post longam contentionem, à Pyreæo, iubente Senatu, duces cum magna spectantium voluptate soluerunt. Triremes erāt xxx. & vltra. Peditum autem millia C. & V. Sagittarij ac funditores mille & trecenti fuere, cum maxima tormentorum copia. Applicante igitur feliciter in Italiam classe, Rhegium cepere, quod Siciliam spectat. Deinde consulere Lamacho, sed contradicente Nicia, Alcibiades non prius in Siciliam transfretauit, quam mox Catanam occupauit, oppidum non longè à Syracusis situm. Et ecce inter nouos successus tristis accessit nuncius, cum Athenas ad iudicium reuocans. Inimico-

*Ad senatum non ad populum tran-
quillius
agitur.*

*Rhegium
capitum.*

*Quanta
sit populi
rabies.*

*Alcibia-
des dam-
natus.*

*Polybi in
genium.*

rum enim suggestione populus in eum exasperatus, voluit ut de accusatione decerneretur. Et tanta rabies ciuitatem inuasit, ut nulla seruata iudiciorum forma, nemo ex huiusce cōiurationis suspectis, fauientis populi manus effugere iam valeret. Quare nihil profectō eius amicis tutius erat, quàm furorē plebis ac rabiem euitare. Conuersa igitur omnis indignationis nausea in Alcibiadem, eius bona publicauere, absentem damnare, ac tanquam nefarium à sacrorum ministris execrari voluere. Alcibiades hisce rebus exasperatus, Messanæ urbis defectionē Syracusanis primū aperuit: inde in Thuriōs perueniens, deceptis custodibus, & accepta trieme in Peloponnesum conuersus, Argos se contulit. Inde autem accepta à Lacedæmonis fide, ex inimico in urbem beneuolentiāque receptus est. Quibus primū consuluit, ut Syracusanis auxilium ferrent, & Agimque regem mitterent cum exercitu: mox ut Atheniensibus bellum mouerent: tertio, ut Dece-liam urbem, qua nihil fieri poterat Atheniensibus infestius, mœnibus ac presidio muarent. Quibus rebus maxima sibi in posteram fides habebatur: quippe quod ad eam usque Lacedæmonice more barbam tōderet, frigidis vteretur balneis, duro pane, nigroque vesceretur iure, & ita illorū moribus se accommodaret, ut ab incunabulis Lycurgi legibus imbutus videretur. Agi interea in Syracusanorum auxilium profectō, renunciat, Timaxam uxorem ab Alcibiade fuisse compressam, atque ex eo peperisse filium. Quod facinus, multis licet indicis liqueret, Agis tamē, quia mentes ab vxore decem abfuerat, facile filium à se procreatum fuisse negat. Malè interea ab Atheniensibus in Sicilia re gesta, Chij, Lesbij, Ciziceni petiō à Lacedæmonis auxilio, ad defectionem se pa-

fe
ler
tio
mo
ter
in
illi
mu
tol
ad
fui
vt
bus
an
leb
bar
tam
niam
occ
vt p
fa c
deir
tiam
Ipe
glor
Chi
Min
nien
pud
tu in
ta ca
ibi ce
victo
Persa
tius
obter

se parabant. Quare audita, Chius primùm, consulente Alcibiade, subuentum est: in qua expeditione talem ipse nauauit operam, vt omnem ferme Ioniam ad defectionem adduxerit. Agis autem ob violatæ coniugis iniuriam, diu noctuque in Alcibiadis perniciem inuigilans, nonnullos illius gloriæ inuidentes facitè inducit, vt communi machinatione in Ioniam ad eum de medio tollendum, mitterent. Ipse autem ea re cognita, ad Tissaphernem satrapam confugit: qui adeo fuit Alcibiadis benignitate ingenioq; pellectus, vt hortu quem habebat cum perennibus fontibus, tum virentibus pratis regisque umbraculis amœnissimum, Alcibiadem iusserit appellari. Polebat indies autoritate magis ac magis apud barbarum Alcibiades: & quantum extorris, patriæ tamen utique auxilio & consilio aderat. Et quoniam à quadringentis viris Atheniensium respub. occupabatur, is ab vniuersa classe ductus factus est, vt paucorum tyrannidem deleret: cuius rei causa quadringentorum in primis statum deleuit: deinde tantam sibi apud Athenienses beneuolentiam comparauit, vt mox reditum decernerent. Ipse autem volens maiore cum & sua, & patriæ gloria reuerti, hac parua victoria ex Samo in Chium traiciens cum decem & octo triremibus, Mindarum Spartiatam ad Hellepontum Atheniensium classem insectantem, & in conflictu apud Abydum existentem offendit, suoque aduertu in fugam pepulit: nec prius desit, quam triginta capis nauibus multisque ex suis redemptis, & ibi constituto trophæo, integram Atheniensibus victoriâ dederit. Lacedæmonij paulò antè apud Persarum regem questi fuerant, Tissaphernem potius Alcibiadis consilio quam mandatis regis obtemperare, & propterea rem eius subinde in-

*Agidis
in Alci-
biadem
factio.*

*Tissa-
phernie
hortus
Alcibia-
des.*

*Alcibia-
des pa-
triam reuol-
uitur.*

Alcibiades in carcere cōfectus.

deterius labi. Tum Alcibiades tanta elatus victoria, cum muneribus maximis ad eum transit. Barbarus suspicionem purgare cupiens, Alcibiadem carceri mancipavit. Qui paulò pòst custodibus delusis fugam eripuit, ad Clozomeniosque se cōtulit. Et ut in Tisaphernem calumniam refunderet, eius se beneficio euasisse palàm circūferebat. Profectus deinde ad Atheniensem classem, ab ea cognouit Mindarum ac Pharnabazum sub Cyzico considerare. Ex quo milites hortatus est, ut antequam cōmeatus omnis deficiat, cum hostibus audacter manus conferant. Sicque recreatis animo sociis, ac instructa classe, primus ipse cum triremibus quadraginta, aliis à tergo sequentibus, hostes inuadit. Aliis itaque interim superuenientibus, impetum non sustinere Lacedæmonij. At Alcibiades classe inimicorum dissipata, copias in terrā disposuit, Mindarumque & Pharnabazum (qui cum terrestri exercitu in littore classi auxilio erant) strenuè inuadit: tandem interempto Mindaro, Pharnabazum fugauit cum vniuerso exercitu. Et Cyzico statim post victoriam potitus est. Ea pugna præter maximam ætorum ac captiuorum copiam, ne vna quidem extam ingenti classe nauis euasit. Pharnabazus autem statim reparato exercitu, Abydenorum fines inuadit. Cui cum Alcibiades cum Thrasylo altero Atheniensium duce obuiam fieret, commisso acriter prælio, ingentique edita cæde hostes fugauit. Postero quidem die, erecto victoriae trophæo, Pharnabazi regionem aggreditur, populatúsque cuncta, cum ingenti præda & captiuorum multitudine in castra rediit. Facta erat interim à Chalcedoniis defectionis spes, cum ad urbem cum copiis se admonuisset. Pharnabazus, ut obsidionem dissolueret, copiis cum Hippocrate

Mindarum mors.

cr
cū
eū
Ph
ni
gel
He
dic
be
titu
tion
tn f
test
ciat
null
cum
dem
que
uis
re or
stun
rzun
bat,
Eury
Qui t
quan
tur h
queit
rebus
ruit. L
hortat
eiuntat
bus, r
terra n
priusq
magna

crate coniunctis, hostes prælio disturbat. Quod
 cum vidisset Alcibiades, in Hippocratem irruit,
 eumque post ancipitem pugnam superauit, ac *Chalcedō*
 Pharnabazum in fugam vertit. His fugatis, quo- *obsessa.*
 niam pro alendo exercitu pecunia maximè indi-
 gebat, relicto ad obsidionem exercitu, traiecitq.
 Helleponto, Selybriam urbem sua industria vin- *Selybria.*
 dicauit: & comparata pecunia, relictoque in vr-
 be præsidio, ad Chalcedonem cum copiis reuer-
 titur. Obsidentes interea Chalcedonem ad dedi-
 tionem compulerant: quæ in Alcibiadis aduen-
 tu firmatis conditionibus, in Atheniensium po-
 testatem redacta est. Hæc dum agerentur, renun-
 ciatum est Byzantios defecisse. Cum Alcibiades *Byzantijs*
 nullo intermisso itinere, continuo eo transuolat *obsidio.*
 cum exercitu, oppidum terra marique obsedit,
 demum vrbe potitur. Compositis ita rebus, tot-
 que partis terra marique victoriis, ad patriam re-
 uisendam grandiam desiderio agebatur. Qua *Reditus*
 re omni postposita mora, classem spoliis & ho- *in pa-*
 stium armis refertam ascendit, breuiterque Py- *triam.*
 ræum ingressus est. Et quoniam ab exilio redi-
 bat, è puppi descendere haud voluit donec ipsum
 Euryptolemus nepos familiaresque hortarentur,
 Qui tanto omnium plausu ac lætitia exceptus est,
 quantum verbis explicare nemo facile possit. Igi-
 tur habita in foro concione, molestè de exilio
 questus, in satum suum tamen omnia referens, de
 rebus à se gestis, partisque victoriis copiosè disse-
 ruit. De bello etiã gerendo constãti animo populũ
 hortatus est. Peracta itaque concione vniuersq.
 ciuitatis consensu restitutus primò rebus omni-
 bus, reuocatisque ab eius capite execrationibus,
 terra marique Atheniensium dux factus est. Cui
 priusquã ad bellũ se accingeret, occasio quædam
 magna gloriæ se obtulit. Erat enim tempus cele-

*Eleusina
sacra.*

brandorum Eleusinae Cereris sacrorum, ad quam Decelia vrbe à Lacedaemoniis muris ac praesidio munita, transitus non tutus erat. Alcibiades ergo per medios hostes sacrum agmen ducere statuit, per opportuna loca praesidius dispositis, speculatoribusque constitutis, cum solenni pompa armis sacrisque decorata, transitum sibi fecit. Perfectisque mysteriis, ac nemine resistente, cum incolumi agmine in urbem sospes laetusque reuertitur. Tot itaque rebus feliciter actis, in tantam se extulit elationem ac superbiam, ut ciuitatis principum nemo fuerit eo tempore, qui eius ambitionem audaciamque non formidaret, contenderetque, ut quos vellet, quam primum locum acceperit, ex vrbe in expeditionem decederet. A Pyrexo itaque soluens, apud Andrum Lacedaemoniorum fugauit praesidium: urbem tamen intactam

Alcibiades infolentia.

Rursus populare odium incurrit.

reliquit. Hinc inimici aliam instituere accusationem: quod urbem capere nolisset, cum potuerit. Facile autem hoc à populo creditum est, quia quot quantisque laboribus pro conseruando exercitu torqueretur, haud sciebat, maxime dum Persarum Rex Lacedaemoniis auxilium o'esset. Exinde igitur beneficiorum obliti Athenienses, in pristinum incidere odium. Et quia ab exercitu discesserat apud Ephesum, non ab re tamen, relicto Antiocho, non tam in arte militari tamen quam maxime petito, quod ob discessum clades ingens suscepta esset, maxime à Thrasybulo accusabatur. Alcibiades itaque populi iram meruens, audiensque Sydeum, Adimantum, Menandrumque duces, eius in locum successos, collectis paucis in Thraciam secessit: ubi multis factis populationibus, exercitum ditauit. Confidentibus interea Atheniensium ducibus ad Capreae flumina, nulla cum militari disciplina, nullo cum imperio, in mari

mari importuoso, nec tuto, Alcibiades, qui parū
 inde aberat, duces adit, de rebus gerendis fideliter
 monet, illinc abire persuadet. Consilium hominē
 que spernunt duces: & quod credere nolēt,
 paulò post à Lysandro Lacedæmoniorū duce
 capti, cæsi, fugatique pene omnes fuere. Paruōq.
 interiecto tempore, Lysander idem victor Athenas
 subegit, mœnia diruit, nauēsque omnes cremari
 iussit. Alcibiades in Bythyniam fugiens, à
 Thracibus circumdatus, & pecunia, & rebus om-
 nibus exutus, ad Artaxerxem Persarum regem
 confugere deliberans, ad Pharnabazum eius du-
 cem primò se contulit, à quo perhumaniter sus-
 ceptus est. Lacedæmonij interea victores, Alci-
 biadis ingenium formidantes, Athenarum vr-
 bem nunquam subactam fore arbitrabantur, nisi
 homo ille turbulentissimus, acerrimūque populi
 concitator, è medio tolleretur. Quamobrem ad
 Pharnabazum scribentes effecere, vt Mageo fra-
 tri barbarus ille, & Susametti patruo negocium
 committeret. Hi Alcibiadem in quodam Phry-
 gix oppido cum Tymandra scorto repertum, do-
 mo vndique satellitibus circumdata cum aggre-
 di non essent ausi, parietibus ignem iniecerunt.
 Ipse inopinata re percussus, inuoluta ad bra-
 chium chlamyde dextera ensē tenens, per me-
 dios hostes erupit. Illi propius se admouere ti-
 mentes, sagittis eminus eum confoderunt. Cui
 Tymandra pro facultatibus iusta persoluit. Sunt
 tamen qui non à Pharnabazi militibus Lacedæ-
 moniorum gratia, verū ab aliis quibusdam,
 quorum cum sorore concubuerat, interemptum
 fuisse arbitrentur.

*Athenæ
capta.*

*Ansa
Alcibi-
du interi-
mendi.*

*Alcibia-
du mars.*



Martius Coriolanus.

*Martij
indoles.*

MARTIVS, patre mortuo, sub Vol-
lonnia matre vidua educatus, ingen-
tes ad virtutis opera motus ab ineu-
te etate indicunt: atque in ipsa puer-
ritia ad omne pugnae genus cor-
pus exercens, cursu agilis, in pugnando atque ca-
piendo validus, omne armorum genus simul libe-
tissime pertractabat. Quisquis autem de animi secu-
prastantia & virtute contendebat, superatum se pro-
fecto, & roboris illum eximij, nullique cessurum
labori esse profitebatur. Exacto itaq. Roma Tar-
quinio, & per varios bellorum euentus plurimum
agitato, Martius prima merens stipendia in eo bel-
lo (quod Tarquinius plurimis Latinorum Italo-
rumque in auxilium accitis, tanquam extremam ia-
ctans aleam aduersus Romanos gessit) spectante
dictatore, Romanum ciuem succumbentem, confos-
so hoste serauit. Quamobrem querna ab impera-
tore corona donatus est, & fortitudinis sibi accu-
msulationem proponens, ex nullis in posterum bellis
sine corona aut premio recessit. Gaudebat itidem
summopere, si quando coronis honestatus a ma-
tre posset aut spectari, aut ab eadem pra gaudio
lachrymante complecti: cuius precibus quoque vxo-
rem duxit. Erat eo tempore non parua inter diuites
& plebem exorta seditio. Nam grauias & intole-
rabiles a foeneratoribus patiebantur inopes. Ex-
quo turbulentissimae erant in vrbe querelae, & in-
ter primores etiam discordia fluctuabat, quoniam
a perisq. rariis aduersus inopes agendum esse di-
cebatur. Alij vero, ex quibus & Martius esse se-
dantios asserbant reprimendosque esse contra le-
ges

*Martius
corona
querna
donatus.*

*Rara in-
ter diui-
tes & in-
opes con-
cordia.*

ges temerè surgentium animos. Ex quo nonnunquam frequēs cogebatur senatus, nec finis tamen aliquis rebus laborantibus inueniebatur. Pauperes itaque vniuersi relicta vrbe, in montem trans Anienem secesserunt. Clamitabantq. à diuitibus *Plebis se se eiectos esse: ac propterea neq. in vrbem amplius cessus.* reddituros, vt pro diuitibus vulnera mortemque vltius susciperent. Iniecit sanè ea res pauorem patribus. Quorum iussu multis hinc inde missis oratoribus tandemq. conciliatis rebus, plebs impetrauit viros quinq. quorum opera vti liceret in posterū, quos Tribunos appellauit. Martius autē, *Tribunus quinq.* quia nobilitati sepe plus fauebat, animaduertēs conualescentē plebem, optimatum minui dignitatem, maximè tristabatur: hortabaturque patrios, quibus illa plebis reconciliatio etiam odiosa fuerat, ne pro patria dimicando se à plebeis superari paterentur. Ea nanque tempestate aduersus Volscos bellum erat, & ad Coriolorum oppidum Cominius consul castra posuerat. Cōtracto igitur extrinsecus auxilio Volsci pro muris, & extra castra in Ro. erumpere intendunt. Dūmq. in auxiliarios consul fertur, oppidani acriter in obsidentes erumpunt. Iamque Rom. fuga cernebatur: vbi cum paucis admodum, sed ingenti cum clamore prouolās Martius, cum aspectu horribili, tum vocis tonitru: & manus fortitudine, strenui militis operā manauit: & non solū hostium repressit impetū, verū ingenti cædē edita, paucis eū sequentib⁹ superatis saltu portis, in oppidū irrupit: atq. aliis quoque intro receptis, in Ro. illud potestate redegit. His autē peractis, nonnullos secū aduocās quo loco hostes in consulem irruisse intelligit, sed confert. Eū ergo cum respersum sanguine, festūmq. labore cernerent, tristi animo fuere plurimi. Ast vbi consulē salutaui, & oppidū captum fuisse

nunciauit, resumptis animis omnes bellandi signū dari conelamabāt: nondum enim cum auxiliariis conferuerant. Dato autem signo, primam in Antiates aciem Martius impetrauit: quos dum impetu horribili aggreditur, acriter vulneratus est. Quare feruentius exandescens, multis desideratis, plurimis captis, demum hostes fundit, fugat, palantesque fortiter insequitur. Postero die consul Martium pro concione extulit, & in fortitudinis suæ præmium insigni eum donauit equo, ac decem sibi ex omnibus tum rebus tum captiuis, tum equis, priusquam in alios præda diuideretur, largitus est. Laudes ipse consulis equūque libenter accepit: reliquis autē, ut vnusquisque pro portione sua cōtentari se dixit. Liberationem tantum amici sui vnus ex Volscis precatus est. Admirantibus omnibus inuictum eius non minus pecuniis quàm bellorū periculis animum, Cominius consul inquit: Martius postquam diuitias animi generositate contempsit, illi profectō dabimus quod in posterum ei nulla adimet vetustas: & ob Coriolorū ab eo captum oppidum, Coriolanicognomen ipsi indidit. Finito igitur bello, ad nouas dissensiones contra nobiles deuenire turbulentissimi homines. Criminabantur enim illos, quod ad inueteratæ inimicitie vltionis solatium, ut fame interirent, cariorem annonam fecissent. Dum hæc asperius à plebe circumferrentur, Veliterni supplices oratum veniunt, ut eò coloniā demittant Romani: quoniā morbo vix decima pars ciuitatis supererat. Hinc venisse senatui videbatur dissoluendæ dissensionis tēpus. Sicq; multis detrectātib; habito delectu, coloniā mittendam, reliquosque iterū educendos in Volscos decreuit. Stantibus in ambiguo rebus, Martius quos potuit secum sumptis, in Antiatem agrum

arū
virtutis
præmia.

Coriolani
cognomē.

agrum incurfione facta, cum ingenti præda fofpes
 reuerfus eft. Hæc res plebi maximo odio fuit, ceu
 gloriæ illius inuidenti, qui femper aliquid aduer-
 fus eam moliebat. Martias itaque animi plenus
 fauente fenatu & patriciorū ordine, confulatam
 petit. Timens autem multitudo, ne à tãtâ autho-
 ritatis viro plebeio imminueretur potestas, pe-
 tenti confulatū denegauit. Senatus id agrè tulit,
 nec vilo pacto mederi potuit, quin ob id Martius
 plebi acerbiffimè infenfus, ab vrbe fecederet. Ad-
 uenerat interea Romã copia non parua frumētii:
 ob quam plebs aut largitione, aut re alia gratuitò
 penuriam fibi perfuadebat, diffentionemque exa-
 furam. Et propterea circumfufa multitudo pro-
 curia foribus, annonæ exitum expectabat. Contrà
 Martius inftat, patrèsq. hortatur, plebis audaciam
 compefcant, nève contumaci femper morem ge-
 rant. Tribuni huiufcemodi fententia exandef-
 centes, vt caufam dicat, per lictores Martiū mo-
 nent. Quos cum fpreuiffet, inuafit dolor, irruuntq.
 vnà cum Adilibus, ac Martiū capiunt. Fit tumultus,
 pelluntur Tribuni, cadunturque Adiles, flu-
 ctuat vndique populus. Senatus ciuitati timens,
 vocata ad concionem plebe, benigna eã oratione
 compefcuit. Inftant acriùs Tribuni in Martium,
 tanquam in feditiofum turbulentiffimūque dif-
 fenfionū excitatorem. Ille autem, fidente populo,
 non leni oratione obiecta diluit, verū vocis aspe-
 ritate, aspectusque acerbitate odiofam & conui-
 ciofam potius habuit orationē. Tribuni his ver-
 bis accenfi, poft multas contentionēs, perpetuo
 Martium exilio damnauerunt. Martius nullū mœ-
 roris aut triftitiæ fignum præ fe ferens, matrem
 prius, inde vxorem paulum confolatus, ab vrbe
 feceffit. Erat ei cum Tullo Amphidio ex Antiati-
 bus nobiliore inimicitia: & quia Ro. populo in-

*Martius
 confulatio
 petit.*

*Tumul-
 tus in ur-
 be.*

*Martij
 exilium.*

*Conspira-
tionu i-
nitium.*

senfior etiã hic erat, cum supplex ac mutata veste
adiit, exilij causam exponit, fidem dat, pollicetur
se contra Romanos omnia facturum. Mirificè la-
tatur Tullus, dat dexteram, ac nõ parũ cum Vol-
scis sibi sperandum esse hortatus est. Erant tunc
annuã cũ Romanis induciã, propterea belligerã-
di occasionẽ queritabant Volsci. Et quã à pompis
Romanorũque spectaculis Antiates, qui visen-
di gratia accesserãt, turpiter expulsi fuissent, iniu-
riã hanc Tullus populo verbis exaggerat, plebem
exasperat in Romanos. Quibus rebus bellis duces
creantur Tullus & Martius. Is igitur dum cãtera
ad expeditionẽ comparãtur, cũ expeditis aliquot
Romanum agrum inuadit. Et longè lateque popu-
latus, tantã prædã vim abduxit, vt omnis Volscor-
um vehẽdi labore lassaretur exercitus. Patricio-
rũ tamẽ agros à præda, omni studio seruauit inta-
ctos: vt acrius inter eos ac plebem iurgia excãde-
scerent. Ergo ob rẽ bene gestã, imperij summam
Tullus foris Martio tradit: ipse ciuitati præsidio
esse exercituiq; necessaria suppeditare velle pro-
misit. Porrò animosior inde factus Martius, Cir-
cãũ in primis Romanorũ coloniã per deditiõnẽ
recepit: mox Tolerinos, Vicanos, Pedanos, Bola-
nosque Circæis suppetias ferentes subegit, dona
diripuit, & in seruitutem redegit corpora. Sum-
mũ tũc laudibus efferebatur à Volscis Martij nomen.
Itaq; vltèrius procedens, Laniniũ obsidione cin-
git: qua dimissa, ad urbẽ perguit: ad Clæliãque fos-
sas castrametatus est. Quibus rebus omnia Romæ
turbulenta, omnia timore & mœrore plena latif-
simè erant. Tandem de reconciliãdo Martio con-

*Romano-
rum le-
gati ad
Martio.* filium capitur à senatu. Mittuntur legari, quibus
pro illatis sibi iniuriis acerbè respõdit: pro Volscis
ad aurem, nullum bello sinem impositurũ se, nisi vr-
bem & vsurpãtũ Volscis agrum restituant: da-
tisque

risc
stra
agn
le
fion
inte
sepu
in a
leg
sum
mon
nat
lice
tius
circ
que
tria
luti
non
dom
quic
puer
quã
cies
inte
lach
sc
aud
pare
filis
tius
cum
Post
rent
citur
grau

tisque ad cōsultandū triginta diebus, ex agro ca-
 stra dimouit. Hanc tā longam dilationem Volsci
 agrē ferentes, in maximam aduersus eū maleuo-
 lentiam exarserunt: afferentes, hostibus ad defen-
 sionem nimis longum dedisse spatium. Martius
 interea Romanorū socios bello lacessebat: quorū
 septem subegit vrbes: donec ac prāstituram diem
 in agrum rursus cum exercitu se cōtulit. Ad quē
 legati primū sacerdotes, deinde aruspices, rur-
 sum editui, postremò vates (vetusto Romanorū
 more) venerunt, orātes vt ex agro discedat, depo-
 nat arma: ac effecturos omnia apud senatum pol-
 licentur, iusta si deposcat. Quibus quia nihil mi-
 tius respōdit, timor rumorque vrbe occupauerat:
 circumfluit turba, matronæ supplicis templa fre-
 quentant, ad Volumniāq. se conferūt, & vt pa-
 triæ cōsulat propè ruenti, vt ciuiū, ipsarūq. sa-
 luti & gloriæ occurrat, orāt: Quibus, expertem se
 non esse (respondit) publicarum calamitatum, ac
 domesticarum quidē esse principem: tamen quic-
 quid miseræ liceat matri, facturam se. Et acceptis
 pueris, vnā cum Vergilia vxore, & mulieribus
 quā plurimis, castra petit. Quarum miserā da fa-
 cies, & habitus, hosti reuerentiā simul & silentiū
 iniecit. Non tulit Martius diutiūs matris vxorisq.
 lachrymas, verū suggestu desiliens, accitis Vol-
 scorū primatibus matris preces mandataque
 audiuit. At cū velut mutus & inexorabilis ap-
 pareret, pedibus aduoluta mater cum Vergilia &
 filiis, patriæ pacem salutēque orant. Tum Mar-
 tius matrem erexit, ac, Vicisti, inquit. Et pauca
 cum eis seorsim loquutus, in vrbem remisit.
 Postero autem die, multis tamen id agrē fe-
 rentibus, haud verò iccirco obstantibus, exer-
 citum abduxit, vbi Antium rediit, Tullus, qui
 grauissimo eum odio persequebatur, in necem

*Suspicio
 non tem-
 nenda.*

*Martio
 prim exu-
 li, à Ro-
 manis
 mirificus
 honos ex-
 hibitus.*

*Martij
 in matrē
 pietas.*

*Matrie,
 vxorū &
 liberorū
 preces.*

illius qui conspirassent aliquot secum habens, rationem gestorum reddere, magistratūq. sese abdicare iussit. Cui cum respondisset, cunctis iubentibus Volscis, imperium se inisse, ac iisdem redicentibus quoq. dimissurum, rationemque redditorum, conuocata concione, ita à seditiosis conclamatum est, vt assurgenti Martio nulla daretur purgandi sui facultas. Quin acrius etiam insistentes, impetu facto, Martium trucidarunt. Eius tamen mors non æquè Volscis omnibus grata fuit: quod ex hoc vel maximè patuit, quum ad funeris celebrationem è ciuitatibus concursum sit: eiusque sepulchrum honorificè fuit armis & spoliis exornatum. Et licet è Romanis nullum ob eius mortem signum emicuerit, matronis tamen vt illius interitum deslerent ad decimum, vsque mensē (vt in maiori quoque fanere fieri consueuerat) impunè concessum est.

*Martium
trucidat-
ur.*

COMPARATIO Alcibiadis & Martij Coriolani.



*X*posita hæcenus istorum vita, mores iam nunc conferendi sunt: & maxime, quoniam plures Alcibiades victorias habuit, licet in vtriusque præsentia, bellica res vtrique floruerint & in absentia debuitate sint. Reprehendebatur in Alcibiade adulator, in Martio arrogancia. Qui etiam constans, & ab omni vitio integer esset, alter versusus, callidus, fallendique artifex erat: cuius etiam dolus, quo Lacedæmoniorum decepit legatos, maximè vituperatur. Martio etiam adscribitur, quod exul, inter Romanos, & Volscos causa fuerit, vt graue oriretur bellum. Turpior etiam fuit Martij causa vertendorum armorum in patriam, aliquorum indignationes alter verò ob acceptas ab omni populo iniurias. Ille vniuersam

*Alcibiades adulator.
Martius arrogans.*

*niue
pra
tere
tri
suis
tas e
inte
sibi
aspe
quib
sua
gnis
bilit
qu
tem
men
fuit
com
raut
pres
neca
chry
biad
in ob
sapi
quon
vel n
grati
pecun
fuit:
contra*

niuersam vexauit ciuitatem, & ita se inexorabilem
 praestitit, ut in eam non modo non redire, verum euer-
 tere velle videretur. Alcibiades quamuis extorru, pa-
 tria tamen potius profuisse quam nocuisse dicitur. Hoc
 suis semper nimium cupiditatibus inferuebat, extor-
 tas ex corruptis pecuniis ad libidines effundens: alter
 integer, & constantissimus, a pecuniis abstinenti, etiam
 sibi qua iusse contigerant: Verum in causis iudicandis
 asper erat, & arrogans: cuius morositatem, etiam de
 quibus bene merebatur, improbabat. Alcibiades vero
 sua ad se omnes comitate alliciebat: ita ut cum ma-
 gno temp. aliquando affecisset calamitatibus, sua affa-
 bilitate plerumque imperium cum auctoritate asse-
 quutus sit. Marrus consulatum quarens, convenien-
 tem suis operibus dignitatem, repulsam passus est: ta-
 men cum Romanorum dux esset, patriae semper pro-
 fuit, obfuit nunquam. Ille nonnunquam patriae dux in-
 commodauit: praesens tamen aduersarios vtiq; supe-
 ravit, absens inimicorum calumniis succubuit. Alter &
 praesens a Romanis damnatus, & praesens a Volscis
 necatus est: cui illud impuratur, quod matris potius la-
 chrymis, quam patriae precibus a bello destiterit. Alci-
 biades, populum videns, gratia & precibus flecti posse,
 in obseruanda multitudine studium adhibebat, ex quo
 saepius receptus honoribus afficiebatur: & deiectus a-
 quiore animo tolerabat iniurias. Martius vel nolens,
 vel nesciens, etiam suae ambitioni obsequentibus patriae
 gratificabatur, & ideo insolentius perferere iniurias:
 pecuniae tamen abstinentissimus, & vita integerrima
 fuit: in quibus longe Alcibiadi praefereendus est, qui in
 continentiae semper & in bonestatis morbo laborauit.

Duplex
 infortu-
 nium.



Inemistocles.

*Ortus
Themist.*

THEMISTOCLES initiū ex modicis fuit parētibus. Nam ex Neocle Atheniense viro haud claro, & Abrotone Threicia matre nō iusta: siue ex Enterpe Caria, aut Alicarnassea (vt alius placet) natum fuisse ferunt. Hic ab ineunte aetate vehemens fuit, prudēsq; ac animi plenus, adeo vt maximum semper & illustre aliquid meditaretur. Qui cum à disciplinis animum sibi relaxare liceret, non puerilibus ludis, verū in componendis defensionibus, & puerorum accusationibus versabatur. Cuius ingenium praeceptor cum admiraretur dixisse fertur: Grande aliquid, aut triste profectō Themistocles patriae futurus es. Erat tamen ad ingenuas artes percipiendas ingenio tardus. Quod cum ab eruditis posteriori tēpore obiiceretur, respondisse ferunt se lyra canere, atque psalterio vti minū scire, tamen obscurā parūamque ciuitatē clarissimā reddidisse. Fuit Phrearij quoque auditor, & Solonis etiā sectae imitator. Et quamuis naturae suffragio adiuuaretur, tamen eloquentiae eruditionis expererat, ac magnas de se mutationes praestitit: dixisseque sapius constat, Rudes pullos in optimos equos adhibita diligentia euasisse. Asserunt plerique a patre hūc ob rei domesticae profusionem fuisse repudiatum, quod veritati quadrare minimē videretur: quando sollicitus erat, ne in capessenda re-pub. ab eiusdem studiosis inutilis iudicaretur. Qui cum gloriae & honoris cupiditati se dederet: maxims sibi cōflavit emulationes: cumq; Architecte & Aristide primariis viris inimicitiam habuit.

*Præcepto
vni præsa-
gium de
Themis-
tacle.*

*Secta So-
loni The-
mistor.
Percele-
bre di-
ctum.*

Et

Et ob
parum
bition
Mara
sonno
ni con
lum g
fodini
dinide
classe
cata su
exercē
fecit. C
luti: in
tur The
cum fu
mitteb
dem eq
dare ne
Epicle
ret, qu
inde cl
dulgeb
lissimo
bernact
titudin
cum p
aliquid
esses, r
ego præ
rem. De
gē flore
suffragio
apparatu
sultarec
tur, à m

Et ob Stesileā venustissimā mulierem cū Aristide parum fuit in gratia. Erat sanē & gloriae & ambitionis ardentissimus, Miltiadisque victoriam in Marathone amulator, adeo ut Miltiadis trophæum somnos sibi sapius ademisse diceret. Quare omni conatu operam dabat, ut contra Aeginetas bellum gereretur. Consuluitque, ut quæ ex argentifodinis pecuniæ proueniebant, non in plebem diuiderentur ut moris fuerat: sed in comparanda classe erogarentur. Cuius consilio centum ædificatae sunt triremes. Paulatim itaque iuuentutem exercendo, peritissimos belli naualis Athenienses fecit. Quæ res quantæ fuerit vniuersæ Græciæ salutis in Persico bello abundè parauit. Hunc igitur Themistoclem alij munificum, alij nimis parcum fuisse ferunt, adeo ut etiam quæ sibi donumittebantur cibaria vendere solitus sit: ac Philidem equorū nutritorem obiurgarit, quod equum dare negasset, quæ dono postulauerat. Ferunt etiā Epiclê citharâ, dū rogasse, ut apud se artē exerce-ret, quo à pluribus domus eius frequentaretur, ac inde clarior ipse euaderet. Ambitioni itidem indulgebatur: nec veritus est cū Cimone, viro nobilissimo ditissimoque, Olympiū cū peruolisset, tabernaculorū apparatu concertare. Fuit tamē multitudini gratus, & in iure dicendo seuerus. Qui cū prætor esset, à Simonidēque prætor æquum aliquid rogaretur: Neque tu bonus, inquit, poeta esses, rationē si contemneres numerorum: neque ego prætor, si legibus cuiusquam preces anteferrem. Demum cū populari gratia & opibus longè floretet, Aristidem eius æmulum * testarum suffragio eiecit ab vrbe. Postea verò ob Medorū apparatus cū de imperatore deligendo consultaretur, Epiclidem, qui tum obrenturus putabatur, à munere deiecit. Magnopereque laudi fuit

*Natura
Themis-
toblia.
Gloria ac
virtutis
studium.*

*Tacita
responsa*

* ἰσπα-
κισμοῦ.

o-
le
b-
fi-
af-
ab
mi
li-
um
am
ac-
ce-
li-
fu-
en-
e-
ly-
en
lis-
tia
ad-
en
tis
e-
iq.
isse
vi-
re-
Qui
na-
te-
uit.
Et

*Bellum
Persicū.*

*Themis-
tocles o-
raculum
interpre-
tatur.*

*Callidū
stratage-
ma.*

ipsi, quod cum à rege legati Athenas mitteren-
tur, ut bellum indicerent, interpretem interim
iussit, quod Græcorum lingua ad barbarorum
nutum vteretur. Arthimium quoque zeliten. e-
iusque liberos & genus omne infamia notari fe-
cit, quod ex Medis aurum in Græciam intulisset.
Verum illud maximum fuit, quod Persico immi-
nente bello, cuius ab Atheniensibus dux delectus
erat, Græciam omnem benevolentia societate-
que copulavit: suisque consuluit, ut relicta vrbe,
classibus se defenderent. Ex quo in Artemisium
missus, angustias quasdam cum Eurybiade, cui à
Græcis & Lacedæmonius potissimum imperij sum-
ma demandata fuerat, tutatus est. Sed cum nun-
ciatum esset Leonidam ad Thermopylas oppres-
sum, ac terrestri transitu Xerxem esse positum, in
Græciam se receperunt. At Xerxe paulò post iho-
cidem invadente, ac Phocensium vrbes incendio
deuastante, populum subinde hortando sollici-
tandòque eò tandem adduxit, ut de bello ora-
culum consuleret: cui cum responsum esset, li-
gneis mœnibus se tueri posse: Themistocles mœ-
nia lignea, naues portendere interpretatus est.
Approbata ergo huius expositione, Athenienses
valetudinarios ac imbellem aliorum turbam di-
miserunt, partemque Træzenam deuexerunt: iu-
uentus reliqua, quique pollebant viribus, para-
tis triremibus Salaminam applicuere. Ipse vero
cum Eurybiade & principibus aliis multa de bel-
lo & Græciæ salute deliberans, tandem in suam
sententiam vniuersos traxit: nempe ut in iisdem
quibus erant angustis, nauali prælio decerta-
rent, nec in apertum distrahi se sinerent, ne ab
hostium multitudine circumdarentur. Subinde
hoc stratagemate vrens, per Sicinum certiorum
facit Xerxem, Græcos omnes ad fugam paratos
esse.

esse: i-
lis in
adoris
titudi-
diendi
beroru-
tus. C
impera-
citu ad
duces
tat, inf-
acriter
tuntur
ac The-
sæcula
pcrea
quo pa-
batur. E
nax qui
net, ut
tum esse
tum esse
reditum
eisque
dum vol-
Mardon
mitantib-
fit. Cog-
tiatae La-
ximio to-
eum sem-
tanta ora-
fuisse, v-
meorum
fructum
que, ut au-

esse: ideòq; monet, hortaturque, dum animus illis in ambiguo est, dumque formidant, trepidos adoriatur. Callidè enim hoc egit, vt hostiũ multitudinĩ cum paucis in loco arcto esset congregandum. Sicinus autem Persa erat genere, & liberorum Themistoclis pædagogus, regique notus. Qui vt ab amico cuncta percepit, classiaris imperat, vt hostes adorianur: ipse verò cum exercitu ad littora descendit. Themistocles interea duces & trierarchos ad prælium hortatur, excitat, inflammâtque cunctos. Ecce hostes irruunt, acriter pugnatur, cadunt Persæ, & in fugam vertuntur, talẽmque Græcis communi fortitudine ac Themistoclis consilio, qualẽ nulla viquam sæcula vidère, dant victoriam. Non tamen propterea Xerxes animo deficiebat. Et Themistocles quo pacto iterum regem falleret, animo sollicitabatur. Fuerat autem inter captiuos inuentus Aranax quidam ex regis eunuchis: seorsim hunc monet, vt regem adeat, seque de ipsius salute sollicitum esse affirmans, dicat Græcos ad Hellepontum esse nauigaturos, vt pontem dissoluant, & reditum impediãt: proinde eò vt maturet, trãscãtque dum potest: neque enim alioqui fore, dum volet, vt liceat. Hoc nuncio attonitus rex, Mardonio cum exercitu relicto, ipse paucis comitantibus, magnis itineribus in Persidem euasit. Cognita ergo Themistoclis prudentia, Spar. ^{Xerxi} Lauream illi prudentia dedit, eumque e- _{fuga.} ximio totius vrbs curru donauerunt. Ferunt eum semel ad Olympiam celebritatem profectũ tanta omnium admiratione & applausu exceptũ fuisse, vt præ lætitia dixisse constet: Laborum meorum, quos pro Græcia obiui, nunc quidem fructum consequor. De industria verò quandoque, vt auctoritate maiore esset, in ea diem qua

*Apoph-
thegmata*

navigaturus erat, negotia & colloquutiones omnium differēbat. Iactabat sapenūmero, ab Atheniensibus se nō honestati, verum in periculis acciri, & discrimine transacto haud amplius dignosci. Seriphus quidā ei cum iurgio obiecit, quod non sua ipsius, sed patriæ gloria se iactaret: Nec ego, inquit, si Seriphus essem, ignobilior iudicaret: nec tu si Atheniensis, clarior. Ex ducibus quispiam cum Themistoclis rebus sua assererat gesta esse conferenda. Huic faceret respondit: Operosus quidem dies, cum Festo semel contenderas, quod magnis ipse semper laboribus ac negotiis afficeretur, ille verò quiete ac ocio oblectaretur. Cui Festus, Ni ego fuisset (inquit) nec tu extitisses: Sic ego à vobis si abuissem, ubi vos nunc essetis omnes? Salsè itaq; urbaneq; in eū iocatus est. Et filiū suū lôgē Græcis omnibus potentiorē esse dicebat: quoniā Græcis Atheniēses, Atheniensibus ipse, ipsi vxor, vxori filius imperitaret, cuius erat delicia. Volebat autē sibi præcipuū semper aliquid vèdicare: ex quo agrū venalē proscrispit, quodque probus illi vicinus esset per præconem nunciari fecit. Cū filia à nonnullis in matrimonium peteretur, frugi & industriū anteposuit diuiti: virum se pecuniis carentem quæsiuisse dicēs, potiùs quam carentes viro diuitias. Fugiti autem barbaris, urbem mœnibus circumdare decreuit: quod dum faceret, à Lacedæmoniis criminatur, præter fœdera factitare. Hic ergo veluti se expurgaturus, Spartam proficiscitur. Dat interim negotium, ab opere ne desistant. Queruntur Lacedæmonij, oppidum muris cingi: ipse inficiat: & vt operi faciundo moram adiciat, petit aliquos eò prospèctum mitti. Agi clam cum ciuibus vt missi pro obsidibus habeantur, donec redeat. re Spartatis cognita, illasus dimittitur. Postq; visa

*Mira
Themisto-
clis astu-
tia.*

loci

loci
iunxi
aliqu
mau
comp
qui C
Prem
quod
mocre
pus i
inuidi
memo
Ium d
le sibi
nauere
domin
non au
tē dare
hender
Quo co
ad Adn
tis secu
fuisse t
ad remp
uenisset
stuosa v
quis illū
rat) ad f
gas igitu
hospiten
à quo vel
ad Xerxe
stratum e
nentibus
mè tamen
ta emicui

loci opportunitate, Pyreæum ad urbem muris adiunxit: & ad mare terræ accommodans, grande aliquid urbi per nauticam potentiam futurum æstimavit. Exacto est Græcia Xerxe, & rebus admodum compositis, à Lacedæmoniis odio haberi cepit: qui Cimonem in amore ei & honore prætulere. Premebatur etiã per id tempus sociorum invidia, quod ex insulis pecuniã extorsisset. In quem Timocreon poeta Rhodius acriter inuectus est. Opus igitur fuit Themistocli ob detractatorum invidiam, res à se gestas sæpius in cõsione commemorare, tamen testularum suffragiis in exilium deiectus est. Et quia Argis cùm Pausania exul sibi erat consuetudo, proditiõnis eum damnare. Inde ciuibus scripsit: Ut alius fortasse dominaretur: se in proditiõne potuisse incidere non autem ut se, & Græciam omnem in seruitutem daret. Tamen delatorum impulsu, uti comprehenderetur, populus aliquibus negotium dedit. Quo cognito, primùm Cercyram se contulit: inde ad Admetum Molloforum regem: postea in Asiã, multis secum exportatis, nauigauit. Ceterum ei asserunt fuisse talenta, quum vix tria habuisset in bonis ad remp. priusquam accessisset. Cùm in Cymã peruenisset, Ergothelem & Pithodorum (quibus quaestiosa venatio ducentorum talentorum à rege si quis illum comprehendisset promissorum, futura erat) ad se capiendum esse sollicitos intellexit. Aegæus igitur clam profectus est, & apud Nicogenem hospitem suum, clam paucos dies diuersatus est: à quo vehiculo inclusus, periculis liberatur. Inde ad Xerxem se contulit, qui tamen (ut supra demonstratum est) fallendi gratia de rebus ad se pertinentibus illum certiores fecerat, humanissime tamen eum recipit. Apud eum igitur in tanta emicuit gratia Themistocles, ut si quis à rege

*In exiliũ.
Themistocles mis-*

Themistocles ad Xerxem.

*Demara-
tus.*

quicquam impetraturus esset, huius intercessio-
ne vteretur. Demaratum etiam Spartiatam à re-
gis gratia delapsum, ei recôciliauit. Tribus etiam
ciuitatibus à Xerxe donatus est, Magnesia, Lam-
psicho, & Myunte. Paulùm tamen abfuit, quin à
Pisidis, Expiis superioris Phrygiæ præfecti subor-
natione trucidaretur. Recumbere enim in taber-
náculo consueuerat in itinere. Semel itaque cum
tentoria exiccari iussisset, quòd in flumen cum
iumento decidissent, nocte sub iis Piside illum
quiescere rati impetum fecere: & ipso non inuen-
to, custodes comprehenderunt. In posterum au-
tem Magnesium incolens, diuitiis & honoribus
auctus, tutius deguit. Cæterum cum Ægyptus, fa-
uentibus Atheniensibus ab rege defecisset, eum
per nuncium monuit rex, vt promissa seruaret,
Atheniensibusque bellum inferret. Themistocles
hoc nuntio accepto, honestius sibi vitæ suæ finem
vt imponeret ratus, ne patriæ bellum inferre vi-
deretur, cum ex quinto & sexagesimo, quo natus
erat anno, temporis plurimum in administranda
repub. & imperiis contriuisset, epoto veneno
mortem sibi consciuit. Rex autem mortis causa
cognita, magis hominem admiratus est, ac in eius
amicos in posterum animo semper fuit per beni-
gno. Sepulchrum autem viri Magnesiæ in foro
lustriusimum extat.

*Themisto-
clis mors.*



Lucius Camillus.



V E R O quòd consularis Camillo di-
gnitas nunquam obtigerit, magno-
pere mirandum est: præsertim cum
ob præclara eius facinora dictaturam
quin-

quinquies, triumphum quater gesserit, atque pro-
 altero vrbis conditore habitus sit. Sua tamen
 ipse virtute emerfit ad gloriam. Nam sub Post-
 humio Tuberto dictatore primùm merens, ac-
 cepto in coxa vulnere, nõ victus dolore hostium
 impetum retrusit, eosque terga dare coegit. Ple-
 raque etiam alia obiit munera. Et dum censor
 esset, effecit, ne viduarum (quarum propter assu-
 dua bella magnus erat in vrbe numerus) nuptia
 spernerentur. Eius quoque opera orphani, prius
 immunes, ad pendenda vectigalia coacti sunt. Ve-
 xabatur enim magnopere ab impensis respub. &
 maximè ob Veiorum obsidionem. Quæ cum in
 longum produceretur, ferè exacto Septennio, Ca-
 millus ex militarium tribunorum numero se-
 cundus, in Falerios, Capenatesque cum exercitu
 missus, oppressit. Protracta itaque obsidione, ad
 decennium Camillus dictator creatus, Faliscos i-
 terum, Capenatesque, qui Veius auxilio erant, de-
 uicit. Statim inde ad Veientanam obsidionem
 profectus, cum animo meditaretur non nisi per
 cuniculos in urbem occultè posse perueniri, eò
 operam nauauit, cumque iam ad consumma-
 tionem essent, ipse ad muros oppidanos laceffe-
 bat: alij per subterraneas vias in arcem erumpen-
 tes, ingenti clamore ac strepitu egressi, territis ac
 fugientibus ciuibus, urbem inuaserunt, Roma
 longè opulentior, & deliciarum ædificiorum-
 que splendore illustriorem: quæ tamquam non vn-
 quam de imperio & gloria cum Romanis certauit. Camillus hac victoria elatior fortè factus, al-
 bis equis quadrigam trahentibus triumphauit.
 Quare cum superbè nimis agere videretur, vel
 quòd de dissociandis habitatoribus legi se op-
 posuerat, à populo odio haberi cœpit. Tulerant
 enim Tribuni rogationem, vt Senatus populusque

*Viduarum
 sponsalia.*

*Veiorum
 obsidio.*

*Veij Ro-
 manis o-
 pulentia-
 res.*

bisariam diuideretur : & eorū pars altera Romæ habitaret, altera verò in captā urbem coloniā ageret. Camillus occasiones iniicientes hanc populi sententiam perturbabat. Alia etiā odij causa fuit, in spoliis decimarum exactio. Vouerat enim, vrbe si potiretur, Iunoni spoliōrū decimas: direpta verò vrbe, de decimis nulla facta est mentio. Deposito igitur magistratu, tanquam prius fuisset voti immemor, de decimis ad senatum retulit. Populus id nunc acrius tulit, quàm si fuisset antea coactus. Deum, quantum cuique par erat, inuitus in medium tulit. Rursus verò deinceps Tribuni plebis de diuisione faciendā, coloniāque mittenda legem excitant. In Faliscos interim bellum oritur. Camillus assentiente populo, ad Falerios urbem exercitum duxit, rebus omnibus apprimè munitam. Dum fortè astu obsidionem protrahit, Ludimagister quidam Camillo ratus gratificaturū se, Faliscorum filios sæpius sub muris per pomerium ducebat: alio die paululum progrediens, mox redibat: sicque singulis aliquot diebus faciens, tandem omnes ad Camillū deduxit, asserens per pueros urbem se traditurū. Camillus indignum hoc esse existimans: Ducem, inquit, nō aliena iniquitate verū propria virtute fortè esse oportere. Ideo hominē vinciri iussit, eiusque vestimenta rescindit, ac virgis cadendū pueris dedit, vt proditorē verberibus affectū in urbē agerēt. Hæc Camilli magnanimitas tanta Faliscos admiratione affectit, tantāque beneuolentia deuinxit, vt præterquam quòd eum seruatorem, Deum atque patrem appellabant, Romanis quoque vtrò se dediderint. Compositis iterum iam reb. milites, qui de Faliscorum spoliis se ditatum iri crediderant, quum nihil sibi superesse lucri viderent. Camillum vndique circumstantur. Populus interea de

*Decimo
Iunoni
vota.*

*Eudi ma
gistri Fa
liscorum
perfidia.*

*Praclarū
Camilli
facinus.*

de quidēda habitatione decerni petit. Ipse multitudinem coercuit, legem vt abrogaret. Exasperatur in eum populus: accusaturque; aeneas portas apud eum ex Tyrrhenis spoliis inuentas esse. Ipse *Camill* aurem filij morte domi detinebatur. Et cum *fuga* deret contra accusationem nihil sibi auxiliij esse, tristis ab vrbe discedens, deos precatus est, Si innoxius damnaretur, populum posse pœnitentia duci, operaque sua alias indigere: sicque absens afflatus xv. milibus dānatus est: verum nō ita multo post Romani Camilli desiderio laborarunt. Nam irrupentibus in Italiam Gallis, & subacta iam Tyrrhenorum regione, Clusioque vrbe obsessā, Clusini rem Romanis per legatos indicauere. Miserunt igitur ex Fabiorum gente treis Romani ad Brennum Gallorum regem, eumque *Bellum* vbi bellare prius quā digredi velle cognouerunt, in oppidum reuersi, Clusinos, vt cum hostibus conferant, hortantur. Tum Clusinis in hostes erumpentibus ex legatis *Galicum* Qu. Ambustus equo insidens, in Gallum quendam forma notabilem irruit, hastaque transfodit. Quē vbi Brennus cognouit, nihilo segnius collectis vasis (quia cōtra ius gentium bello se Ambustus immiscuisset) versus Romam castra ducit. Cui cum Romani obuiam fierent, apud Alliam fluiuium fuisti sunt. Re autem malē gesta, ita terror Romanos occupauit, vt relicta vrbe in Capitulum confugerent, Brennus autem die tertia Romam cepit, omnesque trucidat, ædificia igne, ferroque *Romam* diruit, idque anno 300. & 60. ab vrbe condita. *expugnata.* Capitulum inde obsedit. Exulabat ea tempestate apud Ardeam Camillus. Qui patriæ miser *Camilli* tus, omni studio Ardeates quosunque, ad armareduenda capessenda pro communi salute hortabatur. ad pugnamque mirabiliter inflammabat, Barbaros

verò qui interdiu regionem peruagati, vino, soporeque iacentes passim per castra dormiebant, noctis adortus est Cùmque vallum superasset, in quoscunque obuios latè grassatur. Fugatis igitur Gallis, Romani omnes qui ab vrbe euaserant, Camillum ducem petunt. Ipse, nisi iubentibus qui Capitolium seruabant ciuibus, magistratum accepturum negat. Tandem per Pontium Comitium obsessis, & Camilli victoria, & Romanorum desiderium nunciatur. Illis his auditis, agitato consilio, Camillum secundò dictatorem designarunt. Iucundo animo à Pontio omnes mandata exceperunt, Camillumque dictatorem venerantur. Ipse autem iam collecta manu, ad aggrendendos hostes cuncta parabat. Interea Galli, conspecta via per petram & prærupta loca, qua Pontius sibi iter quaeserat, media nocte taciti in Capitolium euadunt: & nisi sacrorum anserum clangore tumultuque excubiæ essent excitata, à nullo perceptus fuisset Gallorum ingressus. Experrecti itaque Romani & omnium primus Manlius, Gallos transfodiunt, obruncant, atque è muro per petram præcipitant. Depulsis ab arce hostibus, pars utraque laborabat incommodis, & septimum iam mensem obsidio occupabat.

*Ro. An-
seru
litas.*

*Pax cum
Gallu pa
Ere.*

Quæ cùm tadio iam Romanos affecissent, cum Brenno de pace componunt, ut solutis mille auripondo ex vrbe regioneq̃ue penitus excedant. Delato itaque auro, & iam in vehiculo posito, Camillus insperato cum exercitu superueniens urbem occupat, fœdera perturbat, & tanquam dictator actorumque ignarus, aurum eripit. Tumultuantur vndique fugitantque Celtæ. Brennus in castra suos educit. Postridie illos Camillus aggreditur, hostes fundit, ac castra occupat: utique dignum erat, recuperata patria triumphum ducit.

eit. Interea dum in vrbis & ædificiorum instauratione sollicitatur populus, à Secanis, Volscis, Latinisque Romani bello infestantur, Tyrrhenique ad Sutrium castra ponunt. Et quia à Latinis Tribuni militum apud Martium montem ferro fameque premebantur, Camillus tertio dictator designatus, Tribunis vt auxilio foret eò cū exercitu properat. Cūque lignorum copia Latini vndique castra muniuissent, Camillus ventis opportunè spirantibus, iniecto igne, castra corripuit. His confectis, in Secanorum agrum discurrens, & eorū vrbe subacta, reconciliatisque Volscis, ad Surtiū copias ducit. Quod cū à Tyrrhenis paulò antè occupatum fuisset, vltionem haud differens, antequam de eo fama spargeretur ad oppidum properat: idq; cū custodiis vacuum inuenisset, occupauit. Hostes qui per domos sparsi crapulæ & Veneri indulgebant, turpiter trucidauit. Et sic Sutrium, quòd vno bis die captum fuerat deuictis & fugatis hostibus, tertij triumphi Camillo causa fuit. A senatu paulo post, ob Manlij Capitolini procacitatem & superbiam, Tribunus militum delectus est: sed cuius tribunatu idem Manlius dignum sua ambitione supplicium dedit. Erat iam æui maturus Camillus, quando sextum in ætate tribunarum inijt, & cum L. Furio contra Prænestinos Volscosque castra mouit. Qui Lucius vt dignū aliquid absente collega ederet, Camillo agrotante, prohibenteq; cum hoste manū conferuit. Itaq; cum victus terga dedisset, Camillus è thoro prosiliens, collectis quamplurimis, hostium impetum & persecutionē repressit. Postridie verò illius diei eductis copiis, commissoque prælio hostes deuicit, vallumque multa audita clade, occupauit. Et quia interea à Tyrrhenis Sutrium bello iterum occupatū fuerat, omni


*Sutrium
 bi captū.*

bus qui Romani fuerant iugulatis habitatoribus recuperata vrbe, inimicorum partem ferro interemit, partemque fugere coëgit. Tusculani interim defectionis signa prodidere. Atque huius etiam rei summa Camillo committitur: quod intelligentes Tusculani, poenitentia ducti, defectionem simulatione tegebant. Quare Camilli opera in populi gratiam rediere. Erat in vrbe Lucius Stolo: ea tempestate contra senatum seditionem excitans: cuius rei causa, Camillo quarto dictatura committitur. Ipse, quia magni res erat discriminis, inter senatum & plebem simulata valetudine magistratum deposuit. Hæc dum agerentur, rumor increbescit, Celtas iterum traiecisse adriacum Romam ut obsiderent. Cessat hoc rumore popularis seditio omnis, & vno omnium consensu quinto dictator Camillus creatus est. Erat certe iam octogenarius, verum nulla patriæ intuitu vltis exultatione, militum delectum habuit & ad Anienem fluuium maturans, dispositis prius insidiis, hostes irritans ad prælium coëgit. Celtæ impetum non sustinentes, per agros dissipati, perque irruia fugientes trucidantur: profligatoque tandem exercitu, castra amiserunt. Sicque tertio post captam urbem anno, & Gallorum irruptionem in Italiam, Camilli ope bellis modus impositus est. In magistratu tamen, quanquam sine bello, Veltrana vrbe positus est. Finito igitur bello externo, intestina seditio recruduit: adeo ut ex consulis alter popularis eligeretur. Contra anatebatur Camillus: cui tribunorum lictores manus iniicere moliantur: propulsantur lictores, neque propterea magistratum deponit Camillus: sed accito senatu, deos primum precatus est, ut quæ esset dicturus rei publicæ bene vertant. Et si seditiones tollant, Concordiæ templum se possit

*Camillus
quartum
et quin-
tum di-
ctator.*

*Quare
côcordiæ
templum
Camillus
extruxerit.*

tu
ti
ris
P
ap
co
vo
Qu
Sex
tur
Ca
obi
nes


stus p
ti, qu
quar
re m
eo qu
rius q
plice
insup
de di
branda
Veia
Roma
Porro
pau, q
int, a

turum pollicetur. Multis tandem dictis sententiis, sancitum est, vt ex consulibus alter popularis eligeretur. Hoc per dictatorem nunciato, populus senatui reconciliatur: Camillus grandi cum applausu donum deducitur. Itaque postridie congregati statuunt, vt quemadmodum Camillus vouerat, Cōcordiæ templum in foro moliretur. Quamobrem comitiis à Camillo indictis, Lucius Sextus primus ex popularibus consul designatur. Sciebat tum maximè in vrbe morbus, quum Camillus iam annis & autoritate venerabilis diè obiit, plùsq; desiderij ac luctus quam ceteri omnes, qui ea tēpestare obierant, Romanis reliquit.

L. Sextus consul popularis.

C O M P A R A T I O Themistoclis & Camilli.

IN hoc conueniunt Themistocles & Camillus, quod obscura familia ori, ad summa Rebus sub. Atheniēsi & Romana dignitatū fastigia animi magnitudine & bellicis gestis peruenerunt: quod de suis ciuibus optime sint meriti, quod ingratitude suorum experti, sibiipsis potius quam innocenti patriæ vim facere, & à recto desectere maluerint. Themistocles autem excellere videtur in eo quod iuuenis admodum & ignobilis Athenarum totiusque Græciæ curam & salutem complexus multiplice stratagemate insignique prudentia Persarum insuperabiles terra mariq; exercitus ingēri cū sua laude dissipauit: Camillus autem ferè inuisus & cunctabundus ad arma profiliens, non exiguis periculis in Veiarum obsidione Rempublicam suam inuoluit, unde Romanorum, magnam capiti suo constauit inuidiam. Porro, Themistocles à Rege Persarum honorificè exceptus, quum de bello Græci inferendo consilia caperentur, eiusque manu Barbari victoriam certam nec

immeritò sibi promitterent, maluit suo interitu patrie vitam conseruare quàm diuina viuendo æternum nomini suo conciliare dedecus, nec propter vitam uiuendi causas perdere voluit. At Camillus populum Romanum, quem facile placare poterat, deserens, iracundia ita indulfit, ut patria dira precatur, ut quadam & faci porius uolentia quàm sincero affectu erga ciues suos impulsus, Roma nutanti suppetias tulit. Eundem Themistocleus bellica gesta sunt in numero: ac si quis Salaminiam pugnam eiusque exitum animo intuetur, Camilli Dictaturas, bella, uictorias, uelitationes & leuia quadam certamina esse iudicabit. Contra uero, ingentibus nauis, illustris hæc Themistocleus facies fadata uidetur, inter quos eminet inextinguibili illa honorum onerumque publicorum scis, que taurini sanguinis porione tandem extincta est. At Camillus in adulescentia larens tandem uelut salutare iubar exortus, nec non ad salutem patrie sua apprensus, uirtuteque sua uelut, censura munus cum ingenti laude obinuit ac exercuit. Nec tantum armata dextra sibi gloriam, uerum pietate, iustitia, prudentia, et quantitate, aliisque uirtutibus (quas Themistocles repudiauerit) immortale decus peperit nomini suo. Nec spontaneum illud exilium tenebras tanta luci offundit: quum potius reuerente ad suos Camillo Roma decor, & nomen instauratum esse uideatur. Themistocle autem extincto floruerunt Athenæ. Uictorias Camilli sequuta est alta quies, & felicitas, quàm Themistocles turpi defectione ad Persas non parum turbauit: nec solum Persas ad Salaminem deuicit contra Roma saluum, & Gallici exercitus clades, secundum leges immutabilis fieri, unum Camillo debetur. Porro senex Camillus officio suo nec Patrie defuit: sed Themistocles fugiens rerum ante gestarum memoriam non exigua macula tinxit, denique suo discessu hic lætitiã, illo luctum & desiderium non omnibus reliquit.

Pericles



Pericles.

PERICLEM cum Xantippo patre, tum Agarista matre insignem Athenis fuisse comperio. Quæ cum sibi per quietē, leonem partu edidisse videretur, Periclem enixa est. Hic quia oblongo erat capite sculptores ne deformitatem proderent, casside eius caput velabant: & propterea à poetis Schinocephalus appellabatur. Muscis sub Damone, aut (vt alij) Pithocle præcepto re indulgit, & Zenonis physici auditor fuit. Anaxagora quoque doctore vsus est, à quo animi magnitudinem, & ad popularem potentiam aucupandam, grauitate elatiorem accepit. Et quoniã Pisistrato tyranno forma persimilis videbatur, populo maxime fuit timori: tamen vt rerum suarum statum communiret, ac tyrannidis euitaret suspicionem, videns Cimonem optimatum partes sequi, ipse populo adhaesit, & vulgum pauperesque fouit, neque propterea tamē de re omni habebat concionem: verum populi frequentiam satietatemque aliquando fugiens, per amicos interdum negotia curabat. Cœnarum quoque declinabat inuidiam: & in ipso vitæ cultu Anaxagoram sequutus, si ad eloquentiæ fucum philosophiam addidisset, omnibus sui temporis oratoribus excellisset. Ex quo Olympium ei cognomen est inditum. Ferunt illius ætatis poetas siue serio, siue ioco dixisse, illum modò coruscationes in concione effundere, modò ciere tonitrua, modò horrendum in lingua fulmen gerere. Verum ad dicendum tamen timidè accedebat, ne

Falsa partu imaginatio.

Quia quæ scilicet vocantur.

Forma sapientis suspecta.

Periclis in loquendo mira potentia.

quod verbum imprudenter elaberetur. Fuit cum Sophocle prætor, & cum formosum quendam puerum collega laudasset: Nô solum, inquit, manus prætorem continentes habere decet, verum linguam atque oculos. Cum præterea laudaret quis in Samo interemptos, Laudâdos esse inquit, qui pro patria oppetierint, & ob hoc immortalitatem fuisse consequutos. Erat usque adeo Pericles populari gratia munitus, vt contra senatum niti non vereretur. Cimon verò Laconum studiosus, populari potestate aduersabatur: & propterea ostracismum est consequutus, id autè exilij est genus ad decennium: quo tempore cum Lacedæmonij Tanagicum agrum inuasissent, Cimon Laconicam calumniam expurgare cupiens, ab exilio ciuibus occurrit, verù à Periclis familiaribus expulsus est, atque omnes eius amici in acie perierunt. Pericles autè minus eo in prælio corpori suo parcens, præter omnes fortiss. certauit. Re autè malè gesta in finibus Atticæ, populus grauioris belli infelicitate sollicitus, Cimonis desiderio torquebatur. Hoc Pericles animaduertens, vt multitudinis animos demulceret, Cimonem decreto reuocauit. Qui non ita multò post imperator cum esset, in Cypro diem obiit. Timètes itaq; optimates Periclis potentiâ ad quem omnia deferebântur, Thucydidem Cimonis affinem Pericli aduersaturum constituerunt. Qui cum in concionem cum Pericle sæpius descenderet, factionem illi contrariam excitabat. Pericles autem videns tempus aliud, alios mores postulare, populo habenas relaxauit, & ad popularem nutum temp.

Spectaculorum ac panegyrum vsu. gerens, modò spectacula iastruere, epulùmque præbere, modò celebritates inducere atq; id genus honestis voluptatib. ciuitatè lenibat. Atque vt nauticam perciperent disciplinam, sexaginta quotan-

Ostracismi.

Cimonis interitum.

quor
ti (r
fas en
mific
dere
drum
que c
quam
filio,
pulo
ciuita
mè ab
batur
indig
opera
repleu
marit
diis e
rentur
Pericl
quam
pulun
dente
subscr
bus fa
studii
sumpt
cum p
de dec
eicit
igitur
thenic
na, qu
vt priu
populi
ad opri

quorannis triremes emisit, in quibus cuius volen-
 ti (receptis in stipendium octo minis) nauigare
 fas erat. Post hæc mille homines in Cherronefiam
 misit, ut sibi agrum diuideret, stabilioremque red-
 derent provinciam: in Naxum quingentos, in An-
 drum horum dimidium, in Thraciam milia quin-
 que colonorum, in Italiam coloniam Sybarim,
 quam Thurios appellant, misit: atque hæc eo cõ-
 silio, ut à desidiolo & nouadaru reru audio po-
 pulo ciuitatem leuaret. Quod etsi operæ precium
 ciuitati fuisset: & cæteris hominibus terrori, tamẽ
 ab inimicis & detractoribus id ei crimini da-
 batur. Ipse à laudabili nusquam opere desisteas, *Ratio fu-*
 indigestum & ignobilem vulgum ad artificiosas *giendi ocij.*
 operationes accommodauit, & ita urbem variis
 repleuit artificijs, ut non minus qui militiæ & rei
 maritimæ indulgebant, quàm qui domi & in præsi-
 diis erant, ex publicis bonis ratione aliqua iua-
 rentur. Atqui Thucydides tũ verò acrius instare *Opimi*
 Periclem pecuniam publicam, inquiring, nequic- *principis*
 quam profandere. Ipse igitur habita cõctone po- *animum*
 pulum rogauit, an ne multa expendisset: respon- *accende.*
 dente verò, plurima: Dona, inquit, meo tantum
 subscribantur nomine, & meis omnia sumpti-
 bus facta sint. Admirante populo eius animi ces-
 situdinem, responsum est, omnia publico fieri
 sumptu, nec impense esse parcendum. Quare
 cum plurima inter eos in dies orirentur dissidia,
 de decennali exilio certauerunt, & tandem illum
 eiecit Pericles, eiusque factione euertit. Disiecta
 igitur ac dissipata ex vrbe omni factione, & A-
 theniensiu rebus optimè dispositis, Pericles fræ-
 na, quæ antea populo remiserat, coercuit: nec se
 ut prius mitem præbuit, verum dissolutam illam
 populi viuendi licentiam paulatim cohibuit, &
 ad optimum quendam frugaliorémque guber-

*Boni ha-
redis in-
stitutum.*

nandæ ciuitatis morem reuocauit. Quamquam autem ciuitatem diuitiis & potentia amplificasset, vitæ tamen rationem habuit: ita seruata innocentia & integritatis dignitate, paternas ve opes neque quæstus libidine cumularit, neque defidia dilabi sit passus, ac pauperes multos suis copiis sustentarit. Et sedulo populi animos ad res maximas excitabat. Interea colloquium Athenis publicum instituerè conatus est. Et nisi Lacedæmoniorum inuidia ingruisset, votis fuisset compos. In imperiis verò administrandis maximè eius gloria fuit illustris. Dubia enim certamina non libenter adibat, quando nullam videbat victoria certitudinem. Et propterea Tolmidem iamiam multis fœlicem prælius deterruit, Bœotiam ne inuaderet, quoniam integrum sibi id esse non videbat. Spreto autem ille Periclis consilium, itaque paulò post re malè gesta, Tolmides cum non paucis fortissimis ciuibus suis desideratus est: ex quo quanti fuerit Pericles consilij, faciliè patuit. Ipse etiam Cherronesum à Thracum insultibus, ob collem à se inter du maria munitum, liberauit. Ac non solum Peloponnesum centum triremibus circumnauigauit, sed longius etiam prouectus, multos in mœnia repulit: atque in Nemea Sicyonis hostibus fuis, trophæum erexit. Ex Achaia quoque militibus acceptis, superato Acheloo Archananiam subegit, Oeneadasque in mœnia compulit. Demum populato agro, magna classe munitus, Græcas vrbes, quarum auxilio iuuabatur, obambians, optimè tractauit. Et barbaris terrore iniiciens, mare totum sub ditionem suam redegit. Sinopenses etiam, misto præsidio, in fide tenuit. Et Lacedæmonios semper suspectos habens, maximam copiarum partem ad rerum paratarum custo-

*Periclin
trophæum.*

cuss
infe
tate
reg
pias
rùm
effe
ueri
quir
tion
puls
gitq
actis
gint
class
Mile
puer
num
tion
recu
come
XL.
reme
rum
Phœ
nare,
rene
tes,
Quo
lit:de
re cir
disie
pecun
nas re
rum fi
zib. re

custodiam contulit. Euboicos deficientes bellis
 infestauit. Mox quum audiret Megarenfes è ciui-
 tate eiectos, & Pliftonacten Lacedæmoniorum *Pliftona-*
 regem cum exercitu in finibus esse Atticæ, eò co- *etes rex.*
 pias deduxit. Nec propterea bello se inseruit. ve-
 rum Pliftonacten iuuenem muneribus corrupit,
 effecitque vt ex Attica exercitum educeret. Con-
 uersusque statim in Eubœam Pericles cum
 quinquaginta nauibus, eos qui defecerant in di-
 tionem redegit Hestiensibus verò è regione ex-
 pulsus, eò ex Atheniensibus coloniam misit, ex-
 gitque Hippobotas ex Chalcidensibus. His per-
 actis rebus, cum Lacedæmoniis annorum tri- *In Sa-*
 ginta inducias pepigit. Deinde contra Samios *mios ex-*
 classem decernens, quòd iussi à bello aduersus *peditio.*
 Milesios desistere noluerant, acceptis obsidibus
 pueris quinquaginta, & puellis totidem in Lem-
 num missis, & constituta populari administra-
 tione, expeditionem dimisit. Et cum paulò post
 recuperatis per furtù obsidib. Samij defecissent,
 commisso apud Tragias insulam prælio, Pericles
 XL. nauibus munitus septuaginta hostium tri-
 remes superauit: & illas persequendo, Samio-
 rum portum occupans, urbem obsedit. Cùmque
 Phœniæes audiret in obsessorum auxilium festi-
 nare, præsidio ad urbem relicto, in auxiliares cõ-
 tendit. Interim Melissi consilio Samij erumpen-
 tes, multa edita eade Atheniensis fugauerunt.
 Quo accepto nuncio, Pericles suis suppetias ta-
 lit: deuiçtoque ac superato Melisso, Samios aggre-
 re circumdedit. Nono autem mense vrbe potius
 dissectis mœniis, ablatiisque nauib. Samios etiam *Fortes vñ*
 pecunia multauit. Subacta Samo, Pericles Athie- *ros quòd*
 nas rediens, laudatis qui in prælio ceciderant, eo- *sepelioris*
 rum funus curauit. Et ob hoc benignè à mulie- *remune-*
 rib. roceptus, vitis ac coronis donatus est. Cui ratio,

cum ab Elpinice Cimonis sorore diceretur: Dignane adeo corona sunt, hæc tua, ô Pericles, gesta? qui tot nos ciuibus priuasti, nec Phœnicibus aut Medis, vt frater meus, intulisti bellum, sed sociam nobis urbem euertisti? Subridens itaque Pericles respondisse dicitur. Haud vnguenti vetula cum sis oblita es. Mox cum Periclis consilio Corcyreis auxilio venissent Athenienses contra Corinthios, Lacedæmonio quodam Cimonis filio duce, cum decem nauibus quasi contumelia gratia præposito, à Corinthiis Athenienses apud Lacedæmonios accusantur. Aginata similiter indigna Atheniensibus inferri sibi clamitabant. Megarenses quoque questi sunt, Atheniensium decreto se & comæatu & illorum portibus prohiberi. Demum itaque Lacedæmonius visum est, Athenienses bello non esse infestandos, si contra Megarenses decretum rescinderent. Et quia Pericles maxime aduersabatur, omnem in se belli inuidiam concitauit. effecitque post multas hinc inde missas legationes, ne Lacedæmonius obtemperaret populis: Illi autem arbitrati Athenienses, nisi sublato Pericle, nunquam sibi obsequituros, ad eum deprimendum inuigilabant: Archidæmumque ducem suum cum sexaginta Peloponnensium milibus in Atticam miserunt. Pericles autem periculosum esse existimans cum tot copiis concertare, clausis portis, dispositisque præidiis, urbe se continuit. Et quanuis præter multorum consilium id faceret, qui ad ignauiam ei & formidinem ascribebant: auiore tamen animo omnia perferebat, donec C. nauium classe comparata, Peloponnensium infestatum miserit. Ipse tamen ab urbe non discessit, quoad Peloponnenses motis ex Attica castris abierunt. Qui postea pedestribus

*Contra
Periclem
in sedia.*

str
mi
qu
te
cer
mi
agr
cal
vt c
qua
Ac
obse
terr
Hoc
adop
ret
mai
clasi
nisi e
dedi
tur a
exar
dere
lentis
aliis p
non h
multi
grand
rum la
rat, &
Ea soc
ielis r
Quod
pater.
excand
semper

sribus copiis in Megarēsiū agrum irruens, om-
 nia populatus est. Et quoniam contagiosa lues
 quadam Athenas inuadens, vrbis vires vehemen-
 ter attriuerat, omnes ira in Periclem excandes-
 centes, tantæ contagionis eum causam fuisse cri-
 minabantur, quod eos intra mœnia coactos cum
 agrestis vulgi colluione coëgisset. Ipse igitur vt
 calumniis occurreret, reprimeretque hostes, &
 vt ciuibus aërem natate liceret, centum & quin-
 quaginta naues multis fortibus viris compleuit.
 Ac ipso quidem trirēmē suam ascendente, sol *Solis e-*
 obscuratus est: quæ res vt omnium animos de- *eclipsis.*
 terrebat, ita gubernatorem etiam dubium fecit.
 Hoc videns Pericles, sua chlamyde illius faciem
 adoperuit: & an aliquid ex eo horrendum puta-
 ret, interrogauit, cumque negasset: Quid ergo
 maius suspicaris, inquit, ex Solis eclipsi? Itaque
 classe aduectus, sacram obsedit Epidaurum. Et
 nisi eum de spe exorta in classe pestis deiecisset,
 deditioem factura ciuitas videbatur. Cum igitur
 acrius inrudesceret lues, in Periclem omnes
 exarsere. Et quoniam ab obsidione minùs disce-
 dere velle videbatur, ab imperio abdicatum, ta- *Periclis*
 lentis quinque & decem, aut quinquaginta (vt ob perti-
 aliis placet) Athenienses multauerunt. Qui cum *nace ma-*
 non hoc solum incommodo premeretur, verum *ximum*
 multis etiam peste amissis necessariis, & ob filij *multa,*
 grandioris secum similitatem, minùs in poste-
 rum latus vixit. Xantippo autem illi nomen e- *Xantip-*
 rat, & vxorem habebat iuuenem atque profusam. *pus Peri-*
 Ea socieri parsimoniam agrè ferebat. Itaque Pe- *clis F.*
 iclis nomine, ab amicis aurum accipere ausa est.
 Quod dum repeteretur, litem reiecit ad filium
 pater. Ille inopia coactus, in patrem maledictis
 excanduit & ad extremum vsque vitæ infensus
 semper patri fuit. Et quamuis sororem morbus

& affines quamplurimos, quorum in rep. opera iuuabatur, Pericli eripuerit, infractus tamen, grauiorque subinde videbatur. Ceterum Paralo ex legitimis filio reliquo orbatus, diuinus constantiam grauitatēque seruare non potuit, quin flebilem vocem & lachrymas ederet. Ciuitas postea cum neminem videret idoneum satis, cui tanti imperij summa demandaretur, ingenti desiderio pratorē eum instituit. Ipse autem domi mœstus squalidusq. agens, cum sedatam plebem prospiceret, ad remp. accessit: & vt antea fecerat, de abrogandis nothis legem tulit. At cum priuatus esset omni sobole, ne successore domus eius priuaretur, Athenienses poenarum satis existimantes ex eius elatione dedisse, concesserunt vt filius nothus ingenuus adscriberetur. Cūq. valetudine affligeretur, & ferē morti vicinus iam esset, ac circumstantes primarij eum inter se laudibus efferrent, quōd nouies pro patria victor trophæam erexisset: quod omnium maximum fuerat, inquit, silentio id quidem præteristis, quandoquidem nusquam causa fui, quare Atheniensium quisquam veste se indueret pulla, Pulcherrimum enim sibi putabat, in tanta licentia & imperio nemini crudelem se præstitisse. Vbi autem e vita cummigravit, eius desiderio indies magis afficiebantur Athenienses. Nam quæcunque post eum scelera ciuitatem inuaserunt, illa ipse viuens reprimendo licentia priuabat.

Fabius

*Lex de
abrogā-
dis nothis*

xim
ger
mo
tate
tus
qua
ren
con
acce
ptu
rō h
uen
iam
thru
nio
Tra
cum
opti
null
arbit
vires
ctate
remp
decis
totid
Minu
quon



Fabius Maximus.

NONNULLI à Nympharū vna, a-
 lij. b Hercule cum non digna mu-
 liere congresso, quidā ab Rilao Ma-
 ximo. Fabiorum genus descendisse
 contendunt. Fuit itaque Fabius Ma-
 ximus, cuius hīc iā vitā scribimus, in ordine eius
 gentis quartus. Quis à pueritia modò Verrucosus,
 modò Quicula cognominatus: à morum probi-
 tate grauitatēque nomen sibi comparauit. Quie-
 tus fuit, & taciturnus puer, ac pudore plenus:
 quanuis hinc insipientem eum nonnulli iudica-
 rent. Indies tamen negociis excitatus, grauis &
 constans euadebat. Et ad rem militarem corpus
 accommodans, etiam eloquentiæ (& si non prò-
 ptus ad dicendum esset) incubuit. In tantum ve-
 rò honorem atque authoritatem paulatim per-
 uenit, vt irrumpeute in Italiam Hannibale, &
 iam apud Trebiam fluuium victore, ac per E-
 thruriam omnia subigente, ipse cum C. Flami-
 nio consul factus sit. Et Flaminius quidem apud
 Trasimenum lacum, præter Fabij sementiam
 cum Hannibale congressus, prostrigatusque, cum
 optimatibus multis oppetit. Fabius autem, qui
 nullo pacto cum Hannibale dimicandum esse
 arbitrabatur, sed perferendo cunctandōque illius
 vires potius esse atterendas, mortuo collega di-
 ctator creatus est. Quippe ea tempestate magnus
 reipub. inuaserat tremor. Nam non minus quia
 decim millibus hominum in eo prælio cecidere,
 teridemque capti sunt. Ipse dictator factus, L.
 Minurium in equitum magistrum accepit. Et
 quoniam antea dictatori equitare fas non fue-
 rat.

*Fabius
 consul &
 mox di-
 ctator.*

*Equita-
 rio prius
 dictatori
 prohibi-
 tum.*

rat, ut equo uti posset, exoravit. Compositis itaque sacris sententia circa rem diuinam multitudinis, ipse omnem in se victoriae spem reponens, contra Hannibalem iter intendit: non animo dimicandi, verum paulatim differendo illius vires conterendi. Cumque tempora produceret, per colles & edita loca exercitum ducens, tantum Hannibali se ostendebat, & non propius quam ut ad pugnandum inuitus cogi non posset. Quare cum per ignauiam id facere crederetur, sordida de eo fama in castris versabatur, usque adeo ut Minutius equitum magister, homo ferox ac temerarius, palam dictatorem maledictis insectaretur. Ex quo & Romae etiam de Fabio rumores pessimi circumserebantur. Nec ideo quisquam tamen dictatorem potuit a sententia diuertere, ut cum hoste confereret. Cumque Hannibal in Casinatensium agrum duci exercitum voluisset, & tamen a ducibus ad Casilinum oppidum deduceretur, regionem scilicet montibus circumdatam; Fabius colles occupans, per opportuna dispositis praesidiis, vltimos hostium adortus, ad octingentos eorum trucidauit. Hannibal hac se videns angustia clausum, nec valens armis iter sibi facere, nouo stratagemate hostes sefellit. Quippe cum ex agresti praeda multitudinem haberet bouum nocte ardentibus cornibus faces alligari imperarat, datoque signo, ad hostium custodias, & ad montium cacumina concitari. Cum igitur flamma iam cornua combureret, boues per saltus & inuia ferebantur. Romani autem hac nouitate perterriti, credentes insidiarum aliquid ab hostibus circulatoris facibus institui: relictis sine praesidio locis, ad castra se receperunt. Hannibal continuo bouum subsequutus agitationem, superatis montibus e valle discessit. Quem cum exorta luce

*Fabij
mora.*

*Hannibal
in castris
disas.*

ce Fabius inuaderet, ab Hispanis per Hannibalem
 missis, multa edita eade ad castra compellitur.
 Itaque cum astu & vi superatus Fabius videretur,
 turpis erat omnium fabula, & ferè contemptui
 habebatur. Tum Pœnus vt acrius in Fabium Ro-
 manos concitaret, in vrbe agrum irruit, & igne
 ferroque cuncta vastans, Fabij res iniuriarum ex-
 pertes seruari imperauit. Cùmque horum om-
 nium in vrbe rumor increbesceret, Tribuni in
 Fabium mala cuncta refundebant. Senatus iti-
 dem tot rumoribus exercitatus, conditionem
 quam pro redimendis captiuis fecerat, reprobat:
 Fabius fidem hosti minus etiam fallere volens,
 suis villis etiam venditis drachmas sexaginta &
 ducentas pro singulo pactas captiuo, ad Hanniba-
 lem misit. Et redemptis captiuis, cum plarique
 pecuniam restituere voluissent, recipere denega-
 uit. Interea à senatu sacrorum causa accitus, Mi-
 nutio exercitum reliquit: monuitque eum obni-
 zè, ne cum hoste confereret. Digressio autem di-
 ctatore, cùm Hannibalem vidisset Minutius fru-
 mentatum profectum, ad vallum vsque irruit, ac
 magnam ex hostibus stragem edidit, tutusque
 ad castra reuersus est. Increbescente huius fa-
 cinoris fama, turpis erat de Fabio rumor in vr-
 be dissipatus. Et propterea fauente plebe Minu-
 tius fuit in dictatura cum Fabio pari imperio
 constitutus, id quod antea nunquam Romæ vi-
 sum fuerat. Cæterum Fabius præter omnium o-
 pinionem id agro animo non tulit, nisi quan-
 tum reipubl. minus profuturum videbat. Atque
 ideo cum Minutio vicissim imperare cupiente
 exercitum diuisit: ne si solus imperaret, solus
 remp perderet. Hannibal autem harum rerù non
 nescius, dispositis prius insidijs Minutium ad pu-
 gnam irritauit. Ille insidiarum ignarus, fortiter

cum hoste concurrat: & diu pari pugna dimi-
 sivit, donec ab insidiatoribus circumventus,
 cum omni exercitu multis caesis profligatur. Fa-
 bius autem animaduertens collegam malè ab
 hostibus tractatum, rebus Romanis succurren-
 dum existimauit: atque eductis in aciem copiis
 milites hortatus est, ac signa in hostem efferri
 iubens, audacter palantes aggreditur, acies dis-
 sipat, ac parua mora exercitum fundit, truci-
 datque Hannibal cum terga suos dare videret,
 libentius receptui signo dato, suos ad castra re-
 duxit: ad suosque conuersus: Nonne (inquit)
 vobis saepius me dicere meministis, nubem hanc
 iis in montibus insidentem, nobis aliquando de-
 trimento futuram? Fabius verò multa modestia
 venerabilis, in collegam superbè nihil protulit.
 Minutius autem errore suo cognito, & omnem
 in sese noxam refundens, poenitentia ductus,
 cum iis qui cladi superfuerant, ad Fabij se con-
 tulit castra: ac Fabium parentem, & militum
 patronum appellans: Bina hodie victoria (in-
 quit) potitus es: hostes quippe fortitudine tua,
 collegam autem prudentia vicisti. Fabius inde
 magistratum deposuit: Terentio Varrone & Pau-
 lo Amylio consulibus creatis. Qui cum apud
 Ausidum fluium contra Hannibalem propè
 Cannas castra haberent, Terentio illius diei im-
 perium administrante, re malè gesta non pau-
 ciores quinquaginta millibus Romanorum co-
 cidere, capta verò circiter millia quatuor, Paulo
 quoque Amylio consule trucidato. Romani au-
 tem hac tam ingenti clade percussi, resumpto
 paululum animo, quod ad reliquam Italiam
 Hannibal non diuerterat, aduersus eum Fabium
 Maximum, & Marcellum imperatores creauere,
 alterum viribus & animo plenum, alterum
 & pru-

*Minutij
 error.*

*Cannas
 sic clades*

& prudentia & consilio refertum. Marcellus
 verò cum pluries Hannibali obstitisset, & eius
 nonnunquam vires fregisset, aliquandòque fu- *Marcelli*
 gasset, & multis cladibus affecisset, tandem quin- *mors.*
 to eius consulatu insidiis interceptus, occu-
 buit. Fabius autem tametsi à Punica arte se de-
 fenderet, paulum tamen abfuit, quin adulteri-
 nis literis ab Hannibale Metapontinorum no-
 mine missis, interciperetur. Nam itineri iam se
 commiserat, verum aut consilio, aut malo ali-
 quo territus augurio pedem retulit. Ex quo ea *Fabij ho-*
 tempestate non vlciscendum, verum indulgen- *manitas.*
 dum esse arbitrabatur, & propterea vrbes, quæ
 descuerant prece & pollicitationibus demulce-
 bat: neque delatoribus aures prestabat, verum
 hortari, monere quoscunque, vt in fide persiste-
 rent: veluti erga quendam Marsum militem se
 habuit. Nam cum defectionis accusaretur, nulla
 in illum animaduersione vsus est: quin comi ser-
 mone illi blandiens, acerrimo eum equo aliis-
 que muneribus donauit: & sic ex suspecto illum
 sibi fidissimum comparauit. Eodem tempore re-
 nunciatum est, Lucanum quendam genere, à
 castris sæpius noctu discedere. Comperto, hoc
 ancille cuiusdam amore fecisse, illam occul-
 tē deprehendi fecit. Et accito benignè Luca-
 no, ne in posterum è castris discederet, monuit:
 & eductam è tentorio mulierculam, iuueni con-
 cessit, inquires, Ne discedere amplius noctu co- *Hannibal*
 garis, hæc apud te in castris soansura est. Hanni- *Tarentum*
 bal quidem ea tempestate urbē Tarentinā proditio- *proditio-*
 ne cepit, & eius præsidio Brutium quendam *ne capit.*
 præfecerat, quàm puellā quandā amabat perditē,
 cuius frater sub Fabio militabat in castris. Ipse
 habito cum Fabio consilio fugam simulans, Ta-
 rentumque ingressus, sororem salutat, donisque

prosequitur: rogat, ut amatorem, in sententiam suam alliciat. Soror fratri auscultat, & Calabrum blanditiis ambit. Ille potiundæ puellæ desiderio affectus, ad proditionem liberaliter accedit. Itaque sub muris Fabium clam alloquitur: demum omnia transigunt. Fabius certa irritatione Hannibalem illic ad Brutium agrum distrahit: interea signo ab amatore puellæ dato, vrbe potitur. Ferunt enim Hannibalem his auditis palam dixisse: Romani etiam suum habent Hannibalem. Fabius autem clariorem primo hac victoria triumphum egit: & in posterum in tanta fuit apud Romanos habitus auctoritate, ut filio consulatum demandauerint. Qui dum consul esset, pater illius ingenij tentandi gratia, equo insidens, filio consuli obuiam se dedit: consul ut patrem agnouit, monuit per licitorem, ut desiliet, pedesque incederet, si qua sibi re à magistratu impetranda esset opus. Sicque pater equo desiliens, consulem salutauit. Atque ait: Bene sapis fili: quandoquidem imperij dignitatem maiestatemque magnifice seruas. Erat eo tempore Fabius Scipioni longè aduersarius, siue inuidia, siue quòd iuuentuti minimè fideret. Gerebat tunc Scipio in Africa bellum: & dum Romam pro exercitus supplemento misisset, ita Fabius rempublicam suo administrabat arbitrio, ut Scipioni non licuerit nisi ex Sicilia copias, & ex Hispania trecentos habere milites. Enimuerò cum de Scipione nobilis in vrbe rumor vagaretur, ac de capto Numidarum rege, itémque de inimicorum spoliis cum summa Scipionis laude prædicaretur, longè magis instabat Fabius, ne tanta illi bellorum moles crederetur. Non semper eodem stare loco fortunam, & propterea periculosum esse imperij summam vnus vitæ committero

*Tarentis
recipi-
tur.*

*Magi-
stratus
dignitas
parenti
prælatæ.*

*Fortuna
incon-
stantia.*

mi
con
inf
tri
fri
fun
pie
& g
tul

T

*At
tur
cibus
dege
custo
publ
duct
culpa
decur
prosp
(quo
contin
qua
laude
sic de
bello g
de vic
marig
Sed le*

mittere. Quibus verbis in illum populi odium concitare nitebatur. Interea ita Carthaginem infestabat Scipio, vt necessario Hannibal in patriam accerteretur. Sed antequam Pœnus in Africam traiceret, Fabius naturæ cōcessit. In cuius funere paulum quisque numorum, non vt inopiæ subueniretur, verum tanquam ad ornatum & gloriam ac populi parentis dignitatem, contulit.

*Fabius
naturæ
concedit*

COMPARATIO

Periclis cum Fabio Maximo.

PERICLES in bello operam suam nauauit patriæ, cum Athenienses essent potentissimi: itaque communi felicitate videri potest munitus aduersam fortunam euitasse. At Fabij actiones Romam e pessimo statu eiectam in tuam collocarunt. Ac Pericli quidem res ab aliis Ducibus prosperè gesta magis occasionem securo animo degendi præbuerunt, quam bello eam recuperandi & custodiendi. Fabium verò cum ante oculos haberet Reipublicæ suæ innumeras clades sua ipsius voluntate ac ductu ciuitatem suffulciit, neque passus est superiorum culpa concussam penitus corruere. Facilius quidem videtur urbem afflictam erigere, quam populo aurâ prosperæ fortuna elato ac ferocienti iniicere frenum (quo maxime modo Pericles Atheniensem populum continuit) tamen moles ac magnitudo calamitatum quæ cum Roma inciderant animum iniustum & omni laude superiorem in Fabio demonstrant, qui non passus sit de suis se consiliis depelli. Egregia sicut viriusque in bello gesta. Acie porrò semel tantum vicit Fabium, quæ de victoria primum triumphum duxit: Pericles terra marique de superatis hostibus nouem statuit trophæa. Sed longe excellit nobile illud Fabij factum, quod mi-

BIBLIOTECA
UNIVERSITATIS

nucium Annibali eripuit, integrumque exercitum Rom. conseruauit. Praclarum sane facinus, comūneque tūcū virtutum fortitudinis, prudentiae & humanitatis. Rursus Pericles in errata bellica Fabij non incidit. Quod si egregij imperatoris est, non solum praesentia recte agere sed & futura prospicere. Athenienses eum quem prauidit & praedixit Pericles finem belli habuerunt. At Romani emisso contra sententiam Fabij Scipione aduersus Carthaginienses, letum viderunt de victu hostibus triumphum. Itaque alterum recte futura prospexisse calamitatis parua restata est: alterum longissime errasse à scopo suorum felicitas arguit. Quod ad euilem rationem attinet, in magna est culpa Pericles qui nolens Lacedaemoni quicquam concedere, bellum contra patriam suam excitauit. Fabij uero in Minuum clementia Periclis contra Cimonem & Thucydidem factiones uirum coarguit. Maior autem Pericles contra fuit potentia & autoritas, ita ut belli duces fere omnes (vix Tolmida, & infeliciter rem gerente, excepto) ipsius consilio & voluntati suam adiunxerint. At Fabius alio, prohibere nequiuit, nullum interea delicti auctor: nunquam enim tot clades passi fuissent Romani si tantum Roma Fabius, quantum Pericles Athenis ualuisset. Liberalitas uiriusque eximit Pericli autem sublimior: praeterea cum innumeras à sociis & regibus ipsum demerentibus auri argentiue summas posset accipere, seipsum ab omni auaricia purum conseruauit. Denique, magnitudo & splendor operum caesiciorumque Periclis praestantiam quandam omni comparatione maiorem habuerunt.

Pelopidas.

bar
seru
reli
quū
saria
uem
cum
nunc
nim
prae
esse
mor
tot
nes
hui
Theb
con
ta
Theb
corn
certa
vulne
est.
etum
hostib
penet
respic



Pelopidas.

PELOPIDAS insignis genere fuit, Thebanis origine ac Hippocle pitro natus. Qui ut in magnis erat diuitiis nutritus, sic indigentibus gratiam suæ liberalitatis impartiebat: ita ut non pecuniis ipse, verum ei pecuniæ seruire viderentur. Et propterea, quod reipublicæ reliquam temporis præstaret, opes neglexit: quumque ab amicis moneretur, rem ab eo necessariam negligi respondebat, necessarium per lo- uem huic Nicodemo, claudum quandam & cæcum ostendens. Erat autem huic cum Epaminunda benevolentia non vulgaris: quin ita vnanimis, & ad omne virtutis opus similes erant, ut præterquam quod diuitiarum suarum particeps esse noluit Epaminundas, in cæteris mutua amor, mutua fides, ab initio ad finem vsque per tot certamina, imperia, & reipubl. administratio- nes inter eos firma stabilisque permanferit. Fuit huiusmodi eorum benevolentia hoc initium: Thebani, Lacedæmonisque composita societate, contra Arcades belligerabant: Et inclinante Spar- tanorum cornu, Pelopidas & Epaminundas ex Thebanorum præsidio hostibus se opposcentes, cornu strenuè confirmauerunt. Quibus acri- ter certantibus, Pelopidas aduersis septem acceptis vulneribus, inter hostium cadauera collapsus est. Epaminundas socium credens vita extin- ctum, morti inluit obicere sese, quàm iacentem hostibus relinquere. Inde cum per hostes ferro penetraret, brachio saucus, acceptoque in pectore spiculo, ab Agesipoli Spartanorum rege cum

Quibus præcipue necessaria sunt diuitia.

Pelopidas & Epaminunda amicitia.

*Thebana
arx Cad-
mea.*

focio nondum mortuo liberatus est. Post hæc Phæbidas Lacedæmonius dux, dum per Thebas cum exercitu iter faceret, eorum impulsu qui Laconicæ studebant factioni, Thebanam arcem (quæ Cadmea nuncupabatur) occupauit. Illi, quoniam suo, non publico consilio fecerat, Spartani grandi multarum pecunia, magistratu depulerunt. Non tamen idcirco arcem ciuibus restituere: verum enimverò depressa Thebanorum republ. & summa amicis suis potentia data, aduersarios aut morte aut exilio damnauerunt. Inter quos vnus erat is, de quo scribimus, Pelopidas iuuenis, & non minus animo quàm prudentia notabilis. Qui cum Athenis cum multis exularet, querens si quam fors occasionem ad libertatem recuperandam præstaret, communicato cum paucis consilio, pro delenda tyrannide, eis qui Thebis idem sentiebant per amicum omnia significauit. Non autem amplius duodecim fuere iuuenes, qui tantam rem aggredi ausi essent: quorum princeps fuerat Pelopidas. Hi ad præstitutam diem agresti sumpta veste, cum venaticis canibus ac retibus venatum ire se simulant, quò minore suspitione Athenis digredientes iter facerent. Et præmissio clanculum Charone nuncio, Thebas contendunt. Qui cum iam adue sperasset, domum Charonis ingressi, cum exulibus (vt per nuncios antea indictum fuerat) coiere. Hi duodeuiginti fuere, qui cum Pelopida ad tyrannidem propulsandam coniurauerant. Eodem die Philidas rerum omnium conscius: dedita opera Polemarchis conuiuium interuenientibus scortis opiparè administrabat, vt illorū potatione & libidine temulentos, exulibus facilius proderet. Interea dum magistratus voluptatibus indulgeret, relatum est exules in urbem deue-

*Pelopida
callidi-
cas.*

deu-
rar
spic-
nis
chi
om
aut
puls
cras
cum
lieb
plau
tura
poc
chia
tem
Leon
veru
bus
ædib
to,
adeu
Vbi
vndi
ad ex
fidiu
que
facere
quos
tanqu
rificè
ciisyn
thorit
les pri
His au
paulo

deuenisse. Illi Baccho Veneriq. dediti, id explo- *Ex vena*
 rare neglexerunt. Dum Philidas è mente illis su- *re &*
 spicionem crueret, si qua esset, nititur, ecce Athe- *Baccho*
 nis epistola ab Archia Hierophantis. F. ad Ar- *quot inte*
 chiam ex Polemarchis primarium allata est, rem *ritus.*
 omnem & exulum profectioem indicans. Ipse
 autem, vt vinolentus erat, acceptis literis, sub
 puluino eas subiiciens: Res (inquit) serias ad
 crastinum differamus. Interea Charon & Melon-
 cum paucis ex coniuratis, armis accincti, ac mu-
 liebres induti vestes, ad symposij portas cum
 plausu & lætitia adeuntes, feminas (quæ ven-
 turæ expectabantur) se simulabant. Sicque inter
 pocula & mensas strictis ensibus irruentes, Ar- *Tyranni*
 chiam & Philippum trucidauere. Pelopidas au- *occisi.*
 tem & socij, quibus commissum negotium erat
 Leontidæ occidendi, domi eum conuenerunt,
 verum sobrium atque grauem iam clausis fori-
 bus quiescentem, cùmque expugnatis vi summa-
 ribus quietem ferro incautum superant. Quo truida-
 to, mox ad Hypatem ex Polemarchis reliquum
 adeuntes, multis illum vulneribus confodere.
 Vbi autem tyrannos trucidauerunt, populum
 vndique ad arma & ad libertatem conuocatum,
 ad expellendum ex arce Lacedæmoniorum præ-
 sidium adduxere. Epaminundas verò, Gorgias-
 que, aduocata concione Pelopidas & socios à
 sacerdotibus coronis honestatos introduxerunt:
 quos concio maximo cum applausu assurgens,
 tanquam patriæ liberatores ac benefactores mi-
 rificè suscepit. Et sic vna nocte Pelopidas cum so-
 cijs vndecim, nullo presidio, Spartanorum au- *Lacedæ-*
 thoritatem & gloriam extinxit, ac indissolubi- *moniorū*
 les principatus nodos dissoluit atque dirupit. *in The-*
 His auditis, Lacedæmonij in agrum Bœotiorum *banos in*
 paulò post magno cum exercitu impetum fa- *percu-*

cientes, multis præliis Thebanos infestabant. Quibus cum semper se opponeret Pelopidas, dux à principio creatus, magnam gloriam consecutus est, ipsosque apud Platæas vicit, atque fugauit: quo in consuetu Phœbidas, qui arcem occupauerat Thebanorum, cum multis ad Tanagram fugientibus & cum Panthœde trucidatus occubuit. Hinc annuatim Thebani suffragiis Pelopidam principem designabant. Bellum etiam apud Tegy commissum, summo opere eum ad gloriam euexit. Cum etiam contra Orchomenios infestum duceret exercitum, Lacedæmonios repulit: ac multis caesis ex principibus reliquos palantes multa strage tandiu insecutus est, quandiu sibi integrum fore videbatur. Demum cum receptui canere iussisset, sublatis hostium spoliis, grandi cum victoria ad castra reuersus est. Non enim prius Lacedæmonij, quippe multi existentes, à tam paucis victi profugatique fuerunt. Non multò post Spartani, inita prius cum vniuersa Græcia pace, ac solis Thebanis infensi. Cleombroto rege cum perditum decem millibus, & mille equitibus misso, Thebanis bellum intulere. Ex quo cum Bœotia grandi percussa esset formidine, Pelopidas domum egrediens, vt ad exercitum se conferret, à lachrymante vxore rogatus est, vt salutem suam conseruaret. Cui, ò mulier (inquit) priuatorum est canere sibi, imperatorum verò seruare alios. Et ad castra dum se reciperet, deque conferendo cum hostibus prælio dum principes disceptarent, Epaminundæ (qui non erat imperator, verum sacra præerat cohorti) videbatur, in Leustris esse cum hostibus congregiendum. Pelopidas autem, exercitui qui imperabat, cuiusdam somnij visione percussus, Epaminundæ, tanquam homini præstanti-

*Sententia
impera-
tore di-
gna.*

stan
stru
dex
tu
exte
circ
sacr
cum
uitq
con
dem
nunc
erit
ria z
ta v
sum d
Elim
Theb
gistra
niam
ob re
ferant
capita
blico
vtriqu
cum A
bellur
implo
Atque
bello v
cum t
cessit.
donum
tus, int
lippo r
Theba

stantissimo, concessit ut pugnam iniret. Qui instructis aciebus, animaduertens hostium cornu dextrum longius esse, ad sinistrum grandi impetu conuersus est. Hostes id conspicati, dextrum extendentes cornu, Epaminundam cum cæteris circumire contendebant. Tum Pelopidas cum sacra irruens cohorte, Clemobroto conspecto, cum ferro superauit, ordinisque disruptis, fugauitque; atque ita illorum elationem oppressit, contusitque, ut maiorem nunquam antea cladem, aut fugam Spartani passi sint. Et sic Epaminundus imperator, non imperans, totiusque exercitus dux, ac parue manus ductor, illius victorie æqualem sortem gloriæ reportauit. Hac parata victoria ambo imperatores in Peloponnesum ducentes copias, magnam Laconiae partem Elim, Argos, atque vniuersam Arcadiam in Thebanorum fidem reduxerunt. Erat finis magistratui Pelopidae atque Epaminundæ; & quoniam minus commodum fore videbatur, ob res imminentes, ideo à suo munere non discesserant. Quare cum domum redissent, ambo reipublice facti sunt, quod quatuor menses sine publico decreto magistratu functi essent. Tandem utrique à iudicio absoluti euaserunt. Posthæc cum Alexander Pheræus Thesalæ & insidias & bellum inferret, ipsis imperatorem à Thebanis implorantibus, Pelopidas ad eos iter intendit. Atque ubi Alexandrum timore potius quam bello vertit in fugam, Thesalæ in concordiam cum tyranno restitutus, ad Lacedæmonios discessit. Inde Ptolemæo bellum Alexandro Macedoni regi inferente, ab utriusque iudex accersitus, inter eos litem composuit. Et accepto Philippo regis fratre, ac triginta ingenuis in obsides, Thebas adduxit: ut vniuersæ Græciæ liqueret, *maum,*

quantum Thebani apud peregrinas gentes æquitate & gloria pollerent. Turbatis paulò post rebus in Macedonia, cum Ptolemæus regem occidisset, abstulissetque regnum, Pelopidas orantibus regis amicis iterum eò se contulit. Quem cum ille ob gloriam & nomen maximè formidaret, occurrit, eumque amplexatus multis precibus pollicitus est, pro regis fratribus regnum se custoditurum. Quibus rebus compositis, Pelopidas Philoxenum Ptolemæi filium, & 30. alios obsides Thebas misit. Ipseque cum aliquibus ex Thessalis Pharsalum concessit. Quò non prius ventum est, quam Alexander tyrannus cum exercitu apparuit: cumque Pelopidam cum aliis inermem videret, eos cepit, in vinclaque coniecit, ac Pharsalum occupavit. Quibus iniuriis lacessiti Thebani, Epaminundam cum exercitu in Alexandrum miserunt. Qui cum tyrannum immitem scelestissimumque cognosceret (qui viuos quosdam sepelierat, nonnullos ferarum coriis insutos canibus dilaceratum puberes induciarum obtentu iugularat: hastam qua Polyphronum auunculum trās fudit, coronis ornat) timens ne in Pelopidam quoque saureret, non quidem bello eum lacessivit, verum datis dierum triginta induciis, istoque fœdere Pelopidam liberavit. Posthæc cum Athenienses & Lacedæmonij à Thebanis dissiderent, Pelopidam ad Artaxerxem pro ineunda societate Thebani legaverunt. A quo tanta humanitate, honore, ac reverentia ob eius nomē atque famam exceptus est, quanta nemo quisquam unquam fuerat. Ac præter privilegia, honores & munera, quibus eundem affecit, etiam Thebanos liberos ac sui iuris esse voluit: Messenamque urbem ipsis habitandam

*Pelopidas ca-
pitus.*

*Horren-
da imma-
ritas.*

*Artaxer-
xi huma-
nitas.*

da
app
ciu
tia
del
exc
ad
den
chi
The
tū e
retu
est:
cum
por
pass
cis A
agg
imp
que
gran
deli
inter
stibu
irru
phal
nis t
vere
reliq
lachr
non li
cibo r
rurs v
corpu
donat
quam

dam præbuit, eosque patrios Græcos amicosque appellauit. Pelopidas autem munera quidem ciuilitè recusauit, verùm immortales regi gratias agens, in patriam reuersus est. Quem tanto desiderio expectatum, grandi omnium applausu exceperunt. Dum hæc agerentur, Alexander qui ad suæ malignitatem naturæ redierat, Thessaliam deinceps infestabat, vectigaliâque Phthiotis Achiuisque magna imponebat. Quamobrem ad Thebanos pro imperatore & prætidio supplicatū est. Cùm autè Pelopidas cum exercitu decerneretur, ipso profectiois die sol eclipsim passus est: cumq; tali portento principes formidaret, ipse cum aduenis & militibus trecentis, haud verò potentis territus, nec dissuasionibus impediri se passus, Pharsalum contendit. Quem vbi cum paucis Alexander venisse intellexit, infesta acie eum aggreditur. Ille vi multa, & acri in eum animo imperum retulit: ac fortiter pugnans, hortaturque suos, antè omnes oculis lustrans, tyrannum grandi furore impetit. Ille inter satellites suos delitescens, ad Pelopidam declinauit. Qui cùm inter inimicos se inseruisset, crebris telorum ictibus confossus interit. Thessali dolore affecti, irruentes è tumulis impetu terribili vniuersam phalangem in fugam verterunt. Et cæsis non minus tribus millibus, campos cadaueribus replevere. Mortuo itaque Pelopida: Thebani, Thessali, reliquique omnes, tonsis & hominibus & equis, lachrymantibus, non detractis frenis, non armis, non ligatis vulneribus, non suscitato igne, non cibo relictis: sed mæsti, squallidi, non victores, verùm vt victi, Pelopidam conclamabant. Eiusque corpus ab vniuersis Thessaliæ ciuitatibus, aureis donatum coronis, æneisque erectis statuis, tantquam eius: qui maximum tori Græciæ sui reli-

Alexander magnus.

Pelopidas mori.

quisset desiderium, honorificentissimè sepelie-
runt.



Marcellus.

MARCELLO adhuc iuvene, gran-
dis eius præcellentiz fama vndique
per orbè vagabatur. Nam cum belli-
cosus esset, & manu ac corpore po-
tens, singulari etiam certamine for-
tissimus, cæsis prouocatoribus victor semper eua-
sit: Otaciliùmque fratrem in Sicilia grandi pe-
riculo laborantem, trucidatis in eum qui acri
serebantur animo, liberauit. Et propterea coro-
nas, ac cætera huiusmodi virtutis præmia ab im-
peratoribus, ædilitatem à populo, auguratum à
sacerdotibus consequutus est. In qua ædilitate,
cum Capitolinus eius collega, homo iudax &
In summi intemperas, filij eius amore corripitur, illum-
padico- que omni conatu molestasset, conquerente pue-
nes iudi- ro, Marcellus pater senatui renunciauit facinus.
sum. Quare à senatu grandi pecunia Capitolinus mul-
ctatus est. Cum interea Iberi, post primum bellum
Punicum, conductis mercede copiis quas Gessa-
tas appellabant, Italiã inuadere tentarent, Mar-
cellus per Interreges consul creatus, ascito sibi in
collegam Cornelio, Gallis licet de pace agitanti-
bus, & inclinante senatu, populum summopere
ad bellum incitabat. Interea Briomatus Gessa-
tarum rex, ascitis in societatem Insubribus (ij
verò triginta millia erant, longèque plures ces-
sata) superatis Alpibus, in Acerras oppidum su-
per Pado, exercitum ducit: ac decem secum mil-
libus equitum assumptis, Transpadanam vndi-
que

qu
tio
qui
Ca
suo
re p
aliqu
retr
host
Que
cum
vir p
rus,
versu
terti
ge, p
verti
priso
colle
mica
pulo
auter
tum p
prop
omni
piunt
pauit
que p
trium
in Ital
classe
gentos
sit. Et
liberun
profici
legam

que regionem populatur. Marcellus de iis certior factus, relicto ad Acerras praesidio, cum reliquis, nullo intermisso itinere, in hostes circum Capidium Galliae vicum, proficiscitur: dumque suos in hostes impelleret, equus hostium clamore perterritus, retro conuertitur. Ipse ne portento aliquo sui ob id formidarent, ex industria equum retraxisse simulauit, & solem adorans, opima ex hostibus spolia Feretrio Ioui dedicare se voluit. Quem ubi Gallorum rex conspexit, praecipiti in Marcelli eum cursu equum concitauit. Erat hic eximia *vorum.* vir proceritate, multoque auro, argentoque decorus, Marcellus non minori furore in illum conuersus, hasta transfossam resupinat, ac secundo *Briomartus à* tertioque vulnere examinat. Mortuo itaque re *Marcello* *casu.* ge, paruo momento exercitus omnis in fugam vertitur. Marcellus autem parua victoria, direptisque castris, cum vniuersa praeda & spoliis ad collegam contendit. Quem Galli infeliciter dimicantem, apud Mediolanum, amplissimam populosissimamque Galliae urbem, obsederant. Hi autem cum regem suum interemptum, exercitum prostratum, & imperatorem aduersus eos properantem intelligerent, ingenti cum timore omnia relinquentes, praecipiti cursu fugam arripiunt. His fugatis, Mediolanum Marcellus occupauit: & compositis rebus, tranquilla satis vtriusque pax sequuta est. Quibus rebus soli Marcello *Mediolanum occupatum.* triumphus decretus est. Cum autem Hannibal in Italiam irrupisset, Marcellus in Siciliam cum classe missus, audita Canensi clade, mille & quingentos ex nauibus milites in urbis praesidium misit. Et collectis quos potuit, senatus decreto, ne liberum Hannibal agrum haberet, Canusium proficiscitur. Interim rursus ipse adiuncto in collegam Fabio Maximo, consul creatur, ut ipse sua

*Marcellus Roma-
norum en-
sis, Fa-
bius vero
clypeus
municipa-
tus.*

*L. Blandi-
um.*

audacia Fabij cunctationem temperaret. Et sic ipse Romanorum ensis, Fabius vero clypeus appellabatur. Atque Hannibal Fabium quidem ut præceptorem, Marcellum ut pugilem se formidare, sæpius dicere solitus erat. Hac igitur Cannensi clade elari Perit, undique palantes omnia diripiebant: quos cum sine ordine vagantes Marcellus perspiceret, in eos irruit, passimque dispergit, fugat, trucidat: inde Neapolim contendit. Audierat enim Neapolitanos, Nolanosque defectionis signa prædere. Quibus confirmatis, Nolam petit: cumque senatum à plebe dissidentem, ac Hannibali fauentem intelligeret, compositis rebus, Lucium Blandium, quem post Cannense excidium inter cadauera multis perfossim vulneribus Hannibal inueerat, atque iure hospitij sibi fecerat deditissimum, blanda oratione, multisque laudationibus, pollicitationibus, ac muneribus ab Hannibalis factione detractum, senatus P. Q. R. consiliauit, fidissimumque reddidit. Cum primum sensit Hannibal Marcellum Nolanos à se diuertisse, muris admouit exercitum. Marcellus per portas treis eruptionem faciens, primus Hannibalem docuit terga dare. Et quinque hostium millibus caesis, in castra eum compulit. Ex Romanis autem non plures quingentis occubere. Mortuo inde altero consule, ipse in demortui subrogatus est locū. Et cum ob crebra tonitrua augures minus lata pronunciasent, consulatu se abdicauit: creatusque proconsul. Nolam ad exercitum reuertitur, ac Punice factionis capita supplicio affecit Hannibalem interea contractis nouis copiis, sæpius Romanum laceſſebat. Ille quanuis minus cerrandum esse putaret, tum quia hostium pars magna prædatum contenderat, instructa acie in campum prodiit, hostes

*Hannibal ad No-
lam fuga*

ho-
no-
qu-
d-
cu-
(er-
ses-
ter-
cò-
Re-
ge-
mi-
bus-
ceb-
ger-
ret-
ope-
con-
fano-
fœd-
exe-
net-
fetu-
reg-
bem-
ror-
null-
phil-
licis-
pſere-
nera-
frage-
que-
bus-
rapie-
uerit-

hostesque petir, & atroci commissio pralio Pœnos terga dare coegit: eorumque millibus quinque trucidatis, elephantos duos occidit, ac rotidem viuos cepit. Eo tempore cùm Hieron Syracusarum tyrannus diem clausisset extremum (erat enim Romanorum socius) Carthaginenses iterum ad occupandam Siliciam animum intenderant. Tunc Marcellus tertio consul factus, eò mittitur. Et cùm Syracusas urbem recepisset, Romanorum multitudo eu supplex adit, ad genuaque procumbens, lacrymis & precibus militiae officium deprecabatur. Hi autem erant, quibus à Cannensi clade profugis, nec in Italiam licebat reuerti, donec aduersus Hannibalem belligerarent. Pro quibus cùm ad Senatum literas daret, nihil veniæ potuit exorare: nisi veller, eorum opera uti posset, dùmmodo nullū virtutis primum consequerentur. Renunciatur interea Syracusanos Hippocratis eorum ducis consilio, factis fœderibus defecisse: ad quos cùm Marcellus cum exercitu properasset, per legatos primores monet, hortaturque in fide ut persistant. Quod cùm secus factum fuisset, Hippocrate resistente qui regnum occupauerat, vndique terra marique urbem offensione aggreditur. Tum Syracusani terrore percussi, contra tantas se vires tueri posse nullatenus existimabant. Caterum Archimedis philosophi & geometræ machinamentis ac bellicis instrumentis, animum aliquantisper resumpsere instruxerat enim varia tormentorum genera, immensæ magnitudinis saxa incredibili fragore iaculãtia, ac terrestres copias exercitumque dissipantia. Nec minori etiam erant nauibus exitio propter ferreos uncas proris affixos rapietes in sublime triremes, in puppimque euercentes. Tot etiam alia erant tormentorum

Siculum bellum.

Syracusarum defestio.

Archimedis machina.

Tormentorum machina multu ab annis infestissima.

machinæ, ut nemo posset ab hisce molibus se
 tueri, tanta virorum strages nauiumque euersio
 subinde fiebat. Et quantum in eo fuit, se simul,
 ac ciuitatem inuidiam seruauit. Coactus itaque
 Marcellus ab obsidione discedere, Megarensium
 vetustissimam urbem occupauit, Hippocratis
 exercitum apud Accillas profligauit, cepit, ac su-
 pra octo hominum millia trucidauit, reliquân-
 que per Siciliam currens, à Carthaginensium fi-
 de desistere coegit. Eadem tempestate Damp-
 pus Spartanus è Syracusis soluens, in Marcelli
 potestatem deuenit. Quem cum summo deside-
 rio Syracusani redimere cuperent, sæpius cum
 Marcello sub muris colloquia habuere. Ille per-
 specta turri non accuratè obseruata, eam noctu
 occupauit, ac murum armatis compleuit mili-
 tibus. Atque illucescente die, fracto Hexapulo,
 clangentibus tubis, ac territis ex insperato, dis-
 sipatisque passim ciuibus, urbem cepit. Quam ex
 superioribus locis cum magnificam splendidam-
 que conspiceret, & tantæ urbis gloriam paruo
 momento extinguì conspicaretur, continere se
 non potuit, quin tanto etiam in rerum successu
 compatiens more lachrymas emitteret. De-
 mum, licet inuitis militibus diripiendam con-
 celsit: ingenuis tamen corporibus ab omni vio-
 latione & seruitute prorsus illæsis. Præcipuus ta-
 men etiam dolor occupauit, ex Archimedis in-
 teritu, quem summo desiderio viuum videre cu-
 piuerat: quòd tanta ei fuerat ingenij magnitudo,
 ut per Geometriæ Philosophiæque secreta, va-
 ria missilium ac tormentorum genera excogita-
 ret, quibus immensæ magnitudinis saxa, signa-
 ra Archi que incredibili fragore celeritatèque aduersus
 medes in terrestres maritimasque copias eiaculari posset.
 uenerat. Per quæ maximo etiam fuit terrore Marcello.

Quare

*Syracusa
capta:*

*Archi-
medis
mors.*

*Varia
missilium
globulo-
rum gene-
ra Archi-
medes in
uenerat.*

Q
 in
 aff
 R
 et
 Na
 to
 vt
 au
 po
 ser
 ciu
 acc
 tra
 me
 dig
 lig
 uar
 me
 ron
 Ma
 rac
 Ro
 reb
 rac
 liq
 ties
 cer
 cor
 Ca
 Ha
 plu
 par
 cre
 is T
 nib

Quare ob tam diuinum ingenium, virtutemque inauditam, eius quoque necessarios honoribus affecit: primusque ostendit Græcis, præter id quod Romani fortes, strenui, terribilesque haberentur, etiam iustitia & comitate plurimum pollere. Nam & captas ciuitates, & priuatos quoscunque tot beneficiis tantaque comitate profecutus est, ut si quid aduersus Athenienses, Megarenses, aut Syracusanos actum extiterit, id sua ipsorum potius culpa, quam inferentium esse actum censeretur: subacta igitur & direpta Syracusarum ciuitate, cum Marcellus ad domesticum bellum accerferetur, pulcherrima ex Syracusis signa detraxit: ut in triumpho spectaculo, ac vrbi ornameto essent: nondum enim in eam sculpturæ dignitas penetrauerat: tamen ob inuidorum malignitatem cum ei triumphus denegaretur, ouans in curru, non clangentibus tubis, verum modulantibus tibiis, myrtheamque gestans coronam, urbem ingressus est. Cum autem quarto Marcellus consul crearetur, ab inimicis eius Syracusani subornati, de eo questum vociferatumque Romam venerunt. Et multis hincinde agitatis rebus, patrum tandem decreto victor euasit. Syracusani autem ad eius genua prostrati, pro reliqua ciuitate veniam petentes, decreuere, quoties Marcello aut posteris eius in Siciliam transire contingeret, obuiam ei ut Syracusani irent coronati, diisque sacra facerent. Inde cum post Hannibalem cladem nemo Romanorum cum pluribus eum eo præliis congressus, semper aut par, aut etiam superior fuit. Demum proconsul creatus cum Fabio Maximo dictatore, statuit, ut is Tarentinos adoriretur, ipse autem cum Hannibalem consereret, ne illis esse auxilio posset. Sic-

*Sculptura
vixi
Romæ nō
antea.*

que Canusium contendens, Pœnum septennero castra permutare, pugnamque detrectare coegit. Denique cum quadam militum mutatione

*Marcelli
de Hanni-
bale vi
Floria.*

Marcelli turbarentur ordines, Pœnus ad duo millia & septingentos Romanorum trucidauit. Postero autem die sublata rubicunda tunica, in prælij signum, habitaque ad milites concione, in campum descendit: ac præstanti animo pugnans, post ancipitem victoriam Pœnos vsque in castra profligauit, ac eorum ad octo millia cecidit. Romanorum autem ad tria millia desiderata sunt, reliqui ferè omnes saucij fuere. Deinde cum quintò consul crearetur Marcellus, placatis Etrurix ciuitatibus, quæ ad defectionem inclinare videbantur, nihil sibi potius animo fuit, quàm cum Hannibale collatis signis, ferro semel decernere. Quem vbi inter Bantiam & Venusium confidentem offendisset, sæpius ad prælium prouocauit. Ille pugnam detrectans, cum sensisset collegam Marcellumque copiarum partes ad Zephyrios, Locros, ac Petiliã misisse, locatis sub quodam tumulo insidiis, ad ducentos & quinquaginta oppressit. Quamobrem Marcellus & ira & indignatione fletens, propius castra mouit. Surgebat inter duos castra tumulus syluis horridus, riuis irriguus, & accliuvs utrinque speculari. Hunc ratus Hannibal locum esse insidiis quàm castris commodiorem, per sylvas latebrasque insidias disposuit: existimans ob loci commoditatem Romanos eò esse peruenturos. Marcellus fraudes timens, priusquam locum specularetur, sumpto vate immolauit. Et quantum lætum nihil appareret, tamen tumulum esse explorandum censuit: assumptoque collega Crispino, & filio militum tribuno, cum equitibus ducentis & viginti locum ascendit. Cumque per specula-

*Fatalis
immola-
tio.*

spe
pa
br
c
tes
co
ha
liu
pu
con
bus
sup
ten
& r
ri i
din
int

M

dio
in
quo
pro
tra
Nec
vi p
vict
niba
raru
frui

speculatorem insidentes Poeni Marcellum cum paucis a iuventute intellexissent, eruptione è latere undique facta, Romanos inuadunt, simul ac circumfusi iaculantur, eosque feriunt, ac fugientes insecantur. Crispinus duobus ictus iaculis, conuerso profugit equo Marcellus lata trāsfixus hasta, diem obiit: circiter quadraginta caesi. Filium telo saucium cum reliquis ad castra compulere. Hannibal autem Marcelli morte audita, continuò eò aduolauit: & cadaver, formam, robur, animúmque contemplatus, non lætitiæ, non superbiæ signum dedit, verùm necis indignitatem admiratus, corpus igni honorificè mandari, & reliquias argentea impostas, urna, filio deferri iussit. Sicque Marcellus, qui nec vi, nec formidine, nec assiduis opprimi potuit, fraude Punica interemptus est.

*Marcelli
mors.*

*Cadaver
igni da-
tur.*

C O M P A R A T I O .

Pelopidæ cum Marcello.

Natura & moribus sanè quam æquales fuerunt: uterque nimirum fortis, impiger, acer, magnòque præditus animo. In eo differunt, quos Marcellus victor percussit gladio. Pelopidas nullum unquam victor interfecit, neque in seruitutem redegit vrbes. Magnū est & mirabile quod Gallorum tantas copias Marcellus parua manu prostigauit, quòdque hostium ipse ducem occidit. Contra Pelopidas à tyranno præsentis interijt tandem. Nec ullum extat Marcelli facinus insidiis adiutum, ut pleraque Pelopidæ gesta. At Sparanos à Pelopida victor ad LeuStra & Tegyras constans est fama. Annibalem iustò prælio nunquam fuisse à Marcello superatum scribit Polybius. Quamquam maxima laude fruunt Marcellus, quod formidabilem illum & antea

inuitum Annibalem toties aggressus sit: & Romanis pugnare non fugere decuerit. In bello Epaminundam rerum bene gestarum & laudum socium habuit Pelopidas: at Marcellus gloriam fortitudine partem solus obtinuit. Nam & solus Syracusis potitus est, & sine collega Gallos fudit, & Annibali non modo a nemine adiutus, sed & omnibus dehorrantibus se obiciens, mutata belli gerendi forma primus audendi dux fuit. Quod ad indignum vita viriusque exitum, Pelopidam venia dignum facit ira, quae eum praelytoreporevis tyrano, ad iustam vindictam instamavit. Nam ducis summa laus est, ut vel saluum vincat, vel virtute vitam finiens occubat: sic enim non passus aliquid, sed egisse moriendo existimatur. Praeterea in morte ranni finem victoriae positum cernens, haud absurde omnino impetui animi est obsecutus: non facile enim erat aliquam aliam rem praecellaram aggredi, cuius tam honestus esset, & gloriosus scopus. Sed Marcellus, quinque consulatibus, tribus triumphis clarus, neque magna incumbente necessitate, incōsiderate in periculum sese precipitans, non ducis, sed praecursoris aut exploratoris modo interit. Neque haec sunt accipienda pro quadam aduersus viros istas obiteratione, sed ut indignatio quaedam & libera de ipsis apud ipsosmet & ipsorum fortitudinem querela. Post mortem, Pelopidas a sociis pro quibus vitam profuderat, Marcellus ab iis, a quibus erat necatus, hostibus est sepultus. Quarum ut alterum expectandum est, & beatum putatur: ita praestantius quiddam & maius est admirationem sui in animis hostium virtutis eius, quae eum sepe detrimento fuerit, quam apud amicos gratiarum actionem excitare quippe in illo honestati tantum honor delatus apparet: in hoc utilitas & commodum magis quam virtus amatur.

Hannibal



Hannibal.

HANNIBALIS genus haud ex- *non*
 stimo reperendū: quoniā Hamilcar
 patre cognomēto Barcha, satis eum
 Carthagini natum fuisse constat.
 Cuius gesta, nisi perstringere volue-
 ro, & me scribentem, & lectorem, longiore pro-
 fectō oratione conficiat. Erat enim nouem am-
 norum Hannibal, quum à patre (fuerat enim *Hanniba*
 à Carthaginensibus Hamilcar imperator crea- *lis iura-*
 tus in Hispaniam) persuasus, iurando afir- *mentum*
 mauit prius vitam se, quā in Romanos odium *in Roma-*
 inimicitiamque depositurum. Et sic cum patre *nos.*
 in Hispaniam contendens, sub eo cœpit bellica
 artibus erudiri. Anno nono pater aduersus Ve-
 theones præstantissimè pugnans, interiit. Huic
 Hasdrubalem eius generum in imperio Cartha-
 ginenses suffecere. Qui octo ferme annis impe-
 rium obtinuit. Is Hannibalem in Hispaniam fa-
 ctione Barchina fauente vocauit, vt firmiore æ-
 tate dum esset, vigiliis, laboribus, & militaribus
 studiis assuesceret. sub Hasdrubale itaque trien-
 nio meruit. Quo tempore tanta solertia, consi-
 lio & industria, non solūm strenuo milite, sed
 imperatore digna quoque munia obiuit, adeo vt
 facitē sibi totius exercitus fauorem conciliaret:
 eum omnia quæ futuro expetenda erant duci,
 Hannibali abundè suppeterent. Mortuo itaque
 Hasdrubale, magno militum consensu impera-
 tor appellatus, & ab vniuerso Carthaginensi po-
 pulo itidem confirmatus est. Erat enim annorum
 sex & viginti, quum suscepit imperium. Ei iu-
 ramenti memor, nec inimiciarum oblitus ad-

*Prima
Hannibala
gesta.*

uersus Romanos, haud differendum diutius bellum arbitrabatur, quod animo conceperat. Versabatur utique in oculis paterni odij in Romanos imago, animúmque urgebat, ut ad inuadendam Italiam vires intenderet. Quare tum primum Olcidas, dein Vacceos populos, post hos Hermandicam Arbocolámque vrbes subegit, cumque ex his populis, & ex Carpentanis circiter centum millia in Pœnum coniurassent, eúmque prope Tragum flumen inuasissent, eos multa edita cæde mirabiliter profligauit. Parta igitur hac victoria, Hannibal cunctos trans Iberum populos, ad deditionem coegit. Soli itaque Saguntini Romanorum socij restabant à tot bellis intacti. Contra quos Hannibal parua interiecta mora, belli vim omnem apertè transiulit. Centum enim & quinquaginta armatorum millia in castris habere ferebatur, quibus Saguntum omni bellico apparatu obsedit. Et tandem octauo mense, quum à Romanis nullum adueniret praesidium, illud crudeliter expugnauit. Sequuta igitur Saguntina clade, reliquæ ciuitates quauis Punicæ imperij radio affectæ, deditionem tamen fecerunt, Itaque Hannibal pe-

*Hannibali in Italia
in Italia, irumpere intendens, Africam
primum praesidio mille & ducentorum equitum
ac peditum tredecim millium muniit: Hasdrubalemque fratrem Hispaniæ praefecit cum quin-
quaginta nauium classe, equitum duobus mil-
libus, peditum verò millium duodecim. Ea nan-
que tempestate longè lateque Carthaginensium
patebant vires. Quippe Africam omnem, quæ
nostro abluitur mari, possidebant: nempe ab a-
ris Phyxiorum, à magna Syrti non longè di-
stantibus, vsquo ad Herculis columnas. Omnem
etiam propè Hispaniam vsque ad Pyrenæos mō-
tes di-*

ditionem tamen fecerunt, Itaque Hannibal pe-
nitus in Italiam, irumpere intendens, Africam
primum praesidio mille & ducentorum equitum
ac peditum tredecim millium muniit: Hasdrubalemque fratrem Hispaniæ praefecit cum quin-
quaginta nauium classe, equitum duobus mil-
libus, peditum verò millium duodecim. Ea nan-
que tempestate longè lateque Carthaginensium
patebant vires. Quippe Africam omnem, quæ
nostro abluitur mari, possidebant: nempe ab a-
ris Phyxiorum, à magna Syrti non longè di-
stantibus, vsquo ad Herculis columnas. Omnem
etiam propè Hispaniam vsque ad Pyrenæos mō-
tes di-

tes d
con
gnat
cit
die
Car
tran
que
hom
num
aspe
pe ig
dum
dit,
parte
dece
rat,
habu
diu
Rom
conf
Tito
rium
se in
quan
fortu
nelin
tas in
Pœn
lio,
Se in
dispo
hoste
nius
prius
feruic

res ditione tenebant. Hannibal igitur rebus sic constitutis, cōcioneq; aduocata, cum rerum magnate spe, tum Italiae fertilitate, tū multis sollicitationibus militum animos vehementer accendit. Et sequenti die à noua exercitum mouens Carthagine, ac ferro sibi iter aperiens, Pyrenæos transit saltus, & ad Alpes perueniens, tot tantaque incommodo perperis est, ut præter triginta hominum millia, maximum quoque iumentorū numerum amiserit, ac aduersus angustias tamen asperitatesque viarum impigrè contendit. Quip- *igne & aceto putrefactis saxis, iter sibi aperic-*
duum fuit. Superatis Alpibus in Taurinos descen- *dit,* deinde in agrum Insubrium, cum maiore *liora facta.*
 parte septuaginta peditum millium, & equitum decem millium, cum quibus ex Hispania mouerat, P. Cornelium Scipionem consulem obuiam habuit, cum quo congressus, post parem aliquandiu pugnam ad extremum vulnerato consule, Romanos pedem referre coegit. Postera nocte *Scipio vulneratur.*
 consul traiecto Pado cum omni exercitu, cum Tito Sempronio Longo, altero consule, imperium communicauit. Quos ubi Hannibal vnà esse intellexit, ad flumen Trebiam consedit: ut si quam fors dimicandi occasionem ostenderet, fortunæ muneribus uti posset. Nōdum erat Cornelius è vulnere confirmatus, & hyemis asperitas imminebat, quum Sempronius omnino cum Pæno decernere constituit. Repugnante Cornelio, contradicentēque, Pænus per exploratores Sempronij consilio cognito, Magonem in insidiis disponit, ipse instructa acie Numidis imperat, ut hostes ad pugnam prouocent. At cum Sempronius præclari alicuius edendi facinoris cupidus, priusquam collega conualesceret, cum hoste cōferuit. Feruebat utrinque ira, atrōxq; et at pugna:

*Altera Romano-
rū fuga.
Hanniba-
lis victo-
ria.* tandem Magone ex insidiis erumpente, Romani in fugam versi sunt. Quos cum Pœnus persequeretur, ex maiori parte trucidauit. Itaq; victor cū-cto ferro igneq; corripies, multis captis oppidis, ingentem incolarum multitudinem paruis præliis profligauit. Postea per Ligures superato Appennino in Ethruriam descendit. Et quia per eos Arnus longè excresecens, omnia inundauerat, vitare non potuit Pœnus, quin maximam & hominum & iumentorum iacturam faceret. Ipse etiam elephanto insidens (vnicus tantum ex tot euaserat) tantisque laboribus, vigiliis, & tempestatibus affectus, ita oculorum aegritudine affligatus est, vt in posterum oculo nõ sit vsus, Succedente interea C. Flaminio nouo consule, Sempromius exercitum reliquit. Flaminius non salutato senatu, sed agrè ferente, collega Serulio nõ præmonito ab vrbe ad suscipiendum discessit exercitum: quo recepto Arctium se contulit. Hannibal hunc ratus posse ad pugnam allicere, per Fesulanum agrum iter faciens, perque Arctinum, omnia populabatur, atque igne vastabat.

Trafmenus lacus Inde ad Thrasimenum lacum perueniens, contemplatus loci situm, dispositus per opportuna loca insidiis, in planiciem descendit, existimans omnino consulem sequuturum. Flaminius autem agrè ferens sociorū ædificia dirui, non expectato collega, citato agmine hostem insecatur: incõsultè tamen, nec exploratis locis, verum temere, vt homo erat audax nimium & inconsultus. Tandem superato Thrasimeno salu, in patentiore campum exercitum duxit. Hãnibal signo dato, Romanos vndique grandi impetu aggreditur. Ex insidiis erumpunt Pœni, instant fronte, à lateribus, à tergo. Romani sine vilo ordine conglobati, tumultuarie, pugnant: erum interse-

æo
con
Har
po
mio
exco
Qu
cæd
tus
mag
Flan
Qui
ab h
hæc
oppi
vasta
Mar
P. Q
post
Min
to H
tus, n
men
mico
ciens
manu
fidias
nium
teneb
re, in
quom
gr im
pericu
exercu
Casti
positis

to consule, in fugam versi sunt. Cecidère eo in *Romanorum clades.*
 confictu ad quindecim millia Romanorum. Hannibal vt ad liberalitatis suæ clementiam
 Hannibal vt ad liberalitatis suæ clementiam multos ex Ital cis sine præ-
 mio dimisit, multos honoribus muneribusque excoluit: quod præter ingenium tamen fecerat.
 Quoniam immanis & ferus non nisi ad bella, ad cædes, ad insidias, ad prodiones hostiles inten-
 tus erat: crudelissimus quippe, & fallendi arte magister, Seruilius autem re nondum audita, ad
 Flaminium equitum quatuor millia mittebat. Qui dum per Umbriam iter facerent, intercepti
 ab hostibus, ad Hannibalem deducti sunt. Post hæc Hannibal Spoletum contendit, quod cum
 oppidanorum concursu strenuè defenderetur, vastatis agris, incensisque ædificiis, per Picentes,
 Marsos, Pelignosque in Apuliam se transfudit, *S. Fabius Maximus dictator.*
 P. Qu. R. hæc accepta clade, Fabium, cui Maximo postea cognomen fuit, dictatorem creauit ipse
 Minutium equitum magistrum dixit. Et cognito Hannibalis itinere eum ad Arpos vsque secta-
 tus, non longè à Punicis castris confedit: hoc tamen consilio, vt cunctando, non bellando, ini-
 micorum vires attereret. Hannibal hoc perspicuens, crebris stationibus castra mutabat, vt Ro-
 manum aut prouocaret ad prælium, aut per insidias falleret. sicq; superato Apennino, in Sam-
 nium descendit. Et quoniam desiderio grandi tenebatur Capuæ potiundæ, accepto explorato-
 re, in agrum Casinatem duci imperat. Verùm quum fortasse nominis similitudine dux in a-
 grum Casilinum Hannibalem duxisset (cognito periculo, Pænus itineris exploratorè crudeliter
 excruciauit.) Erat enim hic locus Gallicano & Casilino montibus vndique septus, per quos dis-
 positis præsidii Fabius hostem obsederat. Hæc ne-

*Hannibal
astu-
tia.*

animaduversa, Hannibal operæ precium sibi fore existimauit, ab iis se locis expedire, priusquam inopia commeatus, vel turpi fuga sibi esset consulendum. Itaque facto vespere, sarmentorum fasciculos ab bouum cornua alligari iussit, ac ad certum tempus accendi eorumque complures ita palantes ad montium iuga agitari. Habebat enim bouum in castris ad millia duo. Agitatis beluis, ipse paulatim cum copiis sublequebatur. Romani noua hac re percussi, timentesque Pœni insidias, siltus quos præsidis obseruabant, deseruere. Et sic Hannibal superatis iugis, in agrum Albanum exercitum reduxit. Deinde in Apuliam conuersus, Glereno oppido opulento positus, ibi hyberna constituit. Dictator autem hūc subsequutus, in agro Lariate confedit. Et cum Romam accerferetur reip. causa, M. Minutium equitum magistrum monuit, ne se absente cum hoste dimicaret. Hic ut animo proposuerat, occasione oblata, quoniam frumentatum hostem pertexisse sciebat palātem per agros turbam inuadit, multos trucidat, reliquos ad castra turpiter compellit. Hac re bene gesta, senatus, veluti per ignauiam Fabius pugnam subterfugeret. Minutium cū dictatore pari imperio esse decreuit. Eorum nihil Fabius ægrè ferens, nisi reip. causa quantum Romanis Minutij dignitas constaret æstimans, cum collega copias diuidit. Minutius autem elatior factus, dum arroganter hostem prouocat, in acie expeditus, ita ab hoste in insidias ducitur, ut nisi Fabius occurrisset, fuisset ab hostibus turpiter cum exercitu trucidatus: quare Hannibalem ferunt in castro redeuntem militibus dixisse. A se fuisse Minutium, à Fabio autem se superatum Creatis nouis Coss. L. Paulo Amylio, & C. Terentio Varrone, Hannibal com-
meatus

*Minutij
arrogan-
tia.*

mentus inopia, à Glereno ad Cannas exercitum ducit: quem consules ita propè insequuti sunt, ut Aufidus duntaxat annis castra disimeret. Paulus autem bellum producendum censebat. Terentius verò acie dimicandum: quare cum dies ei administrandi imperij obuenisset (alternis enim vicibus imperabant) orta luce, transgresso Aufido, inconsulto collega, imò verò etiam repugnante, dimicandi insignum dedit. Quibus confidentibus victoria Pœorum sequuta est, caeloque Amylio, ac Terentio fugato, ad quinquaginta peditum milia, equitum ad decem milia, supra septingentos verò equites in acie ex Romanis ceciderunt: capta verò ad decem milia sunt. Reliqui turpiter profligati, Canusium se contulerunt. Fuit ista nanque tanta strages, ut aureos annulos è neutorum manibus extractos, vnius, vel (ut aliis placet) trium modiorum mensuram implese, memoriæ proditum sit. Quae renunciata clade, etsi ingens luctus necessitiaque urbem occuparet, non territi tamen Romani, non percussi, verum retenta senatus tanti dignitate, ad reparandos exercitus vehementius intenderunt. Hannibal verò tanta superbus victoria, velut nihil amplius Romanos penderet, militum suorum quieti indulgendum esse existimavit. Et sic tantum dedit victis respirandi spatium, ut serò cunctationis eum tanta pœniuisse, atque Marthabali non cecidisse ferant, qui Romam belli caput petendam dicebat. Fertur item à multis Hannibali & serò obiectum fuisse, Vincere scis Hannibal, uti victoria nescis. Tanti fuit tamen hæc victoria momenti, ut Attellanos, Calatinos, Samnites, Brutios, multosque alios Italiae populos, ad Capuam florentissimam illam ciuitatem, ad defectionem compulerit. In qua urbe dum magnifi-

Romanorum clades Cannensis.

Quæ Hannibali serò obijcerentur.

*Hannibal
periclitatur.*

*Hospitē
esse tutū
honestū
est.*

*Falices
successus
deterio-
res sperium
sequuntur*

centissimè Hannibal exciperetur, & ad Pacuuij domum, exultatione & potentia ciuitatis facile principis duceretur, paulū absuit quin mortis discrimen adiret. Habebat quidē Pacuuius filium Romanorum studia subsequētem, quem licet Hannibal pater conciliasset, tamen dum summa conuiuium lætitia celebraretur, filius patrem in interiore aedium partem abducit, monet, hortatur, rogatque vt amissam ob defectionē populi Romani gratiam, insigni aliquo beneficio redimere velit, ac Hannibalē patriæ suæ, totiusq; Italix inimicū, de medio se tollere sinat. Pater animi magnitudine filij stupefactus, illum complexus, magnis precibus & lachrymis exorauit, vt hospitem tutum esse permitteret, itaque Hannibal qui per tot tantāque pericula ab Oceano Hispaniæ, vltimisq; oris euaserat, ferè inter epulas necatus est. Posthæc cum Pænus spe oblata potiundi oppidi. Nolam concessisset, Marcellus proditoris nidorem olfaciens, eò clam cum exercitus parte peruenit, ac hostem noctu, mœnibus succedentem, eruptione à tribus facta portis cum magna cæde ad castra vsque fugauit. Itaque primus Hannibalem vinci posse docuit. A Nola digrediens Pænus, Acerras subito impetu petit, ac oppidum diripit. Ad hæc vsque tempora Hannibal prospera fuerat vsus fortuna: cæpit verò inde varios euentus conditionē ue fortiri. Nam apud Cumas à Sempronio Graccho cum maxima Pænorum cæde, coactus est obsidionem relinquere. Paulò post apud Nolam iusta acie, à Marcello magnam accepit plagam, quippe ex Pænis ultra sex millia desiderata sunt. Quare à Nolana oppugnatione repulsus, in Apuliam militem ad hyberna deduxit. Nouo autem vere cum Nolam reuertente-

uertretur, ita à Marcello reiectus est, ut si equi-
 res ex aduerso (veluti sibi à consule fuerat im-
 peratum) irrupissent, calamitosa illo die fuisset
 ea Carthaginensibus pugna. Hannibal magno cū
 detrimento ad castra rediens, paulò post Taren-
 tum per prodicionem occupauit. Arce tamen à
 Romanis reuenta, quæ tribus ferè partibus mari
 abluebatur, quarta ita muro fossaque munieba-
 tur, ut parum uiderentur obsidionem formida-
 re. Hannibal ubi per vim arce nusquam potitu-
 rus erat, obsidione facta, Capuam contendit:
 quam Romani consules excursionibus, igne, bel-
 loque premebant. Subinde in Lucinos conuersus
 M. Centenium profligauit: quo interempto, ex
 reliquis pauci euaserunt. Postque in Apuliâ pro-
 ficiscens, dispositis insidiis, Fuluium præto-
 rem cum omni exercitu sustulit. Ex XX. enim milli-
 bus vix ad duo millia euasere. Interea Coss. ex
 Hannibalis recessu occasionem naçti, Capuam
 obsederunt. Quo cognito, Pænus in Campaniam
 aduolans, terribili impetu Romanorum castra
 inuadit. Campanis prius monitis, ut eodem tem-
 pore in hostes fortiter erumpant, consulum par-
 tito exercitu, alter Pæno obuiam progreditur,
 alter Campanos in mœnia compellit. Hannibal
 autem, ubi præliis, insidiis, & arte nulla consules
 ab obsidione auertere potest, magno silentio Vul-
 turnum transit, ac per agrum Sidicinum, Alifanum,
 & Cassinatem iter faciens, tanquam extre-
 mam iacturus aleam, infestis signis Romam pe-
 tit. Nec prius ab itinere destitit, quàm ad Anie-
 nem fluuium castra posuisset. Postero autem die
 cum militum duobus millibus ita vrbi se admo-
 uit, ut vrbis magnitudinem ociose sit contem-
 platus. Arbitrabatur enim, aut consules ab obsi-
 dione Capuæ auertere, aut vrbe[m] ad vltimum

*Capua
obsessa.*

*Hannibal
Romam
venit.*

reducere discrimen. Romani, tamen si in vrbe vehementius fuerit trepidatum, tamen indignitatem ferre minimè potuerunt, & impetu facto facile hostem loco submouere. Postera die Pœnus in aciem omnibus expeditis copiis, veluti pro orbis imperio dimicaturus, ad certamen hostes prouocare sonabatur. At tum ciues reiecto timore summâque alacritate nullum pro libertate recusaturo periculum, in campum progrediuntur. Sed dum parati pro acie starent, tantus subito imber superuenit, vt cogeretur militum se quisque in castra reducere. Proximo die, cum rursus vtrique in aciem exirent, tanta tempestas exorta est, vt dimicationis oblitus vix potuerunt procellarum asperitatem euitare. Ferunt isdem diebus auctione in vrbe facta, agrum in quo confidebat Hannibal, licitantium calliditate maiore, quàm par fuerat, precio fuisse venditum. Quâ obrem indignatione succensus Hannibal, argentarias Romanorum officinas, per præconem etiam venire iussit. Ad suosque exclamasse ferunt, modò sibi mentem potiundæ vrbis, modò facultatem non dari. Quare aut commeatus inopia, aut quia maximæ moliserat Romanam euertere gentem, castra mouens, in Brutios Lucanosque profectus est. Quam obrem Campani spe omni à Pœno fraudati, urbem Romanis dediderunt. Huius quidem ciuitatis deditio multarum aliarum animos ad defectionem allexit. Ex quibus & Salapia vna fuit, in qua nonnulli restantur Hannibalem cuiusdam puellæ desiderio flagrasse. Amissa Salapia, Pœnus per exploratores cognouit, Fuluium Herdoneam urbem in Apulia obsidentem, v giliarum munia segniter obire. Quare omni celeritate cum expeditis copiis Herdoneam venit. Et Fuluium nil tale opinan-

Mens facultras datur.

Capua dedicio.

tem

tem, impetu subito aggreditur. Romani strenuè
 impetum sustinentes pugnam diu protraxerunt:
 tandem, veluti præterito biennio circa eadem
 loca, duce alio Fulvio, sic & huius Fulvij procon-
 sulis ductu, eo occiso, victi fugatique fuere. In-
 terea qua arte Tarentum Hannibal cepit, eadē
 à Fabio receptum est, dicente Hannibale: Ro-
 mani etiam suum habent Hannibalem. sequenti
 autē anno Marcellus & Crispinus consules crea-
 ti, aduersus Pœnam copias duxerunt. Qui dum
 videret illos maximis duobus exercitibus muni-
 tos, arbitratus est, quos vi capere non posset, frau-
 de & insidiis fallendos esse. Cui fortuna occasio-
 nem bene gerendæ rei obtulit. Erat enim inter
 duo castra tumulus quidam sylvis & latebris ful-
 rus, in quibus Hannibali iussu Numidarum tur-
 mæ latebant, ut palantes Romanos interciperēt,
 Ad hunc locum cum vterque consul cū Marcelli
 filio explorandorum hostiū gratia se contulisset,
 Numidæ eruptione facta, Romanos vndiq. telis
 petūt. Marcellus dum strenuè pugnat, occiditur.
 Alter consul duobus affectus vulneribus, vix ho-
 stium manus effugit. Hannibal audita Marcelli
 morte extemplo illuc aduolat. Et contemplato
 Marcelli corpore virtute ac præstantia insigni,
 non passus est tã magnanimū ducem honore aut
 sepultura carere. Eius annulo potitus, adulteri-
 nas literas ad Salapianos dedit, significans Mar-
 celli nomine eò postera nocte se peruenturum.
 Hos paulò antè Crispinus monuerat, & propter
 ea per excubias hostē accuratissimè obseruabant. *Adulter-
 rinae literæ*
 Et cum ad quartam vigiliam Pœnus applicuisset, *re exci-
 tatus* circiter sexcentos introduxerunt, clausisq. portis *diū suis*
 omnes trucidauere. Interea nouis creatis consu-
 libus, M. Liuius & Claudio Nerone, ac partitis in-
 ter se copiis, Claudius in Hannibalem, Liuius in *run-
 tum*.

*Hannibal
 de Fa-
 bio testi-
 monium.*

Insidia.

*Marcelli
 cades.*

*Adulter-
 rinae literæ
 exci-
 tatus
 diū suis
 auctori-
 bus affe-
 runt.*

Hastribalis Galliam contendit aduersus *Hastribalem*, ex Hispania maximo cum exercitu uenientem, ut fratri se coniungeret. Confixerat per ea tempora pluries cum *Hannibale Claudio*, cum magna hostium caede: atque literas interceperat, *Hannibalem* significantes proximè fratri se coniuncturum. Quare consilium cepit, illum prius adoriri, quàm ad fratrem se conferret. Et sic commisso legati diligentè exercitu, ipse cum copiarum parte magnis itineribus Picenum obsequitans, sexto die Senam peruenit: iunctisque cum collega copiis, ambo ad Metaurum fluuium, cum *Hastribale* confixerunt. Quo profligato, & interempto, ad quinquaginta sex hostium millia caesa sunt. Hac potitus victoria *Nero*, non tam celeriter Senam peruenit, quàm celerius reuersus, castra sua repetens, *Hastribalis* caput pone hostium stationem poni iussit: dimissis captiuis, qui tantæ cladis nunciū *Hannibali* referrent. Fuerat enim eorū omnium ignarus *Hannibal*, qui quantum publico priuatòque vulnere perculsus esset, collectis tamen undique ex Italia copiis inuictum robur animūque seruauit. Et nisi *S. P. Qu. R. Publium Cornelium Scipionem* in Africam misissent, proculdubiò Pœnum ab Italia auertere non potuissent. Quapropter à *Carthaginensibus* in Africam accessit, ex Italia decedens, post sextum & decimum annum prospera nauigatione *Lepsim* tenuit: & in terram expositis copiis prius *Ardumentum*, deinde *Zomam* se contulit, cognitòque quo in statu res *Carthaginensium* essent, conducibilius senatus suo fore ratus est, pacis quàm belli consilium capere. Quare obienta à *Scipione* colloqui commoditate, conuenerunt vna duo fortissimi duces, qui post longam orationem robus infectis discessere. Tandem paucis interie-

his diebus, apud Zamam praelium commissum *Celebris*
 fuit asperrium ac memorabile, in quo Romani *pugna.*
 victores ad viginti hostium millia trucidarunt, totidemque cepere. Hannibal ipse ad ultimum è media caede cum paucis effugiens, in spem *Hannibalis fuga,*
 nullam prolabente patria amplius in armis ponendam esse perspiceret, in Asiam profectus, ad Antiochum peruenit: à quo magnificè susceptus, & in publicis pariterque priuatis consiliis adhibitus est. In qua quidem dignitate tantam sibi confluxit inuidiam, vt paulò post purpuratorum regis opera, à regio penitus consilio excluderetur. Sunt etiam qui dicant, ea tempestate legatos fuisse à senatu ad Antiochum destinatos, ex quibus P. Africanum quoque vnum fuisse asseuerant. Qui inter alia ab Hannibale petuisse dicitur. Quem maximum omnium imperatorum esse putaret? Respondente Pæno, Alexandrum Macedonem primum esse. Pyrrhum illi addendum, seipsum post hos collocandum esse: subridens Africanus, inquit: Si me vicisses, quid censes Hannibal? istorum omnium, respondit, iure, meritiòque primus essem. Gaudius est Scipio, quia si ipse incomparabilis relinqueretur. Hannibal autem cum regia se penitus gratia videret excludi, seu quòd à Romanorum legatis veluti perpetuus hostis exagitaretur, in Cretam aufugit. Vbi cum hominum dignosceret avaritiam, quia magnam secum auri vim attulerat, hoc pacto eorum effugit perfidiam. Finxit enim thesaurum suum apud eos esse depositurum, atque ideo amphoras aurato desuper, plumbo plenas, in Dianæ templo custodiendas collocauit. Item postea statuas aneas quas domi habebat, auro argentiòque repleuit, & cum per domum illas tantam obsoletas teneret, in recessu suis nauibus


Alexander macedo imperatorum maximus iudicatus Hannibalis de Scipione resistimonia,

*Prusia
contra
Eumenē
bellum.*

*Pulchra
Hanni-
bali cal-
liditas.*

*Hanniba-
li foris
invenit.*

imposuit, & ad Prusiam Bithuniz regem soluit. à quo humanissime susceptas & in bello quod adversus Eumenem Pergamenorum regem Romanorum socium gerebat, classis præpositus est. Ipse autem multas amphoras viuis serpentibus expleri, ac in turrem suas deferri iussit: quos, dum in conflictu essent, in saues sociorum Eumenis pronici fecit. Quibus impliciti hostes, & re nova percussis, in fugam se vertebant. Ea tempestate cum Titus Flaminius à senatu ad Prusiam regem missus esset, pro componendis cum Eumene rebus, egregie ferens Hannibalem nomini Romano libique inimicissimum (caderat enim Hannibal iterumque ad Trasimenum Flaminij patrem) adhuc superesse, petiit illum sibi dari. Regem verò hominem prodere pudebat, negare tamen ausus non est. Tandem igitur missi milites, domum vadique circumdederunt. Cum verò Hannibal omnes domas aditus à satellitibus præsensisset observari, nullam evadendi spe relictam: Soluamus, inquit, omni cura Romanum populum & assumpto veneno, ad similes casus præparato, fortissimus vir, inque rebus bellicis vehementer excelsus, anno LXX. vitæ suæ diem clausit extremum. Corpus autem apud Lybiā lapi-meritum. deo in tumulo collocatum fuisse ferunt.



Scipio Africanus.

*Vnde sit
Africa-
nus ap-
pellatus.*



CIPIONI Cornelio, qui à domina Africa dictus est Africanus, pater fuit P. Scipio vir patricij ex nobilissima Corneliorum familia, cum quo Hannibal primum in Italia si-

gna contulit, Scipio filius à pueritia magnæ ex-
 pectationis spem præ se ferens, cum sub patris
 auspicio disciplinis militaribus erudiretur, adeo
 equitando, vigilando, omniaque militaria mu-
 nia præferendo emicuit, vt præter animi & inge-
 nij laudem, gratiam apud omnes simul & ad-
 mirationem sit adeptus. Maximèque eum in pu-
 gna ad Ticinum annem patrem sauciam, & ab
 hostibus propè circumuentum, ab eo adhuc ado-
 lescens seruatum fuisse, proditum sit. Declara-
 uit etiam Scipio virtutis & animi sui celsitudi-
 nem, cum post Cannensem cladem plerisque
 derelinquenda Italia agitantibus, stricto ense
 omnes iureiurando affirmare coegit, nunquam
 se Romam deserturos. Quare cum pleraque id
 genus edidisset facinora, meruit ante legitimum
 tempus, frequentibus suffragiis Quiritium Aedi-
 lis Curulis declarari. Paulo quidè post, cum pa-
 ter ac Cn. Scipio patruus in Hispania cecidissent,
 nemòq. reperiretur, qui tam periculosi belli im-
 perium sumere auderet, ipse vix quartum & vice-
 simum annum agens, in medium profiliit, ac
 tantæ prouinciæ munus læta fronte subiturum
 se obtulit. Et quauis ætatis imbecillitate Qui-
 rites fortasse dubitareat, tantam belli molem
 illi esse deferendam: tamen concione aduocata,
 ira de arate sua, ita de bello gerèdo, & rebus op-
 portunis disseruit, vt ad spem bene gerendæ rei, *Laus ob*
 omnes induxerit. Erat præterea Scipioni præstans *oris &*
 oris & corporis pulchritudo, & in gestu motu- *corporis*
 que dignitas peregrina, quæ ad aucupandâ gra- *venustati-*
 tiam maximè sibi conducebant: quibus cum ac- *tem.*
 cederet militaris gloria, ambigebatur, an gratior Scipio
 naturæ muneribus, an mirabilior bellicis arti- *impera-*
 bus iudicari posset. Itaque imperator creatus, *tor deli-*
 cum decem peditum millibus, quinque remibus gunt,

*Scipio
 puer pa-
 trem ser-
 uauit.*

triginta ab Italia soluens, in Hispaniam ad em-
 peria delatus, expositis copiis Tarraconem con-
 cessit. Et indicto concilio, sociis viribus huma-
 nissimè gratificatus, & collaudatis militibus,
 collectisque reliquiis veterum exercituum L.
 Martij virtute seruatis, vere nouo ex hybernis
 copias, ad oppugnandam nouam Carthaginem
 deduxit. Erat enim vrbis opulentissima, & ter-
 ra marique ad bellum gerendum valde commo-
 da, in quam etiam omnis belli apparatus, &
 quicquid preciosum in tota erat Hispania dela-
 tum fuerat. Arx præterea præsidii erat muni-
 ta, & ciuitas ita defensoribus v. lida, vt se tue-
 ri, & in hostem erumpere auderet. Munieba-
 tur etiam ab vno latere quodam stagno, adeo
 vt per eum locum à nullo crederetur posse ex-
 pugnari. Scipio igitur hanc urbem terra mari-
 que aggreditur, ac crebris oppugnationibus in-
 festat. dumque totis viribus innititur, stagnum
 à quibusdam superari iubet, ad mœniâque pro-
 rumpi. Oppidani autem à tergo peti se videntes,
 & hostes in urbem euasisse, omni quasi spe caren-
 res in fugam vertuntur. Romani, vbi deserui mœ-
 nia conspexerunt urbem capiunt, omnia popu-
 lantur atque diripiunt. Ergo Scipio vrbe poti-
 tus, obsides qui ex omni Hispania ibi detineban-
 tur, missos facit. Et cum virgo quedam longè om-
 nibus prælara ad se deduceretur, obseruari eam
 integerrimè iussit. Quam cum Luceio Celtibero-
 rum principi desponsatam cognouisset, viro suo
 illibatam ac muneribus magnis honestatam re-
 stituit. Ex quo factum est, vt propter eius conti-
 nentiam mirabilem, Scipio ab vniuersa Hispania
 summis laudibus & benevolentia coleretur.
 Luceius autem visa Romani ducis continentia,
 ac liberalitate, paulò post cum valida & potenti
 manu

*Carthagi-
 nis noua
 oppugna-
 tio.*

*Scipionis
 continen-
 tia.*

ma-
 eni-
 su-
 co-
 me-
 pet-
 deb-
 tus
 ma-
 nilla
 secu-
 patri-
 dece-
 tiam
 bal C
 malè
 no se-
 sis, co-
 ercitu-
 erat c
 Quo-
 druba-
 aduen-
 quent-
 acie c
 dimic-
 empti-
 ti pep-
 cam sib-
 potiret
 manor-
 uit. Q
 gladiat
 uit. E
 deret,
 tes mor

manu ad Scipionis castra se transtulit. Inſidebant enim eo tempore diuerſis in locis Carthaginenſium duces, quando Scipio, antequam copias coniungeret, Haſdrubalem: Barchinum apud flumen Beſulam inſperato aggreditur. Cuius impetum cum Pœni ſuſtinere non poſſent, caſtra debellauit: ac fugato Haſdrubale victoria potitus eſt, cunctoſq. Hiſpani generis captiuos ſumma liberalitate miſſos fecit. Inter quos cum Maſſiſſa nepos inueniretur, grãdi benignitate eum proſecutus eſt, ac magnis muneribus inſignitum ad patrum remiſit. Oſtendit enim imperatorem decere, non ſolum domeſticis virtutibus, ſed etiam liberalitate eſſe ornatum. Interea Haſdrubal Giſconis filius, & Mago, & alij duces, accepto malè rei geſtæ nuncio, cum Haſdrubale Barchino ſe coniunxerant. Et multis hinc inde diſcuſſis, conuenere, vt Haſdrubal in Italiam cum exercitu tranſiret, & fratri ſe coniungeret, vbi belli erat caput: ipſi verò in Hiſpania remanerent. Quo factò, cum à Carthaginenſibus Hanno Haſdrubalis loco in Hiſpaniam mitteretur, ipſo in aduentu fuit à M. Syllano ſuſus, captuſque. Sequenti anno, Scipio apud Beſulam amnem iuſta acie cum Magone & Haſdrubale Giſconis filio dimicauit: qui cum ſuperior eſſet, multis interemptis eos fudit, & ad Gades uſque ex continenti pepulit. Subacta itaque Hiſpania, Scipio Africam ſibi animo deſtinabat: vtque facilius voto potiretur, ad Syphacem tranſiit, cumque in Romanorum amicitiam ſocietateque conciliauit. Quo factò, Carthaginem nouam rediens, Scythagadiatorum ludos magno apparatu celebrauit. Et cum in aduerſam valetudinem incipulo Ro-deret, Mandonius & Indibilis cum credentes moribundam, Hiſpaniæ regnum aſſectantes, ſocietat.

Haſdrubal ſuperatur.

Haſdrubalis pater.

Scythaglaudio cum potulo Romano.

comparato exercitu, Suesitanis bellum intulere. Quos Scipio, vix ab ægritudine confirmatus, fudit fugauitque, atq. ad pacem implorandam cōpulsit. Masinissa autem, qui Scipionis libertate nepotem susceperat, volens Romano duci non esse ingratus, ad eum transit: ac gratias ei agens de remisso nepote, fidem pollicetur ad vltimum vsque vitæ Romano populo se seruaturum. Scipio autem subactis Hispaniis, pulsisque Carthaginensibus, & commissa L. Lentulo atque Manlio Attilio prouincia, Romam rediit. Inde accepto in Bellonæ templo senatu extra urbem, de rebus à se gestis humane differuit: ac duces hostium quatuor expulsos, exercitusque totidem subactos, Carthaginenses item ex Hispaniis eiectos, & vniuersam prouinciam populo Romano seruire ostendit. Quare à patribus honorificentissime susceptus, ætatis quidem defectu triumphauit, verum magno populi consensu consul creatus est. Ferebaturque inter comitia palam, ipsum in Africam mittendum esse, ad inferendum ex proximis Carthaginensibus bellum. Et quanuis aut inuidia, aut alio animi morbo Fab. Maximus obstarer, Sicilia tandem Scipioni decreta est: atque à senatu permissum, si Reip. prestare arbitraretur, in Africam vt cum exercitu traiceret. Scipio autem, cum quanuis magna difficultate, tamen quinto & quadragesimo die, comparatis quæcunque ad expeditionem necessaria fuerant rebus, ab Italia soluens, in Siciliam delatus est: Qui dum prouinciam componere curaret, à Syphace legatos accepit, regem suum renuntiantes nouissime fœdus cum Carthaginensibus percussisse. Et propterea eum mouebant, ab Africa vt abstineret: alioquin infestum sibi regem intelligeret. Scipio ne formidinem militibus

*Scipio
consul
creatus.*

tibus
ac h
expe
prius
tes h
traii
eos d
prom
terra
Rum
tumu
est: r
nia.
eam c
sione
dem t
valid
pioni
hoste
nuè H
dem f
te itac
cafis,
Scipio
superu
poten
quoda
hostes
tueri p
cepera
stare sp
hyber
impera
diantur
facto,
dæ ad o

tibus iniiceret, remissis legatis concionē vocauit, ac hilari fronte Syphacem simulauit se exhortari expeditionem vt acceleret; moneretque vt quā primū in Africam soluar. Quamobrem milites hortatur, edicitque, vt expeditis omnibus, ad traiciendum se accingant. Ipse autem post paucos dies è Lilybeo soluens, felici nauigatione ad promontorium Pulchri delatus est. Et copiis in terram expositis, omnia ferro ignēque vastauit. Rumor itaque cuncta perturbabat, Carthagini tumultuabatur: tandem ad arma conclamatum est: muniuntur portæ, firmantur prædiis mœnia. Scipio interim populatis agris, prope Vtiēam cum exercitu confedit: vt si qua posset occasione, ciuitatem in potestatem redigeret. Sub idem tempus Masinissa Romanorū in castra eum valida manu se contulit, quò Hanno primus Scipionis obiecerat. Et propterea Masinissam vt hostes ad pugnam eliciat, monet Scipio. Ille strenuè Hannonem aggreditur: dūmque referre pedem simulat, in insidias hostes ducit. Erumpente itaque Scipione, Hanno occiditur: multisque castris, per diuersa sibi quisque loca fugam facit. Scipio hac parte victoria Vtiēam rediit. Verū superuenientibus Hasdrubale & Syphace cum potentissimo exercitu obsidionem soluit, & in quodam promontorio castra munit: ex quo & hostes laceffere, & obesse Vticensibus & classem tueri poterat. Et quoniam per exploratores acceperat inimicorum castra bina esse, ac paruo distare spatio, ac vtraque ex lignis & harundinibus hybernacula contextisse, Masinissa ac C. Lælio imperat, vt intempesta nocte Syphacem aggrediantur, ac ignem hybernaculis iniiciant. Quo facto, dum ignis latè vagaretur, dūmque Numidæ ad opem ferendam concurrerent, in Roma-

*Africani
callidi-
tat.*

*Hannonis
clades.*

*XL. mil-
lia ex
Numidis
vna no-
ste cafa.*

*Syphax
capitur.*

norum copias incidentes trucidabantur. Quare terrore percussū in fugam conuertebantur. Et tanta quidem vis incendijs fuit, vt Hasdrubalis etiam castra corripenterent: dūque eos vndique Scipio premeret, impetum ignis hostiūque sustinere non valentes, in fugam conuersi sunt. In quibus tanta strages edita est, vt ea nocte ad XL. millia ex Numidis & Carthagenensibus caesa sint. Carthagenenses quauis hac ingenti plaga percussū fuerint, tamen reparato exercitu omni opinione celerius Syphace & Hasdrubale ducibus in Scipionis conspectu castra posuere. Quos vbi vidit Scipio, & suos ad pugnam feruentes conspiceret, tanto impetu hostes aggreditur, vt quam primum tam Puenos quam Numidas in fugam pepulerit. Syphax autem & Hasdrubalē media cæde euadentes, in Numidiam vsque auferunt. Quos cū Scipionis iussu Masinissa iniectaretur, iterum eos in Numidia proffigauit, Syphacēque cepit, ac viuum ad Scipionem perducere curauit. Carthagenenses autem tantisq̄ue cladibus iam exanimati, quoniam de reparando amplius exercitu spes nulla supererat, celerrimē Hannibalem ex Italia reuocarunt. Qui cū in Africam applicuisset, in magno animaduertens rempublicam suam esse discrimine, sanctius sibi futurum existimauit, de pace componenda, quā de bello gerendo verba facere: atque ideo omni studio elaborauit, vt cum Scipione in colloquium veniret. Qui vbi vni soli conuenere, mutuo se satis diu intuentes, silentium tenuerunt? tandem cū de pace facienda Hannibal magnopere differuisset, de conditionibus dissidentes, discessere. Postero itaque die apud Zamam in aciem descendentes, quasi terrarum orbis imperium ensibus direpturi,

tanto

tant
alias
ad q
nis
truci
lexer
ris ve
petiu
prou
ria su
exora
tentia
genta
ues,
futura
ritum
iore e
sim d
sibi i
to, ne
singul
Africa
que ce
deuid
gnome
fuit, qu
petitor
tes ali
semper
tūm vir
iterum
cho, cu
nassent
C. Laliu
cupieba
existima

tanto ardore vtrinq; pugnarūt, quanto vsquam
 alias visum fuit. Demum superato Hannibale
 ad quadraginta hominum millia eo die à Roma-
 nis caesa sunt. Carthaginenses, vbi exercitum
 trucidatum profligatūque Hannibalem intel-
 lexerunt, animo consternati, clementiam victo-
 ris veniamque implorantes, per legatos pacem
 petiuere. Scipio, qui iam nouum consulem ad
 provinciā properare audierat, ne laboris & glo-
 riæ suę alter fructum interciperet, æquo animo
 exorari se passus est. Attamen sua quidem sen-
 tentia, Carthaginensibus pacē dedit: nam quin-
 gentas in primis omnis generis cremari iussit na-
 ues, in quibus omnis Pœnorum spes reposita
 fuerat. Cuius rei dolore ita Carthagini compro-
 ratum est, vt si funditus vrbs euersa fuisset, ma-
 iore quidem luctu desleri nō potuisset. Masinif-
 sam deinde obseruatam Romanis fidem, magna
 sibi addita Syphacis regni parte, senatus decre-
 to, inter Africæ reges præpotentem fecit: atque
 singulis pro meritis gratificatus, compositaque
 Africa, in Italiam cum exercitu traiecit: urbem-
 que celeberrimè triumphās, ingressus est, obque
 deuidtam à se Africam, impostèrùm Africani co-
 gnomen tum adeptus. Nec ei dignitas vlla de-
 fuit, quin inter multos supremæ nobilitatis com-
 petitores censor creatus fuerit. Quem succeden-
 tes alij atque alij censores, senatus principem
 semper elegerunt. Hæc dignitas maximis tan-
 tum viris deferri solita erat. Fuit & paulò post
 iterum consul. Indèque expulso è Græcia Antio-
 chio, cum Asiam Romani iam sibi animo desti-
 nassent, consules creati sunt L. Scipio frater, &
 C. Lælius, vterque enim prouinciam sibi decerni
 cupiebat. Et quia magna erat Lælij apud patres
 existimatio, ideo Africanus obtulit fratri, se le-

*Vtrinq;
bellandi
magnus
ardor.*

*XL. Mil-
lia vno
die caesa.
Hannibal
superatur.*

*Masinif-
sa in Ro-
fides.*

*Scipionis
triumphas.*

gatum non defuturum, si prouincia illi decerneretur. Hæc Africani vox ita omnibus fuit grata, ut frequenti senatu L. Scipioni contra Etolos & Antiochum prouincia decreta fuerit. Ex quo Africani pietas longè paruit: quum hætenus tot imperiis, triumphis, & dignitatibus emicisset, & nunc sponte fratris imperio se submisisset, ut nobilissimo competitori præponeretur. Et eius certè consilio L. Frater maximam gloriam patriæ reportauit. Nam Antiochum fudit, Romanoque imperio ad viginti annos tributarium fecit: Europaque eis Taurum vsque ad Tanaim abstinere fecit, atque obsides etiam suo accepit arbitrio. Petuit quoque Hannibalem bellorum excitatorem sibi dari. Verum cum Pænus longè antè, hæc præuidisset, ad Prusiam aufugit. Deuicto itaque Antiocho, subactaque Asia, L. Scipio Romam rediit, triumphansque Asiaticus appellatus est. Nec verò etiam frater Africanus, cuius hæc omnia consilio L. fuerat consecutus, honore caruit. Quippe à T. Quintio Flaminiò & Marco Claudio Marcello tertio senatus princeps declaratus est. Non potuit quidem diutius fortuna instabilis, & inuidorum malignitas acquiescere: quia virum hunc probissimum, iniuriis & probis afficeret. Nam & tribuni plebis diem ei dixere. Insularunt enim ab Antiocho pecunias eum extorsisse, nec illas retulisse in publicum. Comparuit itaque Africanus, atque in foro præsentè magistratu ingeni fiducia accuratissime se expurgauit. Instans autem denuò tribunis, ac multis hominem calumniis onerantibus, iterum Africanus præstò paruit, multisque eum comitantibus, per mediam conuentionem ad Rostra progressus, inquit: Si rectè memoria teneo, P. C. de Hannibale hoc die Pænis

Antiochus fuit.

Scipio Asiaticus dicitur.

Fortuna miranda volubilitas.

que
 sis
 lium
 con
 gi
 quic
 lèti
 mal
 ben
 Lin
 ab o
 dice
 esse,
 cum
 pto
 biisse
 vita
 quan
 etam
 pram
 Deuic
 Im
 Cui n
 Res

HA

H
 H
 H

bus inu
 magnos
 lantes,

que

que patriæ victoriam reportauit: propterea dimis-
 sis diffidiis, pro referenda diis gratia ad Capito-
 lium eundem censeo. Quæ vox recordatio ita
 concioni vniuersæ iucundauit, vt relicto mā-
 gistratu omnes eum sequuti sint. Hæc vltima
 quidem fuit Scipionis prosperitatis & beneuo-
 lentiæ dies. Cum enim animaduertet de repub.
 malè se mereri, & pro pulcherrimis in patriam
 beneficiis ignominiam calumniâsque reportare,
 Linternum se contulit: vbi dum ageret seorsum
 ab omni ciuili inuidia, & inimicorum calumniis,
 dicere solitus erat: Nunquam se minus ociosum
 esse, quàm cum ociosus: nec minus solum, quàm
 cum solus esset. De eius tamen obitu variè à scri-
 ptoribus proditum est. Plures tamen Linterni o-
 biisse asserunt, anno quarto & quinquagesimo
 vitæ suæ: imposita super eius monumento statua,
 quam Liuius dissectam postea vidisse apud Ca-
 ietam dicit, urnamque æneam his versibus inscri-
 ptam, videlicet:

Deiuncto Hannibale, capta Carthagine, & aucto

Imperio, hoc cineres marmore rectus habes.

Cui non Europa, non obstitit Africa quondam,

Respice res hominum quam breuè urna premat.

*Prudens
Scipionis
factum.*

*Dicitur
celebre.*

*Scipio
diem suum
obit.*

*Scipionis
Epita-
phis.*

HANNIBALIS ET SCIPIONIS comparatio.

H Annibalæ ac Scipionis gesta si quis conferre voluerit, eos non solum ætatis suæ in rebus bellicis primarios, sed etiam superiorum temporum præstantissimis imperatoribus inueniet fuisse pares. Qui quantum domi forisque magnos habuerint aduersarios, eorum gloria amulantes, arte tamen & ingenio ac consilio, res gessere

maximas. Hannibal enim quoniam expugnato Sa-
 gunto in Italiam erumpere, Romanos bello laesse-
 re, & ad urbem manna castra ponere sit ausus, quis se-
 rociam eius non miretur? Scipionem autem duces
 quatuor superasse, exercitum quatuor fuisse, fugasse
 que, cepisse Syphacem regem maximum & Hanni-
 duces su- balem prostigasse, quis stupore non deficiat? Laudi e-
 perati. riam huic datur, quod aperio Marte, & equo cam-
 Scipio a- po, cum hoste semper congressi sit ausus. Hannibal autem
 quo Mar insidiis, dolis, ac fallaciis usus. Verum quod ex omni ho-
 te, Han minum genere constatum exercitum adeo quietum
 nibal concordemque tenuit, ut nulla in castris usquam sedi-
 fraude tio fuerit, laudi ei adscribitur. Ceterum vituperatur,
 vincere quod cum apud Cannas Romanos fuderit, minus vi-
 nouerat. victoria sciverit, quin inter Campania & Apulia
 Hanni- delicias exercitum effaminarit. Et sicut haec in eo o-
 balis im- mnes reprehendunt, sic perfidiam & crudelitatem de-
 manitas restantur. Combussit enim in castris Arpinatem quen-
 dam, cum filio & uxore. Et ex Italia decedens, quot
 in Iunonis Lacina templo trucidari fecit? At Scipio
 in bellis semper moderatissimus, in pugna strenuus, &
 post victoriam dux fuit clementissimus. Quanta vero
 eius fuerit continentia & liberalitas, in virgine capti-
 ua, & in Luceio Celtiberorum principe, patuit. Ver-
 que enim & bonis fuit artibus eruditus, & literato-
 rum amantissimus. Alter quidem Ennium, alter So-
 sitionem Lacedaemonium familiarissimum habuit. Ac li-
 terarum etiam Graecarum non ignarus fuit. Hanni-
 bal, verum, ut fertur Ephesicem Phormionem de im-
 peratoris officio militari, que disciplina differentem au-
 diisset, interrogatus quid de homine sentiret, respon-
 dit: Nullum magis Phormione delirare vidisse senem.
 Ambe etiam in dicendo apri. Hannibal res gessit ma-
 gnas, verum reipub. sua calamitosas. Scipio autem re-
 publi. procexit patriam cons. riuavit, imperiumque au-
 xit. Et propterea ingratiam civitatem appellasse po-
 tuit,

tu
 ri
 So
 gn
 ta
 pa
 er
 to
 me
 qu
 bile
 Scip
 ho

I
 spita
 due
 rator
 maxi
 Philo
 myd
 stima
 depoi
 erubu
 tur qu
 suppli
 gracil

ruit, non tam oblivione beneficiorum, quàm quod iniuriam sibi fieri passa sit, & se ex urbe decedere. Verùm Scipio vir magnanimus, inimicorum maluit malignitatem declinare, quàm intestinis seditionibus civitatem everere. Cuius libertatè tanti fecit, ut in Hispania regale sibi nomen deferri noluerit. Recusaverit etiam dictator fieri perpetuus, ac statuas sibi in Capitolio erigi. Ex quo abunde liquet, ambo non tam domesticis monumentis, quibus Scipio longe prastabat, quàm militari disciplina & rebus gestis esse comparabiles. Ambo etiam vitam extra patriam finire: licet Scipio non damnatus à repub. verùm voluntario exilio diem obierit.



Philopœmenes.

PHILOPŒMENEM Crausapatre Megalopolitano natum, satis liquet. Fuit non turpi sanè forma: ut aij opinantur, licet ob chlamydis tenuitatè à muliere Megarense hospita pro ducis seruo habitus sit. Quippe cum ad diuerforium illa suum sciret Achaorum imperatorem esse venturum, circa cœna apparatus maximè sollicitabatur: subeunte interea ædes Philopœmene, turpi admodum inuoluto chlamyde, illa ministrum imperatoris cum esse existimans, precata est seruitium ut exhiberet. Ipse deposita continuò chlamyde, ligna scindere non erubuit. Qui cum superueniente hospite periret: Elegans tur quid ageret: No, inquit, faciei deformitatis faciem supplicium. Erat quidem circa medium valde gracilis, adeò ut à Tito Flaminio morderetur.

quòd pulchras nimis manus & crura haberet. Sollicitabatur autem honoris cupiditate plurimum & ab iracundia mores eius liberi non fuerunt. Hinc igitur quum ad ciuiles disceptationes præ contentione accommodare se nequiret, in militiam abiit. Incurritibus ea tempestate Megalopolitanis in Spartanorum fines, erat Philopœmenes inter insultantes omnium primus, in reducendo exercitu utique nouissimus. Cùm uerò à bellis desisteretur, ipse agricultura, uenationi, aut cuius operi corporis incumbebat: ex quo robustior euadens, rem domesticam iustissimo questu amplificabat. Facundus etiam satis fuit, ac philosophiæ deditus. Homerica item figmenta, & ea quæ ingenium excolebant, sequebatur. Euangeli quoque lectionibus de re militari assiduè inuigilabat, ac varias Alexandri historias tanquam uera uirtutis incitamenta, libenter audiebat. Adeo ut cùm non amplius annos viginti natus esset, Cleomene Lacedæmoniorum rege Megalopolim noctu occupante, animaduertens se nò sine capitis periculo patriæ suppetias ferre posse, furtim ciues ex urbe aduersus iniectantes abduxit, atque ita in se Cleomenem prouocauit, ut cæteris seruatis, ipse amisso equo & uulneribus acceptis, ultimus euaserit. Fugientibus itaque Messenam ciuibus, Cleomenes oppidum illis vnà cum rebus omnibus redditurum se pollicetur, si reuerterint. Hoc Philopœmenes conciuibus dissuadet, Cleomenem asserens non diu uacuos muros fore retenturum & propterea non esse hosti adhibendam fidem, nò sine dolo aut fraude eloquenti. Venientibus interea Antigono & Achæis in auxilium Megalopolitanis, Philopœmenes ciues suos secum ductitans, ita strenuè se gefsit: itaque immobilis (licet per nates &

Euangelus de re militari.

tes & utranque coxam transfuerberatus) perstitit, inuidioque animo irruit in hostem, ut non parum spei & æmulationis præliantibus iniiceret. Fuso itaque Cleomene, cum suos Antigonus obiurgaret, quod præter edictum suum equitarum in hostes concitassent: responderunt se à Megalopolitano adolescente fuisse concitatos. Quibus ipse, Profecto (inquit) adolescens ille optimi hodie ductoris operam nauauit. Hoc itaque facinus tantum Philopœmeni attulit gloria, ut non paucis precibus Antigonus eum sollicitauerit, secum ut militaret. Qui cum recusaret, in Cretam transfretauit. Vbi cum bellacissimis hominibus diu versatus, adeo in laudem emicuit, ut cum ad suos reuertetetur, fuerit tanto in honore habitus, ut equitum præfecturam continuo gesserit. In quo munere iuuentutem & audaciam, & bellorum expertem, ita ad decus huiusmodi incitauit, ita mutuis concertationibus affuefecit, & equitando, luctando, currendo, agiles alacresque reddidit, ut bellacissimam sibi patriæque manum comparauerit. Suis enim ipse non paruo erat adipiscenda laudis exemplo. Quippe dum aduersus Aetolos Eliensesque apud Larissum fluium pugnaret, Demophantum eorum ducem sublimi curru insidentem, icu terribili prostravit in terram: ad cuius interitum hostes in fugam versi sunt. Increbescerat propterea indies Philopœmenis nomen, qui manu strenuus, cuique erat duci prudentissimo comparandus. Fuerat enim ætas illa in acie instruenda, & in armorum formis non admodum peritura. Quin longioribus hastis, & angustioribus utebantur scutis: ipse alium inducens ordinem, & clypeum pro scuto, pro hastili farissam sumi

*Cleomene-
nes fusus.*

*Notum
militia
genus.*

voluit: ac thorace, galea ocreisque vti & statariam modò, gradariamque, modò cursatilem pugnam tumultuariamque exerceri consuevit. Quicquid porrò in superuacaneis indumentis, purpureisque erat stragulis: itèmq; cœnarum lautitiam luxuriosam nimis detestabatur, idque ad militares bellicosque apparatus transtulit. Hinc omnes carptim modò thoracem, modò frenam & galeas, nonnulli verò clypeos auro argenteove excolebant. Itaque cernere erat studia adolescentium, equos domantium, armæque tractantium plena: item militum contextas calymides & equorum velamenta varijs distincta coloribus, galeasque auro ac pennis insignitas. Quarum rerum aspectus animos adaugebat, acuebat mentes, & ad pericula inuenda promptiores ingerebat spiritus. Ex quo arma & leuiora & iucundiora esse videbantur. Interea Machanidas Lacedæmoniorum tyrannus, aduersus Peloponneses, & ad Mantineam impetum fecit. At Philopœmenes in eum exercitum ducens, non procul ab vrbe pugnam conferuit. Et cum incipiti exitu diu pugnatum fuisset, tandem à Philopœmene Machanidas ceterique in fugam versi, ac ingenti clade dissipati sunt, Quare in tanta Achæorum admiratione eluxit Philopœmenes, vt eius simulachrum ex ære Delphis honorificè sit collocatum. Ob pleraque igitur huius generis facinora, maximi per vniuersam Græciam rumoribus res de Philopœmene ferebantur.

*Bellum
Peloponnesium.*

Satellites res de Philopœmene ferebantur. Proinde Phimisti ad lippum Macedonum rex, isto superstite Achæos Philopœmenem è nem tollendum satellites destinauit. Quod medio tempore cum palàm factum fuisset, tantam sibi apud omnium inuidiam conflauit Philippus, vt consiliis & probis passim ab omnibus laceraretur.

Bœotij quoque Megaram obsidentes, ob fictum
 rumorem aduenientis Philopœmenis, à spe quasi
 potiundæ vrbis discessere. Occupauerat enim non
 multò pòst Nabis Lacedæmoniorum tyrannus,
 mortuo Machanida, Messenam, Lysippo tū qui-
 dem Achæis imperante: à quo, dum minùs im-
 petraisset Philopœmenes, vt Messeniis auxilium
 ferret, ipse nulla lege, verùm sua tantum aucto-
 ritate assumptis secum ciuibus, opem mirificè
 præstitit. Omnes enim illum tanquam è cælo
 sibi datum imperatorem, libentissimè sequeban-
 tur. Multa profectò huius generis magna animi,
 præstantiâque nauauit opera. Id verò crimini
 datum est, quod Nabide Megalopolitanos bel-
 lis vexante, & sub ipsas ferè portas castra locan-
 te, ipse Cortynius in Creta belligerantibus ducem
 se præstiterit. Quare cum Megalopolitæ ira per-
 citi, extorrem illum protinus declarassent, nisi
 ab Achæis prohibitio intercessisset: tanta tamen
 cum omnium admiratione Philopœmenes in
 Creta se habuit, vt vno omnium ore, summis lau-
 dibus honestaretur. Cùmque in Peloponnesum
 se transferret, aduersus Nabim dux declaratus
 est. Obsederat enim Nabis Gythium, atque ob
 victoriam dissolutum iam militè, sparsimq; hæ-
 bebatur. Philopœmenes itaq; de his certior factus,
 eò nauigauit: noctûque expositis militibus, ca-
 stra incendio consumpsit, multòsque trucidauit.
 Paulò autem pòst sibi per aspera iter facienti,
 Nabis ira repentè obuiam se dedit, vt ferè de sa-
 lute Achæi dubitarent. Ipse tamen animi celsi-
 tudine sublimis, loci sitû oculis dimetiens, tanta
 disciplina acies instruxit, vt non priùs in hostes
 irruerit, quàm eos tergo dare coegerit. Paulò au-
 tem pòst quum Aetolorum fraude Nabis inter-
 ceptus occubisset, Philopœmenes Spartam bel-

*Audax
 imperato-
 ris ani-
 ma.*

*Philopœ-
 menes
 dux de-
 claratus.*

lo aggrediens, alios vi, alios suasionem deuinxit: ita ut planè ad voluntatem Achæorum, ciuitatem fœdere & amore composuerit. Hoc tam ingenti beneficio Spartiata affecti, quòd in libertatem Philopœmenis opera euasissent, præter id quod cum libertatis assertorem appellabant, etiam venundatis Nabidos supellectile ac ædibus C. & XX. talentis, precium per legatos ei deferendum curauere. Cùmque hominis integritatem legari dignoscerent, veriti sunt de largitione verbum facere: sed per Timolaum eius hospitem tentauere. Illic primò viri constantiam intuens, de munere conticuit. Deinceps tẽrque quaterque idem fecit. Tandem à legatis nouissimè destinatus, ciuitatis animum Philopœmeni declarauit. Quod non inuitus audiens, Spartam contendit gratiasque eis agens, seditiosos ac improbos largitionibus corrupèdos esse demonstrauit, ut muneribus allecti à seditionibus animum auerterent: non autem amicos, quorum virtute & opera uti liceret. Interiecto tempore, Diophanes Achæorum factus imperator, audiens Lacedæmonios nouis rebus studentes, Peloponnesum ut infestarent, eos ut respicerent docere meditabatur. Philopœmenes autem, priuati iam iuris homo, ut ab armis desisterent, utrosque monebat: donec & Antiochus, & Romanus consul, instructis exercitibus Græciæ imminerent. Diophanes consilium aspernatus, vnà cum Tito Lacones inuadit. Philopœmenes autem Spartam contendit, ac ciuiles tumultus summa humanitate composuit: iterumque Spartanis statuam induxit popularem, atque Achæorum imperatorem Romanorumque consulem, ab incœpto penitus exclusit. Factus denique Philopœmenes septuagenarius, & octauo iam creatus imperator,

quan.

*Seditiosos
ac impro-
bi, nò au-
tem boni
largitio-
nibus cor-
rumpendi.*

quanquam sperasset quod erat reliquum vitæ,
 sibi quorum dari, nequiuit tamen extremam æ-
 tatis metam à fortunæ ictibus integram custodi-
 re. Quippe Dimocrates Messenius Philopœmeni
 non mediocriter infensus, Messeniis at Achæis
 ad defectionem adductis, etiam vicum Coloni-
 dem occupaturus inuadit. Argis quidem tunc
 febricitabat Philopœmenes, hoc tamen audito
 Megalopolim contendit: & vt sociis occurreret,
 ex ciuibus manum sibi comparauit. Nobilissi-
 mus enim quisque libentissimi sua sponte Phi-
 lopœmenem sequebatur. Cùmque Messenem ver-
 sus equitaret, Dinocratem inuadit: ac collato
 Marte hostes fœdit, fugatque. Interea milites
 quingenti, quibus curæ erat Messeniorum fines
 tueri, audito tumultu, Dinocrati auxilio aduo-
 larunt. Timens itaque Philopœmenes, ne ab ho-
 stibus superaretur, quanto fieri tutius potuit, cum
 suis paulatim se retrahebat: quos per aspera sub-
 ducens, postremus semper cum hoste confere-
 bat. Qui dum vellet in tutum socios reducere,
 acrius telis vrgebatur: tamen neque senectuti,
 neque labori parcens strenuè diuicabat. Tan-
 dem equus offenso pedo collapsus, eum acerrimè
 collisit in terram: captus igitur manusque
 post terga reuinctus, ignominiosè ad Dinocra-
 tem perductus, ac raptus, & in subterraneum spe-
 cum ignominiosè detrusus est. Interea dum ad
 ultionem Achæi festinant, Dinocrates, ne Philo- *Philopœ-*
 pœmeni quicquam salutare contingeret, seruum *menis ca-*
 cum veneno immisit in carcerem. Philopœme- *lamitas.*
 nes autē, mentis potius aestu quàm labore, chla-
 myde inuolutus accubabat: qui strepitu exper-
 rectus, seruum aspiciens cum veneni calice, conti-
 nuò sciscitatur quid de sociis & Lycorta audi-
 uisset, cùm bene ille respoderet: Satis est, inquit,

*Philopæ-
mænis
mors ab
exhausto
vincto.
Temeri-
tatis re-
munera-
tio.*

*Funeris
pompa.*

*Captiui
lapidibus
obruui.*

si non omnia aduersa processerunt fortuna, ac-
ceptoque calice, venenum sumpsit intrepidus:
quo, & adiuuante morbo, facile expirauit. Acce-
pto huius interitus nuncio, Achæi quanuis dolo-
re & lachrymis attriti, tamen ad vindictæ sola-
tium properantes, Lycorta imperatore assumpto
ita Messeniorum agrum igne ferrôque vastarunt,
vt ciuitatem ad deditiorem compellerent. Qua
subacta Diocrates victorum seuitiam reformi-
dans, mortem sibi consciuit. Cæteri autem, qui
occidendi Philopæmænis consensum præstite-
re, vtrò etiam vitam finierunt. Qui Philopæ-
mænis supplicio causam dederunt, à Lycorta o-
mnes in vincla coniecti sunt. Cadauere inde
magnificentissimè combusto, & reliquii in vrna
repositis, triumphali quodam ordine, & victrici
quasi pompa parentalibus immixta sacris, exer-
citiu mouère. Ferebat enim vrnam imperato-
ris filius, circuastantibus Achæorum primori-
bus, coronis ornatis, lachrymâsque profunde-
tibus inimici manus post terga reuincti, vrnam
mœsti sequebantur. Ac confluentibus passim ad
luctum vrribus, vrnam mirifico comitatu Me-
galopolim perduxere: vbi cum ingenti sexus v-
triusque luctu, summa cum gloria circa Messe-
niorum monumentum magnificentissimè sepul-
tus est. Captiui omnes fuere lapidibus obruti.
Statuas, ad perpetuam bene gestorum gloriam
per ciuitates illi decreuere. Quas cum etiam
in euersione Corinthi Romanus quidam euerte-
re voluisset, tanquam Romanorum perpetui
hostis imagines, à Tito Manliôque legatis pro-
hibitus est.

Titus



Titus Quintus Flaminius.

TITVS Quintus Flaminius ad gratificandum assiduus natura fuit: mitis verò in puniendo, minimèque pertinax: gloriæ & honoris adeo percupidus, ut à maximis etiam negotiis nonnunquam deterreretur. Itaque præstanti animo, illustre semper aliquid meditabatur. Hinc ab incunte ætate animum ad res bellicas applicans, sub Marcello consule aduersus Hannibalem, tribunus militum prima egit stipendia, Marcello autem per insidias oppresso, Titus prouinciæ præfectus creatus est. Et ad duas deducendas colonias, alteram Narniam, alteram Consam princeps delectus, tantum sibi nominis comparauit, ut ad cõsulatus petitionem suffragia non defuerint. Quo tempore, licet per tribunos plebis ob non integram ætatem multum impediretur: tamen à senatu sententiæ populi permissus, nondum triginta natus annos, cum Sexto Helio consul creatur: & sic contra Philippum regem, Macedoniam sortitus est prouinciã. Qui simulatque Lucium fratrem à senatu classis præfectum fieri impetrauit, cum tribus militum millibus traiecit in Epirum. Hic accepto à P. Conf. exerci. u. loci situm diligenter contemplans, animaduertit, aliter bello finem fieri non posse, nisi per montis fastigium iter sibi faceret, Philippus autem aditus & cacumina phalange munierrat, ad quæ cum Titus euadere niteretur, ab inimicis, qui superiora tuebantur, tam cile reiectus est.

*Narnia
Flaminij
colonia.*

Titus autem iniuriam non passus, accitis ducibus fidis, quendam ex tribunis militum, per anfractus & montium asperitates, cum millibus quatuor peditum, equitibus trecentis, ad superanda cacumina destinauit. Is igitur interdium per cauernas syluâsque delitescens, noctu iter lunæ beneficio agebat. Titus interea leuibus præliis hostem prouocabat, donec ad constitutam diem armato & tripartito exercitu Macedones à fronte & à lateribus viriliter aggressus est. Feruente verò iam vtrinque pugna, à tergo repente clamor exoritur Romanorum, qui superiora occupauerant. Ea re mox hostes consternati, cum telis vndique peterentur, fugâ se dederunt. Titus profligatis hostibus, direptis castris, & duobus millibus occisis, angustias occupans, ne sibi in posterum necessitas immineret, quoniam à mari procul per Epirum fuerat obequitaturus, magna modestia ab omnifaria præda exercitum continuit. Philippus autem fugato exercitu suo Thessaliam percurrrens, vrbes, & omnia, quæ minimè exportare licebat, incendio consumpsit, vt desertam penitus Romanis prouinciâ relinqueret. Contra Titus, egregia quadam vsus liberalitate, omnia ab hostibus relicta obseruari, curarique imperauit. Ex quo factum est, vt ei ciuitates vltro sese dederent. Nec Græci sanè modesti viri, comitatem eloquẽtiam ignorare potuerunt. Nam sub idem tempus, Thebani Romanorum amicitiam petierunt: cæteris studium, laudibus non simulatis, suum probantibus. Quibus rebus cum Philippus ad pacem inclinaret: si à Græcia desistere voluisset, pacem exorasset à Tito, & propterea ad senatum reiectus est. Sed cum nihil impetrasset, Titus prorogato sibi imperio, rursus in Thessaliam cum **xxvi. millibus hominum,**

*Titus cal-
liditas.*

*Incendium
iniquissi-
mum.*

*Mira
Flamini
fortuna.*

num
ex q
gent
tuffi
tus e
mal
ante
cum
ea lo
esset
Dila
rum
rat e
nixiù
posse
citau
done
sint.
milli
color
palm
nem
uiter
esse n
tione
cia sib
mam
deret
& aret
seruau
inter
Roma
tho, Cl
uerfan
teret:
Titum

num, ad Philippi internecionem castra mouit: ex quibus peditum sex millia, equites quadringentos Aetoli tradiderant. Collatis autem ad Scotuffam castris, vterque suos pro concione hortatus est. Eo tamen die Philippus aliquo fortassis malo augurio à pugna abstinuit. Postridie verò ante solis ortum, nebulis omnia obscurantibus cum vtrinque explorandi & insidiandi causa, ad ea loca quæ Canis capita appellantur, præditum esset, inuicem se offendentes acriter concurrere. Dilabentibus paulatim nebulis, cum alter alterum intueretur, Philippus, qui dextro suo præerat cornui, ex superiori in Romanorum aciem enixius irruit. Cuius impetum cum sufferre non possent Romani, Titus illuc suos accerrimè concitauit: in tanto impetu se intulerunt, vt Macedones iam propè victores, vndique profligati sint. Cecidere ex hostibus in eo prælio circiter *8. millia* millia octo, capta millia quinque: Philippus *causa,* Aetolorum culpa inuasit, qui tamen totam victoriæ *5. verò* palmam iactitando sibi arrogabant, & per omnem Græciam de se dissipabant. Vnde Titus grauius tandem offensus, Aetolos in præliis secum esse noluit. Accedente Philippo ad pacis conditiones, Titus eum his legibus restituit, vt à Græcia sibi temperaret, Demetriumque filium Romanam mitteret, talenta mille tributum nomine penderet, & præter decem naues vniuersa classe muldaretur. Quas in posterum conditiones optimè seruauit Philippus, & ita quieuit bellum etiam inter regem Antiochum & ipsum. Et quanuis Romanorum legati hortarentur, vt Titus Corintho, Chalcidæ, ac Detriade præsidio seruatis, vniuersam Græciam sui iuris esse simpliciter permitteret: tamen quia Aetoli apertis calumniis in Titum prorumpabant, ideo præmissis in me-

Isthmia.

dium præcone, dum Isthmia celebrarentur, in frequenti hominum concursu, tubarum clangore, prauio, sic proclamari iussit. S. P. Qu. R. ac Titus Quintus imperator & consul, rege Philippo & Macedonibus debellatis, Corinthios, Locros, Phocenses, Euboicos, Achæos, Pththiotas, Magnesium, Thessalos, Perrhæos, remotis praesidiis, liberos ac suo more viuentes fore permittunt. Ob cuius rei lætitiã tantus clamor exortus est, vt ad mare vsque ad strepitus exiuerit: atque tanto concursu & studio Titus salutatus, vt nisi maturè se subduxisset, tot vndique adurgentibus, inter medias hominum cateruas, extinctus fuisset. Titum namque Græciæ Sotera ac defensorem appellabant, eumque amplectebantur, qui victoriam tantam non ad Græciæ iugum, sed ad generosum Græciæ libertatis vsum accommodasset. Qui etiã, vt libertatis datæ præconia consentaneum sortirentur effectum, Lentulum ad liberandos Bargylliatis in Asiam destinauit, Titulum ad submouenda ex oppidis & Thraciæ insulis Philippi subsidia: Publium Villium ad Anthiochũ, vt quos ex Græcis oppresserat, liberaret. Ipse Chalcidem profectus, in Magnesium nauigauit: & remotis custodiis, gubernacula populis liberè remisit. Tum verò ludorum præfectus apud Argos factus, dum apparatu maximo Nemea celebraret, iterum præconis voce, Græcis libertatem pronunciarı fecit: ac ciuitates exteris ambiens legibus, iustitia ac sanctitate repleuit, beneuolentia & charitate inter se conciliauit, discordias sedauit, reduxit exules, ac summo omnes amore prosecutus est. Quæ res adeo vniuersæ fuit Græciæ iucundissima, vt populi & ciuitates vltro ex Romanis prætores sibi adsciscerent, regesque inter se dissidentes, ad Romanos

*Titum
Græciæ
Sotera.*

*Titum
Flaminij
gubernator.*
160.

sponte

spor
ber
clyp
ptan
S
H
Q
App
infer
H
A
Q
D
Spe
quon
(vt
tam
tenip
da G
nibal
nec s
Acha
que i
mãqu
re præ
res m
pilea
subin
cassid
quoq
auri p
genti
reorur
tem m
pus dei

sponte confugerent. Titus itaque hac Græcis libertate donata, gloriabundus Delphis argenteos clypeos, parmamque suam his versibus subscriptam affixit.

*Clara Iouis soboles, studium quam mulcet equorum,
Spartani reges, Tyndareumque genus:*

Hoc Titus Aeneades magno vos munere donat,

Quo duce libertas oppida Græca tenet.

Apposuit etiam Apollini coronam, iis versibus inscriptam.

Hæc tibi Latona stirps o præclara corona,

Aurea casariem contegat Ambrosiam.

Quam Titus Aeneadem dux ingens attulit: ipsi

Da phœnice viro foris gesta cani.

Spe tamen magna Græcos sefellit Titus: quia Spartam quum Nabim bello premeret, haud eum cepit Nabidi (vbi omnium erat opinio) sed isto foedere, Sparcesis, tam in seruitute relictam ei concessit. Eodem tempore multi Romanorum sparsim per oppida Græca seruibant, à Pœnis victoribus sub Hæmibale venditi. Quos liberare Titus cum euperet, nec satis bene posset, afficeretur autem multum: Achæi id animaduertentes, collatis minis quinque in singulorum capita, ea redemerunt, summamque eos liberalitate Tito iam nauem ascendere properanti vniuersos simul obtulerunt. Quæ res maximæ fuit Tito iucunditati. Quippe eum pileati in triumpho sequuti sunt. Pulchrum subinde spectaculum erat, eximie Græcorum cassides, Mæcedonica peltæ, sarissæque. Magna quoque vis in triumpho perlata est. Defæcati auri pondo tria millia septingenta tredecim: argenti quadraginta tria ducenta septuaginta: aureorum Philippeorum quatuordecim millia: item mille talenta, quæ tributi nomine Philippus debebat: quæ postea ei Romani Tito inter-

*Pulchrâ.
Flaminij
trophæo.*

cedente remiserunt, & firmata societate filiū ob fidem restituere. Paulò autem post Antiochò cum copiis in Græciam irrumpente, ac ciuitates ad defectionem sollicitante, iunctis sibi in societatem Aetolis, Titus cum Manliò Accilio consule, & imperatore eò, Græcorum gratia legatus missus est. Qui mirifica sua videlicet gratia languescentes confirmauit populos, in fide retinuit dubios, plerosque sic permouit, vt præter paucos cum Aetolis conspirantes, ceteri manserint in officio omnes. His etiam qui descuerant, confecto bello valdè profuit. Post parū autem temporis, Aetoli intra Naupacton à Manlio obsessi, quum primū Titum à muris conspexere: extensis palmis ei sese dederunt. Qui illis consulem conciliauit: & placata victoris ira dari, inducias ad senatūque pro impetranda venia mitti obtinuit. Erat itidem Manlius in Chalcidenses vehementer accensus, qui fugientem è prælio Antiochum cum vxore dimisissent, vt in Asiam se reciperet. Cum ergo prope oppidam copias ad-mouisset, Titus interpositis precibus, ab omni eos penitus formidine liberauit. In cuius memoriam Chalcidenses, quicquid in vrbe extructum magnificè fuerat, his verbis Tito consecrarunt. Chalcidensis populus hoc Tito Herculique consecrauit gymnasium. Alibi scriptum erat, Populus Chalcidensis hoc Tito & Apollini Delphiniū. Constituerunt etiam ei sacerdotem, ac res diuinas, deinde libamenta: post præna quendam celebrant, sic Candidam Romanorum fidem constantissimo iureiurando colimus, Iouem maximum Titūque simul, Romanam fidem, Puellæ canite. Io prænam, Io Tite Soter. Erat præterea ciuilibus eius omnis oratio, & nemini acerba: verū salibus faceris que resperfa. Vnde cum Achæi Zazynthio-

*Naupa-
ctus ob-
sessus.*

*Superbus
Titi titu-
lus.*

*Tito mi-
rificus ho-
nos exhi-
bitus.*

zyn-
Qu-
Iolu-
no-
lipp-
ciam-
ratu-
ad v-
crato-
die-
ab A-
Titu-
iusm-
ac ca-
ti apu-
tum.
Apud
ac ad
perce-
set: r-
riis sa-
fundit-
propt-
differ-
in Gra-
tum a-
public-
ru cum
Dissid-
tone,
et prim-
Catone
censor,
rum co-
contrad-
Titus na-

zynthiorum insulam sibi vendicare conarentur,
 Quemadmodum (inquit) testudinibus pericu-
 losum est longius prorepere: sic è Peloponneso
 non est tutum procul vos abire. Item cum Phi-
 lippus rex agens de pace gloriaretur, se per fidu-
 ciam solum venisse. Titum autem magno comi-
 ratu: Rectè nimirum, inquit, quia necessarios
 ad vnum occidisti. Saltavit aliquando Dino-
 crates in quodam conuiuio Romæ, & postera
 die à Tito consilium petiit, quomodo Messen in
 ab Achæis ad defectionem sollicitare posset. Cui
 Titus: De iis viderimus, verum miror quòd hu-
 iusmodi res moliri audeas, cum ex vino saltare
 ac canere didiceris? Gloriantur Antiochi lega-
 ti apud Achæos, infinitum regem habere exerci-
 tum. Hic Achæis subdubitantibus, inquit Titus,
 Apud hospitem quendam conare me memini,
 ac admirari multifarias carnes. Et cum hospitem
 percunctaret, vnde carnum varietatem habuis-
 set: respondit, Omnes porcinas esse, verum va-
 riis saporibus conditas. Eo pacto Achæi, qui
 funditores, iaculatores, aut velites auditis, non
 propterea Antiochum quicquam puteris à Syris
 differre. Cum autem Romanam reuertetetur, ob res
 in Græcia magnificè gestas, censor creatus est. Is
 amplissimus erat magistratus, ac totius rei
 publicæ quasi culmen quoddam: in eo magistra-
 tu cum collega è senatu viros quatuor eiecit.
 Dissidentibus autem Scipione Africano & Ca-
 tone, Titus Africanum virum optimum in sena-
 tu primarium scripsit. Ex quo magas postea cum
 Catone habuit inimicitias. Nam creatus cato
 censor, paulò post L. Flaminium Titi fratrem vi-
 rum consularem senatu mouit. Cui cum Titus
 contradiceret, nihil tamen profecit. Fuit planè
 Titus natura laudis ac gloriæ cupidus, clarissi-

*Vini ge-
 nerosis e-
 riam vi-
 ris quan-
 tum da-
 crabat.*

*Flami-
 nius cen-
 sor eligi-
 tur.*

*Titus in-
uidia
pressus.*

*Hannibal
obsidius
circum-
uentus oc-
cubuit.*


mumq. sibi nomen acquisiuit. Sed circa senectute-
tem inuidia non caruit. Cum enim ad Prusiam
Bithyniæ regem à senatu missus esset (ad quem
Hannibal ætate iam confectus, Romanorum re-
formidans inimicitiam suppliciter confugerat)
eius morti insidiatus est, perfecitque vt rex illum
occidere non recusaret. Erat in littore Bithyniæ
locus, Libyllam appellabant, eo loco Prusias Hā-
nibalem diuersari permiserat. Qui tamen timens
regis leuitatem, domum extruxit, in qua præter
fores multos etiam cuniculos fodi fecit, vt per
diuersos exitus euadere ad tempus posset. Verum
cum intellexisset Hannibal procuratione Titi o-
mania custodiri: Soluamus, inquit, pereanni cu-
ra Romanos, & sumpto veneno mortem sibi con-
sciuit. Plerique Titum vt immitem carpebant,
qui in secem veluti deplumatam auem seuisset
vt simam inde sibi aliquam compararet. Non-
nulli tamen fuerunt, qui dicerent prorsus à sena-
tu missum, vt Hannibalis mortem curaret, non
autē sua sponte. Per reliquum verò tēporis Titus
nihil præter quàm quòd tranquillam egit vitam
domi militiæque dignum memoria edidit.

TITI COMPARATIO ad Philopœmenem.

Nisquam ad viriusque comparationem di-
uentum est, ex Græcis neminem reperimus,
qui pulchrioribus in Græciis meritis Titus sit
preferendus. Philopœmenes, quia concubito
ipse suis opem ferre non poterat, nauigauit in Cretam,
Titus reportata ex Philippo victoria, ciuitates vni-
uersas libertate donauit. Ille tamen longe plures Græ-
cos, quàm Titus Macedonas deleuit. Huius magna facti
ambitus;

ambitus, illius autem consentio. Alter ad iram facilius, alter inexorabili. Titus Philippo regiam dignitatem, & Aetoli gratiam restituit: Philopamenes, ira percitus, patria tributa ademit. Alter bene de se meritis constans stabilisque fuit, alter inchoatam iam gratiam ira facile dissoluit. Et dum acerbis quam par esset, in Messenios erumperet, pernicacia quadam vitam amisit: Titus contra omni consilio tuebatur imperatoris incolumitatem. Præliorum tamen multitudinem Philopamenes periclitum suam fecit spectatorem. Iste duobus duntaxat præliis adversus Philippum rem gessit, atque in Florentissimorum Romanorum potentia: ille declinante Græcorum imperio, nominis celebritatem acquisiuit. Et quicquid strenuè ab eo gestum est, privati fuit hominis: Titus communis fuit gloria. Ille bonis & fortibus præsur: hic bonos ac fortes fecit. Alter fortissima audacia, vastos dolo superavit: Titus ex subiectis & maiorum suorum inuentis victor evasit. Multa manu strenua gessit Philopamenes: Titus nulla, sed tanquam legato & duci honesta obuenerit. Ille non deteriora sane privati præstitit, quam Achaorum imperator Ex Messena Nabim tyrannum eiecit, & seruitute civitatem liberauit, Diophanem prætorem & ipsum Titum consulem Sparta auerit privati, Lacedæmonii pace reddita: & non solum pro legibus vixit, verum legibus utilitate vincente imperare didicit. Generosus & perbenignus in Græcos fuit Titus: verum generosior libertatis amore Philopamenes. Iis igitur discussis, animadvertendum est, si Græco homini imperatoria atque bellica artis coronam, & Romano iustitia ac bonitatis palmam reddiderimus, nos arbitrium recte facturos esse.

Forti vi-
ro nun-
quam e-
rumpen-
dum.



Aristides.



ARISTIDI Lyfimachus ex An-
riochide tribu, & Alopeceno popu-
lo, pater fuit. Et vtrum ei ampla satis
res domestica fuerit, an angusta, non
mediocriter variant scriptores. Qui
ab ineunte etate vnà cum Themistocle Neocles
filio educatus, natura, moribus & institutione
longè fuit dissimilis. Quippe ille leuis, callidus,
temerarius, & in omnes impetuofus: Aristides
constans, modestus, quietusque, à mendacio frau-
dèque alienus: Quorundam tamen etiam amoris con-
tentio eorum animos incitauit. Vterque enim
Stesilia Chia forma ac venustate primaria desi-
derio deperibat. Et quoniam status ille, quæ bo-
no ciui conueniret, Aristidi oblectamento ma-
ximè erat, plebs propterea aduersus eum Themis-
toclem gratia & studio prosequabatur. Ex quo
succenssi, studia sua continuo in republ. contu-
lere. Aristides, vt ad omnium studia iter sibi fa-
ceret, neminem iniuriis incessebar, aut quicquam
proferebat, quod mœrorem cupiam inferre pos-
set: veràm arbitrabatur probissimi cuiusuis offi-
cium fore, si vita honesta, oratione iusta ac recta
se tueretur, à qua non deflectere magnopere si-
tagebat. Eius igitur autoritatem Themistocles
sæpius infringere conatus est. Cui aliquando et-
iam Aristides libenter aduersabatur: & cum al-
ter alteri sic obsisteret, alta voce Aristidè dixisse
ferunt. Nisi Athenienses Themistoclem & me-
ipsum in barathrum coniecerint, eorum respub.
salua esse non potest. Erat præterea circa publica
ardentissimus, sed cum ad populum rogationem
ferret,

*Aristidis
natura.*

*Quantum
amicis
noceat
amor.*

*Aristidis
& Themis-
tocles
conserio.*

ferre
cau
esse
me
rat
clis
Nul
mor
tud
ne a
cer
cum
cul
ren
est, r
duo
des
ill
Ista
te,
Dun
plur
tes d
cta o
daru
ferre
ver
tutu
exp
Quo
rat,
Tum
Hæc
inqu
miser
laud

ferret, & maximè sibi fuisse adhibilatum, se reuocauit (licet plurimos in eam sententiam ituros esse cognosceret) ne repub. aliquid inde detrimenti caperet. Saepe etiam ea, quæ pro repub. fuerat commentatus, aliis attribuebat, vt Themistoclis altercatio per hunc modum præueniretur. Nulla tamen honoris elatione, aut depreffione mouebatur: verùm constans, ad vrbanas vicissitudines, nulla mercedis spe, aut gloriæ ambitione ad rempubl. se contulit. Fuit item æquitatis: accerrimus defensor, honestique amantissimus, & cum in iudicium quempiam vocasset, ac ab accusatione sese tuentem reum iudices interpellerent, assurgens Aristides, miti oratione precatus est, reum vt patienter audirent. Fuit item inter duos aliquando arbiter: quorum alter, vt Aristides de aduersario suo malè mereretur, pluraque illius maledicta in eum recessuit. Tum Aristides, Ista potius taceamus, inquit, quandoquidem de te, non autem de me iudicium sum facturus. Dum fisci quæstor esset, Themistoclem & quamplurimos reipub. bona in suum vsu peruerterentes declarauit: cum id ægrè ferrent accusati, fissa ob inuidiam in eum criminatione, repetendarum damnatus est. Quod cum optimi grauiter tendarum ferrent, non solum multationis ære liberatus, & paulò verùm deinceps ad idem munus iterum constitutus. In quo alia vtens ratione à priore diuersa post libexpilatores de publico locupletari patiebatur. Quos autem iam reipub. obnoxios esse compererat, ad reddendam rationem non compellebat. Tum ij omnes eum summis laudibus efferebant. Hæc cum videret Aristides, grauiter commotus, die coris inquit, Viri Athenienses (quod longè me piget vt virum miseretque) quanto apud vos improbis obsequi effugiam, laudabilius est, quàm publica conseruare? Quo- cur.

Mira in aduersarium beneuolentia.

Aristi. dei repetendarum, dānatus, ac paulò post libexpilatores de publico locupletari patiebatur.

Improbis sapientia obsequium die coris

niam dum integerrimè repub. administro, re-
petundarum iniuste postulatus sum: dum autem
expilatoribus publicis concedo, omni me præco-
nio honestatis. Et sic vehementius in huiusmo-
di furta inuectus, magnam integritati suæ lau-
dem astruxit. Fuit illud præterea illustre virtu-
tis argumentum, quando Darius Persarum rex
contra Athenienses cum exercitu vniuerso, circa
Marathonem se recepit. Nam dum satis super-
que rex Leontidem ac Antiochidem tribum vr-
geret, Aristides ac Themistocles è regione erum-
pentes barbaros in fugam verterunt: quibus fufis
cum Aristides in Marathonè pro custodia relin-
queretur, vt captiuos prædàmque seruaret, &
cum magna auri vis argentique ac vestimento-
rum omnium passim in tabernaculis & nauibus
à fugientibus barbaris relicta esset, neque ipse
quicquam contrectauit, neque ab aliis subuerti
passus est. Ob cuius facti laudem paulò post ma-
gistratui cuidam præfuit, ac magnam sibi glo-
riam comparauit. Quare cum virtutis cuiuscun-
que, iustitiæ & æquitatis apud populum suæ peri-
culù fecisset, & ad popularem vtilitatem semper
aduertisset (quanuis inops & plebeius) iusti cog-
nomen est assequutus, quod nemini antea fue-
rat impostum. Ex quo maximam habuit breui
inuidiam, Themistocle potissimum clamitante:
Aristidem velle sua illa forensi consuetudine,
sublatis iudiciis, sine stipatoribus regnum sibi
vindicare. His rebus & verbis ciuitas æstuans, &
rerù auida nouarù, quasi non Aristidis gloriæ in-
uidia, sed regni affectati suspicione eum Ostracis-
mo relegauit. Aristides odium miratus quosdã de
causa alloquitus est, nec tamen agnitus, hanc dã-
nationis causam accepit, quòd nimium iustus esset,
atque diceretur. Tum haud vterius loquutus in
exilium

*Mira im-
peratoris
continentia.*

*Regium
decus.*

*Iusti ri-
tus.*

*Aristi-
des Ostra-
cismo re-
legatur.*

exil
the
rum
rea
mar
risti
con
cess
vt i
vt p
bert
cret
Psy
Sala
cum
lato
que
ad T
rid
inde
suor
Quo
dece
class
tum
ris f
reft
me
dum
Mar
tum
ciam
rò M
ageh
mit
rexd

exilium abiit, atque decedens precatus est, ut Atheniensibus ita fauste feliciterque, ne in posterum Aristidis opus esset reminisci. Anno autem tertio post, Xerxe cum innumerabili exercitu tam mari quàm terra in Atticam irrupente fuit Aristides ab exilio reuocatus. Hic mox (ne vetus contentio, quæ inter se Themistoclemque intercesserat, Græciæ saluti officeret) cum eo pepigit, ut iniuriarum primò obliuio haberetur: deinde ut periculorum nihil horrerent, dum Græciæ libertati scirent se conducturos. Cùm itaque decretum fuisset, nauali prælio se tueri, Aristides Phytaleam insulam animaduertens in transitu Salaminæ sitam, hostium copiis esse refertam, eò cum nonnullis triemibus adnauigauit, ac collato Marte barbaros in fugam dedit, trucidauitque: ac Sandauces regis sororis filios tres viuos ad Themistoclem deferri curauit: qui Euphrantidis vatis iussu postea immolati fuerunt. Muniit inde Aristides extrema insulæ, adeò ut absque suorum interitu transeuntibus tutò insidiaretur. Quo in loco, quoniam maximis fuerat viribus decertatum, trophæum erexit. Fusa verò Xerxis

*Aristidi
trophæum,*

classe, Themistoclis consilium erat, Hellespontum petere ad pontem dissoluendum, ne barbaris facultas esset redeundi. Id verò cùm Aristidi rectum non videretur, quod tantus hostium numerus adempta fugiendi potestate ac decertandum cogi posset, factum est, ut Xerxes relicto Mardonio cum reliquiis exercitus Hellespontum traiceret. Et sic Aristides suo consilio Græciam à magna trepidatione liberauit. Interea verò Mardonius per legatos cum Atheniensibus agebat, sub spe potiundi Græciæ principatu, promittens auri argentique pondus eximium, ac reddificationem euerse vrbis, si à Græciæ defen-

*Digna
imperato
re senten
tia de au
ro.*

fione se auerterent. Lacedæmonij autem, ob hafce oblatas conditiones, veriti ne Athenienfibus derelinquerentur, etiam per legatos eis polliciti funt fe liberis ipforum vxor bñfque domos & alimēta fuppeditaturos. Quibus hac grauiſſima Ariſtidis ſententia reſponſum eſt, Athenienſes totius orbis auro non adduci poſſe, vt Græciæ libertati ſuum anteponant commodum. Mardonio itidem, tandiu Athenienſes cum Perſis eſſe decertaturos, quandiu contritos agros, ac demolitam urbem, ſacrāsque ædes vlti fuerint. Et cum iam Græciæ pars maior contra Mardonium ſe accingeret, Ariſtides Athenienſium Imperator electus eſt. Quare cum octo millibus ad bellum profectus, apud Plateas Pausaniæ cæteriſque Græcorum principibus ſe adiunxit. Ibi cum inter Athenienſes, Tegeatēſque de inſtruendis aciebus orta eſſet contentio, Tegeatibus multa de maioribus differentibus, Ariſtide verò grauiſſe pro Athenienſibus perorante, omnium Græciæ imperatorum ſententia, alterum Athenienſibus cornu delatum eſt. Interea ad Ariſtidem deferitur, nonnullos & maximos viros (inopes tamen bellorum aſſiduitate) rerum nouarum ardore in caſtris vna cum Tegeatibus ſeditionem excitare. Qui accepto nuncio, ne inſtina hæc lues in deterius ſerperet, Eſchinem Lampræum & Ageſiā Arcananium, coniurationis principes, cæteris dimiſſis ſupplicio affectit. Erant Græcorum omnium caſtra ad Citheronis radices, exceptis Megarenſibus, qui cum tribus militum millibus campeſtri loco caſtrametati erant. Ij cum ab hoſtibus vndique peterentur, Pausaniam per nuncium orarunt, vt ſappetias ferret, quo dubitante, & reliquis ob discriminis magnitudinem pugnam deſeruantibus, Ariſtides negotium ſibi ſumpſit, ac

Olym-

*Duo con
iuratio
nis prin
cipes ſup
plicio af
fecti.*

Oly
cios
ſimo
ter
dine
dæ
equ
Cui
ſecu
rint.
te co
ſtru
deſti
ab in
bi ex
Qui
pro
Mar
tuum
tra o
mam
perie
mē ca
(huic
nunc
quia
ri po
Tand
dorin
ſacris
tende
riſtide
ſociis
imper
fermē
dem p

Olympiodorum cum militibus trecentis ad socios Megarenfes seruandos misit. Quibus citatissimo cursu properantibus Mafistius equitum inter Barbaros præfectus, & magnitudine, fortitudine, ac pulchritudine mirabilis, cum in eos adactis calcaribus equum concitaret, collabente equo in terram præceps corruens, truncatus est. Cuius mortem Barbari tanto luctu ac dolore profecuti sunt, ut equos, mulos, ac seipfos totunderint. Mardonius interea commeatuum necessitate coercitus, omnino de rei summa decernere constituit. Postera autem nocte miles quidam clandestinè solus ad hostium castra penetravit, & ab iis qui pro castris excubias agebant, petiit sibi cum Aristide colloquendi facultatem dari. Qui vocatus, Alexander sum, inquit Macedo: & pro mea erga vos beneuolentia notum facio, Mardonium cras non bona spe, verum commeatuum inopia vobiscum collatis signis, licet contra oracula & omnium voluntatem, esse supremam tentaturum fortunam. Hoc non inuitus aperi: sed ut mei memineritis, ac rei vestræ optimè consulatis. Quo digresso, Aristides Pausaniæ (huic rerum summa demandata erat) omnia renunciauit. Hic autem habito consilio (præsertim quia hoc oracula ac vates commonebant) se tueri potius, quam bellum vltro inferre statuerunt. Tandem cum Mardonius grandi impetu eos adoriretur, instaretque acrius, Pausanias peractis sacris, quibus victoriam in manu futuram portendebatur, suos aduersus hostes stare iussit. Aristides itidem protestatione facta, ne a ferendo sociis auxilio prohiberetur, pro viribus hostium impetum sustinebat: cum quinquaginta enim ferme millibus sibi dimicandum erat. Quos tandem post ancipitem pugnam, in fugam dedit.

Alexander Macedonum rex, Mardonij voluntatem hostibus aperit.

*Mardo-
nius ab
Aristide
super-
atur.*

His ab Aristide & Atheniensibus fufis, cum Lacedæmonij barbaros intra vallum inclusos expugnare non possent, adueniente Aristide cum suis, magna edita strage, vallem occuparunt. Cum autem Mardonius ab Arimnesto Spartiata saxo vulneratus occubuisset, reliqui barbarorum in fugam se verterunt. Ex trecentis itaque millibus, quadragena vix euasisse ferunt. Profligatis hoc modo barbaris cum Athenienses in urbem se recepissent, Aristides plebi fauens ob res eo in prælio bene gestas, illius auctor fuit sententiæ, qua respubl. communis fieret, atque vt ex omni ordine magistratus deligerentur. Subinde quum Aristides cum Cimone belli gerendi gratia imperator missus esset, tanta æquitate & modestia se gessit, ac tanta comitate omnes allexit, vt Athenienses antea Græcis charos, longè omnibus chariores effecerit. Ob tantam integritatem fuit à Græcis summopere petitus, vt singulorum ciuitatum suo arbitrio censum moderaretur. Qui licet tantæ dominus esset potestatis (permiserat enim ei Græcia rerum omnium suarum arbitrium) non tamen elatior factus, verum remissior summa moderatione munus obiuit, nec vqua ab æquitatis officio declinauit, vt rei domesticæ, aut familiari inferuaret: verum si quid Reipubl. conducturum arbitrabatur, vel à naturæ suæ instituto discedebat. Et licet ciuitatem diuitis repleuisset, ipse tamen inopia sua lætabatur, triâque indutus lacerna in omnium luce versabatur, id quod maximum erat exiguæ facultatis indicium. Et propterea non minorem sibi gloriam ex diurna paupertate, quam ex tot partis trophæis vindicasse iudicatus est. Et cum nonnulli Calliam eius patrualem locupletissimum capitis reum fecissent, obtédissentq. in eum

*Græcia
modera-
tio Ari-
stide com-
missa.*

in er-
pera
& vs-
des
pauc-
Call-
niun-
tion-
port-
Peri-
te se-
sibi i-
ad p-
inim-
trem
inop-
non p-
dotif-
filio-
gri iu-
tidie
blica

N
tutem
verum
mani C

in eum crudelitatis crimen, quòd ab Aristide opera & fide sapissimè adiutus ei nunquam, filius & vxore grauato, fuisset adhuc liberalis. Aristides ita vrbane de sua dissertuit paupertate, vt pauci fuerint qui potius Aristidis egestati, quàm Callia diuitiis non æmularentur. Fuit etiam omnium Atheniensium (vt Plato inquit) admiratione & laude dignissimus: qui longè diuitiis, non porticibus, non deliramentis (vt Themistocles, Pericles, & Cimon) sed solida ad Rempub. virtute se contulit. Et tam humaniter Themistoclem sibi inimicissimū sustinuit, vt cum maiestatis ille ad populum arcesseretur, nò verbo ei, nec opere inimicè fuerit aduersatus. Diè tandem obiit extremum: quo loco, variat historia. At tamen adeò inops, vt ex domestico sumptu iusta ei persolui non potuerint. Ex curia etiam filias ferunt cum dotibus maritis fuisse traditas. Lisymacho itidem filio argenti minas centum, & totidem confiti agri iugera populus dono dedit, adiecitque quotidie drachmas quatuor, ob paternam in rempublicam merita.

Aristidis pauperas & reip. beneuolentia erga filios.



Cato Maior.

MARCVM Catonem Tusculanum, Marco patre natum fuisse constat. Is circa Sabinos in agro paterno antea quàm ad militaria munia, aut ad Remp. se conferret, vixit. Cui ob virtutem Cato cognomentum fuit. Non enim Cato, verum Priscus antea vocabatur. Illum sanè Romanī Catonem appellabant, qui multarū rerum

Cato vir eius cognomen cum.

vsu præstaret. Subruffus præterea fuit, & glaucis oculis. Laboribus autem militaribus, & viuendi ratione corpus sibi validum robustumque effecit. Grauis etiam sua erat oratio: & cum per vicos castellaque se dicendo exerceret, nemini operam denegabat. Ex quo in disertissimum discipulatorem & eloquentissimum oratorem euasit: tanta deinde morum grauitate & animi magnitudine claruit, vt omni eum veneratione omnes dignum censerent. Adhuc adulescens etiam prima meruit stipendia, multaque tum temporis aduerso corpore vulnera suscipiens talem se præstitit, vt in stataria pugna immobilis, manu potens, oculis minax, verbis vocisque asperitate terribilis esset & haberetur: quibus sanè rebus maiorem plerunque terrorem quam esse hostibus incutebat. Vrebat autem in castris aqua, aut accersit, si quando æstu sitive afficeretur, cæterum si à pristinis viribus defecisset, corpus vt vegetaret, leuissimum vini interdum delibabat. Cum usculi pauxillum interdum delibabat. Cum sæpe contemplatus esset Cato Marci Curij vitam, frugalitatemque ac modestiam, qui etsi tertio triumphasset, ædículas tamen inhabitans, agellum fodiebat, ac rapis plurimum vesceretur, talem viuendi maximè laudans formam. Ex quo in opere faciundo accuratior factus, luxum ex omni parte circuncidit. Nearcho Pythagoræo philosopho familiariter vsus est, à quo complura huius generis accepit. Senior etiam Græcas didicit literas, ac ex Demosthene Thucydideque commentarios confecit. Erat iisdem temporibus primarius in vrbem, tum genere tum potestate, Valerius Flaccus, qui audita Catonis viuendi moderatione, & orationis grauitate, & quòd hyeme tunica demptis manicis vteretur, in æstate verò nudus labere cõseruis certaret, cum ad

Cato disertissimus orator.

Catonis continentia.

Cato senio confectus greecas litteras amplectitur.

rem;

rem;
ei d
mili
run
quo
mor
cens
cùm
sum
guer
tem
minu
liger
retur
farur
cum
bus
fultè
lis p
senat
defen
mam
ex be
ne pu
Dem
centu
impe
Sape
non v
ri cor
cipia
preca
vt qui
fuleret
dum in
meatu

rempub. attingendam horratuſ eſt, ac multum
 ei dignitatis contulit. Quare primùm tribunus *Valer.*
 militum mōx quaſtor factuſ. Et adeò in poſte- *Flaccuſ*
 rum eluxit, vt Valerio comes etiam fuerit. Fabij *Catonem*
 quoque Maximi cōſuetudine delectabatur, cuius *ad Reip.*
 mores & vitam pro virili parte ſibi imitandam *munia*
 cenſuit. Hinc Scipioni aliquando obſtitit. Et *horratuſ.*
 cūm in Africam quaſtor miſſuſ fuiſſet Cato,
 ſumpruſ & largitioneſ ei긯 in exercitum ar-
 guens, in illum graunter locutuſ eſt: quòd mili-
 tem deliciis & voluptatibuſ eſtēminatet. Et quia
 minus egere ſe reſpōdit Scipio quaſtor. Et tam di-
 ligenti, verūm eo qui plenuſ ad bellum veluſ age-
 retur, rerūmque geſtarum potiuſ quām expen-
 ſarum rationem quaereret, propterea Cato vnā *Cato &*
 cum Fabio, frequenti ſenatu & magnis clamori *Fabiuſ*
 huſ in Scipionem inuectuſ eſt: quòd nimis incon- *Scipionē*
 ſultē iuuenilitérque in paleſtris ac ſpectacu *accuſant.*
 liſ publicum aſ effunderet. Propterea viſum eſt
 ſenatu, plebiſ tribunoſ ad eum dimitti, vt ſi qua
 deferebantur, vera comperiſſent, Scipionem Ro-
 manuſ ſecum ducerent. Scipio autem victoriā
 ex belli apparatu oſtendens, ab hac ſe accuſatio-
 ne purgauit. Cato enim eo tempore Romanuſ *Cato Ro-*
 Denoſtheneſ appellabatur: nec propterea pluſ *manuſ*
 centum drachmarū veſtem ferebat, aut conſul & *Demo-*
 imperator alio vino, quā operarij utebatur. *ſtheneſ*
 Saepē pulmētum in cōenam aſſibuſ triginta emit, *appella-*
 non voluptatiſ gratia, verūm vt in labore milita- *tur.*
 ri corporiſ vigor aſſeruarietur. Et quoniam man-
 cipia ſenio conſecta ceu inutilia vendebat, pro-
 pterea viſuſ eſt ab humanitate non nihil alienior,
 vt qui potiuſ vtilitati quā naturæ cōmuni con-
 ſuleret. Fuit tamen tantæ moderatiōniſ, vt inter-
 dum imperator, pro ſui contubernaliūmque com-
 meatu non ampliuſ quā tres tricici medimnoſ

Atticos, & in singulos dies iumentis vnicum & dimidium ordei medimnum acciperet. Prætor etiam in Sardinia, per parsimoniam à cæteris longè differre visus est. Quippe alij tabernaculis, lectis, vestimentis, & multis seruis graues erant: ipse sine rheda vrbes adibat, & vno tantum comitatus ministro, vestem & cymbium deferente, quocum sacrificaret. In iis ergo tenuis fuit: subditis verò facilis, & ad ea, quæ ad iurisdictionem suam pertinebant, grauis & inexorabilis. In imporio seuerus & integer. Oratio quoque eius non naturæ dissimilis fuit, in qua grauitas comitate, iucunditas terrore, & austeritas erat: salubritate resperfa: & in qua nulla dicendi amœnitas, verum quoddam satyricum carpendi genus, seruis & sententiarum præstantia præditum, elucebat, veluti in iis, quæ interdum in Romanos importunè tumultuantes, in hunc modum protulit. Difficile quidem est Quirites, ad ventrem auribus carentem verba facere. Rursus, cum ciuitatis mores increparet, ait: Rempublicam illam saluam esse non posse in qua pisciculus pluris quàm bos veniret. interdum mutis Romanos pecudibus cõparabat, quæ nemini singulæ parerent, vniuersæ autem principem sequerentur gregis: sic Romanos priuatim consulere neminem, frequètes autè coactos, æquo se agi permittere animo. Hæc etiam de vxoria potestate orsus est: Omnes homines vxoribus imperans, nos omnibus hominibus, vxores autem nobis. Consulebat utique Romanis, vt studiis & exercitationibus in conferendis honoribus fauerent, non autem purpuræ & deliramentis, vt eorûm adolescentes ad ea se conuerterent, quæ honore & laude digna viderentur, vt si quando virtutis cõmendatione ad alta peruenisset, ne ad deteriora liberentur: sin autem improbitate euassissent.

*Arguta
Catonis
censura.*

*Pulchra
Catonis
Apophtegma-
ta.*

*In confe-
rendu
magistra-
ribus stu-
diis non
purpura
fauendû.*

celli-

celsiores, ut ad meliora se referret. Mater quædã
 filium habebat non rectè viuentem, tamen ut si-
 bi superites esset Iouem precabatur. Hoc Cato,
 inquit, execrari potius est, quàm orare. Vendit
 quispiam paternum fundum mari adiacentem,
 illum pelago violentiorem. Cato fuisse dicebat,
 quoniam quod pontus vix allueret, ille mox ab-
 sorbuisset. Magnam sibi constasse se dicebat in-
 uidiã, quia domesticis rebus omissis, publicis
 inuigilaret. Attamen malle se assererat gratia
 priuari, quàm ex benefactis mereretur, quàm pœ-
 nam non dare malefactorum. Delegerat senatus
 in Bithyniam legatos tres, quorũ vnus podagra,
 alius capitis vulnere, tertius vecordia laborabat:
 tum subridens Cato, Romanæ reipubl. inquit,

*Detribus
 Romano-
 rum in Bi-
 thyniam
 legatis.*

legatio nec pedes, nec caput, nec cor habet
 Illis adolescentibus se delectari aiebat, qui rubore
 potius quàm pallore notarentur. Et contra
 milites illos odisse, qui manus inter eundem,
 pedesque conflictum agitant, vel qui stertendo
 longius quàm inclamitando exaudirentur. Cum
 in pinguem inuheretur, illum, inquit, ciuitati
 esse infructuosum, qui inter guttur & inguem
 cuncta sub vètris ditione depotuisset. Libidinoso
 etiam euidã familiaritatem denegauit, quoniam
 palato subtilius quàm corde sentiret. Et qui

*Amori-
 bus obno-
 xius, ex
 aliena vi-
 ta pedes.*

*Rerum
 trium Ca-
 tonem pœ-
 nitabat.*

Quia maledicere peiusque audire consueuisti, &
 ea mihi incognita sunt, ideo non eadem mihi est
 tecum altercandi conditio. Fuerat in Hispania
 cõsul designatus, collega Valerio Flacco: & cum

sibi ab hostibus timeret, Celtiberos mercede cōduxit, quod cū ceteri haud tolerandum esse censerent, barbaros tutelæ causâ conduxisse, respondit. Si vicerimus ex hostium spoliis faciam satis: sin minus, nec repetentes, nec à quibus repeti possit, aderunt. Et cū feliciter pugnatum fuisset, omnium virbium mœnia, quæ intra Bæthim amnem fuerant, vno die solo æquari fecit. Ipse quoque gloriabatur, plura se oppida cepisse, quàm in Hispania egisse dies. Quæ cū quadraginta fuerint, ea non sanè iactantia, sed veritas

Cū bonis fuit. Et cū ex ea victoria nonnulli locupletati
fariis de fuissent, nihil ad se peruenisse asfirmabat, maluit
virtute, enim cum bonis viris de virtute, quàm cum a-
quam cū uaris de quaestu contendere. Et propterea seruos
quaris de suos totius prædæ expertes esse voluit, ij quinque
quaestu cō fuerant: quorum vnus (cui Pacho nomen erat)
rendendū puellos tres ex captiuis emit: & cum Catonem
 id res. isse cognouisset (tanta eum veneratione
 prosequēbatur) pudore affectus, mortem sibi
 cōsciuit. Reliqua prædæ Cato vendidit, præ-
 eūnque in ætarium retulit. Erat autem ad-
 huc in Iberia, cū ei Scipio successit, & quo-
 niam Fabio Maximo fauebat, fuit Scipioni in-
 uisus, Attamen senatus ex iis quæ à Catone con-
 stituta fuerant, nihil abrogari minuiue passus
 est. Triumphauit itaque Cato, & aliud viuendi
 genus instituens, non ad ocium & voluptates
 conuertit, verum vt reipub. ornamento, ciuibus
 vsui, amicisq; cōmodo esse posset. Et propterea
 Tyberio Sempronio consuli circa Istrum & Thra-
 ciam exercitum dūcenti, Cato legatus magno
 fuit emolumento. Tribunus etiam militum cum
 Manlio aduersus Antiochum regea fuit. Cor-
 inthios, Patrenses, ac Aeginenses, Romanis ascri-
 uit. Cūque postea præsidio maximo rex An-
 tiochus

tioch
 dedo
 to n
 flu
 The
 max
 atq
 dias
 rato
 Mar
 ces
 pat.
 den
 te.
 nes
 suor
 lum
 pul
 vid
 est,
 ciis
 bell
 tem
 est.
 quo
 fum
 mur
 enin
 loco
 ret:
 mur
 tam
 repu
 uit.
 Car
 fuill

tiochus Thermopylarum angustias muniisset, a-
 deò vt consul iam de victoria desperaret, tum Ca-
 to noctu per montium prærupta & iuuos profe-
 ctus saltus, tandem illucescente die, & superatis
 Thermopylarum asperitatibus, hostes à tergo
 maximo clamore & tubarum clangore inualit,
 atque primus stricto ense in speculatorias custo-
 dias seuiciens, hostes nil tale expectantes, & inspe-
 rato impetu trepidantes vndique deturbauit.
 Manlius igitur audito clamore, ex inferiori fan-
 ces occupat, munimenta dispergit, hostesque disti-
 pat. Interea Antiochus os saxo ictus, excussis
 dentibus præ dolore equum auertit. Quo fugien-
 te, ceteri per ancipites vias limosasque voragi-
 nes terga dederunt. Cato hac victoria adepta,
 suorum gestorum non parcus præco, Rom. popu-
 lum asserebat longè magis sibi quàm se Rom. po-
 pulo debere. Consul quoque ardentem adhuc ex
 victoria Catonem amplexus, læta fronte testatus
 est, urbem Romam pulcherrimis Catonis benefi-
 ciis esse semper obnoxiam. Hæc ferè in rebus
 bellicis à Catone egregiè acta sunt. Reliquo verò
 tempore improbos censoris iudiciis insecutus
 est. Anno enim X. post consulatū censor fuit. Et
 quoniam ea dignitas imperio & potestate erat
 summa, nobilissimus quisque ei maximè in huius
 muneris petitione aduersatus est. Videbatur
 enim nobilitati plurimum decedere, si humili-
 loco natus supremum dignitatis gradum obtine-
 ret: tum quia viri autoritas, censoria autoritate
 munita inexorabilis futura videbatur. Populus
 tamen Rom. cunctis principibus & popularibus
 repulsis, cum Catone Flaccum censorem designa-
 uit. In quo munere magno sæpe in discrimine
 Caro versatus est. Quinquagies dein ei dictum
 fuisse dicunt. Sed ille non propterea desti-

*Sapiens
 Catonem
 consilium*

*Roma Ca-
 toni plus
 debuit
 quàm Ro-
 ma Cato.*

*Cato cen-
 sor.*

tit, quin nonagenarius Seruiliū Galbam in iudiciū traheret. Sic Africano fuit ſemper inſenſus. Et in Scipionem vſque minorem inimicitias exercuit: ac plures ſenatoria dignitate deiecit.

Quorum vnus fuit, L. Qu. Flaminius, qui ſeptem annos conſularis fuerat. Deiecit autem hunc ob exoletum quendam, qui cū nunquam hominem obruncari vidiffet ſe diceret, vt eius deſiderio Flaminius morem gereret, illo ſpectante

Gallum quendam ſuis iugularat manibus. Manlium quoque virum clariffimum, quia interdū

*Vxorē etiam ſuam dā-
nat Cato.*

præſente filia vxorē diſſuauiauit, ſenatoribus exemit. Ipſe quidem ſumptuoſos apparatus, mulierum ornatus, & quicquid ſuperflui luxuries induxerat, recidit. Superuacaneæque ſupellectilis cenſum auxit in decuplum, vt à luxu vaniſque

Catonis cenſura in ſumptu immodicos & mulierum ornatus.

homines imperiſis deſiſterent. Et quanuis Titus Flaminius, & tribuni tunc plebis, in apparatus basilicæ (quam ære publico Cato ædificans, Porticiam basilicam appellauit) magnis altercationibus ei fuerint refragati, populus tamen mirum

in modum Catonis cenſuram veneratus eſt, ei que ſtatuum in templo conſularem poſuit, his inſcriptam verbis. Rempub. Rom. iam in deterius lapſam Cato cenſor pulcherrimis præceptis ad priſtinum decorem reſtituit. Gaudebat vtique ſi

quando quiſpiam reprehensus quoddam recto deſlexiſſet, Catonem non eſſe reſponderet. In maximis ſemper tempeſtatibus cum reſpublica conſulebat, obſernabat, venerabatūque. Fuit præter in filios pater optimus, in vxorem frugi:

Catonis mira religio in vxorem & liberis.

aſſerens haud ſecus multandum eſſe qui vxorem aut filios verberibus aſſeciſſet, quam qui in deos manus intuliſſet. Illūque maiori laude celebrandum, qui erga vxorem, quam qui erga ſenatum bene ſe geſiſſet. Socratem

in hoc

In hoc
xore
man
diu
gnu
teras
In ca
tura
eder
uit.
quā
omn
phil
Mon
nus c
com
corp
in pr
prop
filio
parte
scrib
duer
eam
admi
perſp
hac
catus
tus fil
ſimē
tua b
rām
cui m
Nunq
Luew
ſed

In hoc vno veneratus est, quod contumacem uxorem insanosque filios, ad vltimum vsque humanissime pertulerit. Ipse quoque filium erudiuit, licet seruum grammaticum haberet. Indignum enim existimabat, filium aliquanto ad literas tardiusculum, à mancipio corripì debere. In castigandis sanè seruis curiosus erat. Agricultura adeò delectatus est, vt de ea quoque librum ederet. Vario quæstus genere diuitias cumulauit. Et qui rationes suas ampliores relinqueret, quàm accepisset, diuinum id appellabat. Græcos omnes ita odio habuit, vt Græcam doctrinam, philosophos & medicos maledictis insectaretur, monebatque filium, vt huiusmodi hominum genus declinaret, & ne eorum opera vti cogeretur: commentarios de medicina reliquit. Ipse verò corpore fuit robustissimo, sed libidinosus: quod in primis senectuti turpe. Nam decrepitis iam propè, tamen mulieribus utebatur. Quod cum filio innotuisset, ac ille grauius id ferret, nulla ex parte quæstus est Cato; verùm accito Salonio seriba, sciscitatus est, an filiam marito iungendâ dueret: qui cum ita respondisset, petiit nunquid eam sibi vellet tradere. Salonius tum primùm admiratus, deinde Catonem serio loquentem perspicuens, libenter ei filiam despondidit. Filius hæc vbi rescuit, patrem conuenit, veniam precatus est, si quid in eum cõmisisset, quo ipse iratus sibi noueram induxisset. Cui Cato humanissime respondens: Omnia (inquit) tibi charissime tua bene: & nihil est, quod tibi succenseam: verùm huius rei consilium respub. mihi prauit, cui multos persimiles tui ciues relinquere cupio. Nuaquam præterea à publicis muneribus, vt L. Lucullus, Metellus Pius, & Scipio, se abdicauit: sed decoram ætatis suæ iam senescentis eoga

*Cato agrì
cultura
studiosus*

*Senectuti
libidini ob
noxium.*

Caro etiā
senex nū-
quam o-
ciſſus.

rempub. fidem ostendens, rebus publicis semper intendit. Et cum vacuum tempus dabatur, orationes & historias scribebat. Cernas præterea in agro sapius instituit, æqualibus & vicinis etiam, non solum familiaribus, cum magna presentium delectatione. Illos enim efferebat, qui de repub. bene erant meriti, eos itidem detestabatur, quorum beneficia in patriam nulla erant. Extremum autem ex memorabilibus factum eiusdem fuit, Carthaginis eversio. Quæ tametsi & manu & Scipionis minoris opera diruta fuerit, Catonis tamen consilio, persuasione, & rationibus bellum ceptum est. Et propterea tertij & vltimi Punici belli Cato author fuit. In cuius quidem principio senio confectus naturæ concessit, Catone cognomento Salonio, ex posteriore vxore filio superstiti. Qui dum imperator esset, mortem obiit. Prius autem filius ex vxore prima iam decesserat.

COMPARATIO ARISTIDIS ad Catonem.

Vere in hoc isti duo illustres viri cõformes, quod sua virtute, non maiore stemmate, aut opibus commendati ad repub. accesserunt: verum Aristides ignobilibus adhuc

Ignobili
loco Ari-
stides &
Cato vri

Athenis claruit. Cato autem ex paruo municipio, amplissimam ingressus est repub. Aliud item fuit, Themistoclem habuisse inimicum, non genere aut fortuna insignem: aliud, cum Scipionibus, Seruiis, Galbis, Quintiis, Flaminijs pro summo loco decertasse. Aristides apud Marathonum Plateasque vnus ex decem imperatoribus fuit. Cato secundum & consul & censor. Aristides in re nulla magnifice gesta primas habuit partes: Cato imperator in Hispania manu & prudentia omnib. anteit. Circa Thermopylas cum Manlio, illius causa

causa fuit victoria. Aristides ob factionum studia exulavit, tametsi primoribus plurimum inuisus: Hoc ad extremum tamen usque liberum se servavit: & non minus prudenter in publicis, quam in privato & domesticis rebus se gessit: nam frunx auxit, & de re domestica atque rustica precepta dedit. Aristides Aristida semper egenus, posteris nec fortunam nec dignitatem reliquit, neque filiabus de dote, neque de funere familiari sibi procuravit. Catonis proles ad quartum usque geparium sonus imperis & consularis & dignitatibus excelluit: licitus. Aristidis res gesta nihilominus Græcis maximo bono, Catonis verò imperio populo Romano nullius ferme momenti fuisse. Nec Antiochus Xerxi comparandus est: nec etiam tot orbium mania à Catone solo equata, cum tot millibus terrestri nautique pugna trucidatis conferenda. Aristides gloriam & coronas quem admodum operi aspernatus, animi magnitudine omnibus fuit superior. Caro contra primum sibi in omni virtutum genere locum ipse tribuit, tametsi in quadam sua oratione, non minus deforme esse dixerit se laudare, quam vituperare. Aristides Themistocles socius, eius principatum quasi stipator quidam tutatus est. Cato Scipioni semper refragatus, illius imperium in bello Punico suis calumniis penè corrupit: demum etiam è civitate eiecit, ac plurimos senatores honoribus spoliavit. Aristides denique fuit in continencia Catonis persimilis, verum ultima Catonis nuptia, non parum turpitudinis habuerunt, quando post alias consuetudines, in firmi quoque hominis filiam sibi uxorem, filio autem nonercam inuocit.

Laudare se non minus deforme quam vituperare.



Timoleon.



*Timoleon
nis erga
fratrem
beneuo-
lentia.*

*Magnus
honor ma-
gri exhi-
bitus.*

TIMOLEON Corinthius claris
ortus est parentibus, patre Timadi-
mo, matre Dimaristia: fratrem habuit
Timophanem natu maiorem, sed
omnino sibi dissimilem, ingenio ta-
men ad tyrannidem ardentissimo. Quem cum
animo esset audaci, & in obeundis periculis in-
trepido, Corinthij sibi ducem militarem præ-
fecerunt. Timoleon fratris dignitati apprimè fa-
uens, vitia eius, quò minus perspicua essent, tege-
bat atque dissimulabat. Et in bello contra Argi-
uos Pleoneosque, cum equitibus Timophanes,
peditibus ipse præset, excussam ab equo fratrem,
& ab hostibus penè oppressum, Timoleon multis
etiam telorum ictibus æger abactis hostibus ser-
uauit. Timetes rursus Corinthij inimicorum in-
fidias, Timophanem quadringentis militibus præ-
fecerunt: cum quibus dum tyrannidem exercebat,
Timoleon id ægro ferens animo, ubi terque qua-
terque fratrem monuisset, ille verò ut cæperat, per-
geret, duobus ex eius necessariis accitis, incautum
ferro superauit. Quod facinus tametsi ab oprimo
quoque laudibus honestaretur, ubi matri Timo-
leon displicuisse intellexit, tanto dolore angeba-
tur, ut mori libentius quàm viuere vellet. Quare
à rep. hominumque cœtu se abducens, per agros
& deserta solus XX. ferè annis versatus est. In-
terea Syracusani à Dionysio tyranno immanis-
simè oppressi, diutius seruitutis iugum ferre non
valentes (quàmuis lætè Leontinorum principè
ducem sibi præfecissent, quoniã Carthaginenses
in Siciliam traecturos intelligebat) à Corinthijs
etiam

etiam per legatos auxilia petierunt. Quibus optime respondens, dum frequenti senatu de imperatore Corinthi decernitur, Timoleon summo omnium consensu delectus est, nec quicquam ad hanc expeditionem necessarium a republica Corinthia recusatum est. Icetes interea, qui expulsus Dionysio tyrannidem sibi parabat, timens ne Corinthiorum praesidia prius in Siciliam traicerent, quam sua ipse optata perficeret, Corinthios per literas monet, ne in Siciliam transfrent, quoniam a Carthaginensibus mare custodiretur: tum quia cura eis societatem Dionysius iam iniisset, & propterea eis non tutum esse eò annavigare. Corinthij his speretis literis Timoleonem solvere iusserunt. Qui cum Delphos traiecisset, & diuina celebraret, accidit novo quodam miraculo, ut de donariis suspensis, vitta quaedam coronis ornata supra caput ipsius sponte deflueret, tanquam ad res bene gerendas, & ad futuras victorias a deo coronatus videretur. Quo omine Timoleon laetus, cum decem nauibus prospero cursu in Italiam delatus est. Vbi Icetem audiuit Dionysium ex vrbe Syracusarum in arcem pepulisse, ac iniisse cum Carthaginensibus societatem: eo nuncio etsi animo angeretur, tamen Regium profecit, cui mox Carthaginensium legati obuiam profecti, multum persuadere conati sunt, ne ulterius iret, sed pedem referret, Timoleon honeste dissimulans forte se facturum, nocte intempesta cum classe Taurominium Siciliae oppidum applicuit. Syracusani ea tempestate magnis curis distorquebantur, quoniam Icetes maiorem vrbis partem, Carthaginenses portum, Dionysius vero arcem occuparat: & ideo in Timoleonis praesidio qui mille duntaxat militibus imperaret, sperare se satis haud posse confidebant. Ceterum cum

Adranitæ in accipiendis præsidis diffident (nā eorum pars Icetem, pars sanè Timoleonem accersebant) uterque cum copiis ad oppidum accelerabat. Et cum prior Ictes cum quinque militum millibus vrbi appropinquasset, iussit milites refici, vt cum res ingrueret bellum promptiores susceperent. Timoleon autem cum mille & ducentis militibus posterior accedens, & de Ictecertior factus, suos hortatus est, vt hostes incautos somnòque deditos inuaderent. Qui cum di-

Suos hortatos somnòque deditos inuaderent. Qui cum di-

cto audaciùs obtemperarent, insperato & tanto impetu hostes deturbarunt, vt trecentis caesis, & his

totidè captis, ceteros in fugā verterint. Post hæc victoriã Adranitæ referatis portis Timoleonẽ sũ-

mo cum honore susceperunt. Ceteræ etiam ciuitates libentiùs Timoleoni sese dedidere. Mamer-

cus simul Catanæ tyrannus cũ Timoleone societatem fecit. Dionysius autem, audita Ictetis pro-

figatione, & Timoleonis virtute, arcẽ ei potius, quam Ictetis tradere deliberauit. Et propter ea mis-

it Adranum ad Timoleonem legatis, si salutis fidem sibi daret, arcẽ, supellectilem, & quicquid

bello vsui esse potest, cum magno equorum numero, & militum duobus millibus, & telorum

multitudine, atque cum vniuersa machinarum mole, obtulit se daturum. Tanta enim armorum

copia Syracusana erat in arce, vt ex ea septuaginta hominum millia potuissent armari. Timoleon

itaque arce, omnibusque potitus, Dionysium ex Sicilia Corinthum transmisit. Qui paulo antè

tyrannus, tunc quidem Corinthi in myropolio sedit, & cum mulierculis obsonia condentibus

altercari solitus est. Timoleon autem hac tam bona vsus fortuna, intra quinquaginta dies, quibus in Siciliam traiecit, Syracusarum arce potitus est, Ictes verò deinceps omni conatu arcem

obsedit

obse
tur,
sit, v
ibi
fate
ense
quæ
dicit
petr
terin
mini
mine
nos
nio
mini
vene
ad p
mole
pitia
teus
Cart
cersu
tum
Syrac
Corin
angul
uiculi
dedit
intell
tis qu
tur, ac
runt.
præra
agere,
alios f
que ci

*Adran
du in ar
ce armo
rum nu
meru.*

*Misera
Dionysii
fers.*

*Ictu in
fidia in
Timoleo
nem.*

obsedit, & ne Corinthiis commeatus adueheretur, obstitabat. Deinde satellites duos Adranū misit, ut per insidias Timoleonem tollerent. Agebat ibi tum fortè cū Adranitis sacra Timoleon, cū satellitum alter, unū ex Timoleonis sociis stricto ense trāsfordit, & protinūs in altissimam petram, quæ ibi erat, euasit: alter amplexus aram, cuncta dicturum se pollicitus, veniam si exoraret, eā impetrauit, Ictis arcana reserauit, Trahentibus interim plarisque eum, qui petram ascenderat nemini ille exclamat iniuriam fecisse se, verūm hominem occidisse, qui patrem suum apud Leontinos necauisset. Quæ res, cū multorum testimonio esset comprobata, hominem Corinthij decem minis donauerunt: quoniam Timoleonis numen veneratus, eadē quam antea animo destinasset, ad priuatam postea causam cōuertisset. Hinc Timoleonem ut pium sanctūque virum diis propitiantibus coluerunt. Ictes autem animaduertens sibi nihil ex sententiā successisse, inita cum Carthaginensibus societate, Magonem ducē accersuit. Qui centum & quinquaginta nauibus portum occupans, cum sexaginta millibus millium Syracusas ingressus, in vrbe castra posuit. Erant Corinthij, qui arcem tuebātur, in maxima victus angustia: & nisi Timoleon ex Catania paruis nauiculis clam aliquando victum suppeditasset, ad deditionem venissent. Quod cū Ictes & Mago intellexissent, rati posse Cataniam adipisci, sumtis qui virtute bellica cæteris præstare videbantur, ac solutis ex portu nauibus. Cataniam petierunt. Tum Neon Corinthius Syracusanæ arcis qui præerat, videns hostes in ciuitate tuenda segniter agere, eruptione in urbem facta, alios trucidauit, alios fugauit, alios ad deditionem compulsi, atque ciuitatis partem, quam Acradinam vocant,

*Paterna
causa vim
dicta cō-
probata.*

*Indecora
Magonis
fuga.*

*Syracusæ
recepta.*

frumento & rebûs omnibus affluentem, in suam potestatem redegit, muroque eam circumdans arci adiunxit. Interea Timoleon noua suscipiens à Corintho præsidia, structis ordinibus cum quatuor millibus Syracusas ire properabat, Mago huius rei certior factus, tanta formidine trepidauit, ut spreto Iceris precibus in Libyam cum viuerfa classe turpiter aufugeret. Timoleon audita Magonis fuga, hominis pusillanimitatem deridens, copias vrbi propius admouit. Iceres autem tristis abitione Magonis, tum etiam Timoleonis aduentum reformidans, securius sibi futurum existimabat urbem relinquere, quam fortunæ vicissitudinem solus experiri. Fugiente igitur Icere, Timoleon urbem adeptus est: & arcem illam mirabilem munitissimamque cum tyrannorum ædibus atque monumentis, tanquam tyrannidis receptaculum, solo æquari fecit: statimque popularem induxit, ac forum quo iura dicerentur erexit. Urbem deinde miseratus, ciuibus propter crebra bella & tyrannorum oppressiones vacuam, ut habitatoribus repletur, Corinthiis scripsit, ut ex Græcia Syracusas coloniam mitterent. Ipseque interea accitis ex Sicilia & Italia exulibus, & omnibus Syracusis agere volentibus (fuere enim ad sexaginta hominum millia) urbem incolis repleuit. Quo tempore etiam à Corinthiis ad decem millia ciuium venerunt. Constituta sic vrbe Syracusana, desiderans Timoleon vniuersam Siciliam à tyrannis liberare, tum primum Icerem apud Leontinos priuatè viuere coegit. Leptimumque, qui Apolloniam & oppida multa per tyrannidem occuparat, deuictum, exportari Corinthum iussit. Dimarchum atque Dimaretum aduersus Carthaginenses misit.

Qui

Qui cum multas ciuitates iam ab eis deficere cogissent, Timoleoni nunciant, Carthaginenses cum septuaginta millibus militum, triremibus ducentis, & cum nauibus pluribus aduersus Siculos esse breui nauigaturos, Timoleone hoc nuncio ad expeditionem & defensionem se accelerante. Syracusani ob tantam copiarum multitudinem non solum trepidi, verum exanimis facti, Timoleonem detestabantur quasi mente captum, qui cum quinque millibus militum, & equitibus mille, contra septuaginta armatorum millia concurrere tentaret. Timoleon autem animo semper alacriore, militum animos ad victoriam mirabiliter incendebat. Quibus feruentibus, ad Crimessum fluuium, quod Carthaginenses venturos audierat, exercitum direxit. Et arrepto colle amni contermino, castra locauit. Dum autem haec agerentur, hostium copiae fluuium attingisse iam visae sunt. Erant exercitus duces Hasdrubal & Bombar, quibus fluuium transire properantibus, Timoleon Dimarchum quidem iussit ut sumptis militibus, antequam vniuersa multitudo traiceret, in hostes audacter irrueret, illosque transeuntes disturbaret. Ipse autem colle descendens, instructis cornibus, & terribiliori voce quam alias usquam usus esset, intonans, suis signum dedit, atque a fronte, a lateribusque, tanto impetu Carthaginenses tum armis tum longioribus scutis, ac vestimentorum sinu impeditos, pulsauit, ut caesis decem millibus reliquos in fugam verteret. Fugatis igitur hostibus castris etiam paulo post positus est. In quibus mira auri & argenti vis reperia est, adeo ut de reliqua suppellectile mentio non haberetur. Nam ex captiuis in medium relatis, quinque millia fuere: currus autem ducenti capiti thoraces auro argentoque praestantissimi mil-

Carthaginiensium summa collecta potentia in Siculos.

Duces exercitus duo.

Timoleonis victoria aduersus Carthaginenses fluuium cum traicere, Spolia clarissima.

le, scutorum decem millia pro Timoleonis tentorio, ad nobile spectaculum suspensa erant. Timoleon autem, quicquid armorum præstantiorum habere potuit, cum victoriæ literis Corinthum transmisit. His igitur peractis Syracusas rediens, milites mille, qui ab eo ante prælium secesserant, è Sicilia eiecit. Interea Ictes & MamerCUS Catanæ tyrannus formidantes à Timoleone eiici, cum Carthaginensibus fœdera iunxerunt. Hisque temporibus Messena ciuitas trucidato Timoleonis præsidio, contra eum vnanimiter coniurat. Ipse autem, qui deorum beneuolentiam erga se non minus in aduersis, quam prosperis probaret, nihil iis mutationibus territus in Calabros castra mouit. Ictes eum paruifaciens, tanquam paruo munitum exercitu, populato prius Syracusanorum agro, eum in Calabriam persecutus est. Hoc audito, Timoleonis duces, mirabiliter in Ictem incensi sunt, & vnusquisque primam sibi aciem in configendo flagitauit. Cùmque moram non paterentur, transmisso Daniria fluuio, impetu & rabie debacchari in hostes irruerunt. Qui cùm impetum non sustinerent, terga dedere. Quorum cùm ad mille cecidissent, Timoleon aduersus Leontinos exercitum duxit. Quibus expugnatis, Ictem, & filiũ eius, virum bellicosissimum, ac Euthimum, viuos cepit. Illos autem tanquam proditores & tyrannos cruci affixit, tertium hunc propter execrationem in Corinthios simplici morte puniuit. Inde contra Mamercum copias ducens, eum apud Cataniam fudit: atque ex illis quos Carthaginenses in auxilium miserant, ad duo millia trucidauit. Catania mox per deditionem accepta, Mamercus Messenam ad Hipponẽ tyrannum transiit. Quam insegurus Timoleon, urbem obsedit.

Hinc

*Leontini
expugnã-
tur.*

*Ictes ac
filius cru-
ci affi-
xi.*

Hinc
mili-
tiam
pos-
nuit
que
Car-
repl-
pac-
habe-
thor-
mò
rima-
cord-
æde-
tang-
ta e-
agro
vixit
Ex
letu-
rò &
nati-
lo co-
asser-
la se-
rè v-
is gr-
statu-
habe-
vrbe-
linis
Et ci-
tur,
salut-
tur. I

Hinc paulò post Hipponem cum filiis fugientè, milites ceperunt, interfeceruntque. MamerCUS etiam exemplo prædonis pœnas dedit. His compositis rebus, Timoleon Siciliæ insulam continuis bellis incultam & horridam composuit atque Agrigentum & Gelam nobilissimas vrbes, à Carthaginensibus ferè desolatas habitatoribus repleuit, & tanta comitate ac charitate insulam pacauit, vt nihil in vniuersa prouincia bene se habere videretur, nisi Timoleonis consilio & auctoritate sic dispositum fuisset. Syracusas vltimò reuersus, ciues hortatus est, vt eam pulcherrimam reipub. quam modò conformasset, concordēs custodirent. Ipsèque deposita monarchia, ædes habitauit, quas ei populus Syracusanus tanquam bene merito, dono dederat. Et accersita è Corintho vxore, cum filiis in pulcherrimo agro, à Syracusanis etiam dono accepto, ocio se vixit. Cecidit autem in oculorum valetudinem, Ex quo captus lumine gestorum à se memoria lætus, libenter ruri se continebat. Laphistius vero & Demænetus populi auram venantes, criminationibus eum notare conabantur. Ipse populo contra Laphistium tumultuanti, se opposuit: afferens, non alia de causa tot labores & pericula se adiisse, nisi vt Syracusanis suis legibus liberè vti liceret. Demæneto autem ita respondit: Diis gratias ago vbi Syracusanos in libertate constitutos esse video. In tanta igitur veneratione habebatur, vt quotiescunque res ardua & grauis urbem sollicitaret, Timoleonem tanquam Apollinis oraculum semper Syracusani consulerent. Et cum per forum in lectica ad theatrum veheretur, omnes eum protectorem, & patriæ patrem salutabant, ac huiusmodi laudibus prosequerentur. In tali itaque reuerentia constitutus, natu-

Sicilia liberata reddita.

Timoleon lumine captus.

Syracusanorum erga Timoleonem beneuolentia.

*Timoleo-
nis inter-
im.*

ra cōcessit. Syracusani mœrore affecti ei, in foro nobile posuerunt monumentum: ac ibi quanto honore & frequentia fieri potuit, ipsius cineres reposuere: hoc per præconem divulgato, Syracusanus populus Timoleonis funus ducentis minis honestauit. Musica quoque, equestria ac gymnastica certamina in eius decus idē populus instituit, quoniam expulsis è Sicilia tyrannis & barbaris, vrbes bonis legibus restituisset, ac vniuersam insulam in veterem reuocasset libertatem.



Paulus Æmylius.

L. Paulus in Cānensi pugna cæsus.

P. Æmylii nomē.

P A V L O Æmylio pater fuit, L. Paulus, qui in Cannensi clade interemptus occubuit, & à Marco Æmylio originem traxit, eius nominis in familia primò, ob linguæ lepiditatem quàm Græci *ἄμυλιος* dicunt. Is igitur de quo iam sermonem habemus, ætate florente, non in orandis causis, non in salutandis prestandisque hominibus elaborauit: verum sibi fortitudinis & integritatis gloriã comparare studuit. Ex quo ædilitatem petens duodecim competitoribus prælatus est: moxque augur factus, sic veterum disciplinam circa diuina obseruauit, vt planè ostenderit esse auguratum inter supremos magistratus connumerandum. Quippe summa peritia & studia cuncta moderabatur: hinc veluti sacrorum sacerdos, & morum dux atque exemplar à ciuibus habebatur: Fuit propterea ad bellum, quod in Hesperia ortum erat, missus, cum duodecim securibus, vt eius imperio cōsularis esset autho-

ritas.
& ad
citer
sepit
rior
tate
xori
cit. F
cunda
manit
micis
lem, n
lius ca
est ca
parte
aliam
Consi
gures
stium
pultit.
ferens
naues
rum g
nia de
hoc d
tum sa
giis, q
filiis
nam,
tici, lo
canum
bant.
Perser
lio pra
popul
ans,

ritas. In quo bis signis collatis, hostes superauit, *Aemylii*
 & ad triginta hominum millibus caesis, vrbes cir- *victoria.*
 citer ducentas quinquaginta in deditioem re-
 cepit. Et pacata prouincia, nec asse quidem di- *Aemy-*
 tior reuersus est. Non enim pecuniarum cupidi- *lius non*
 tate torquebatur, sed liberalis erat. Vnde cum v- *affeditior*
 xori dos reddenda esset, patrimonium vix suffie- *reuersus.*
 rit. Fuit Papyria vxor, consulari patre nata, fœ-
 cunda ac modesta quidem, quam demum non
 manifestata ratione, repudiauit. Et cum ab a-
 micis argueretur, quod formosam illam, nobi-
 lem, modestam, & fœcundam dimitteret, Aemy-
 lius calceum ostendens, inquit: Nōne pulcher *Calceus*
 est calceus iste? nōne nouus? tamen qua in *nouus v-*
 parte pedem meum distorqueat, nescitis. Quare *xorinoua*
 aliam ducens vxorem, duos ex ea filios habuit: *compara-*
 Consul deinde factus, bellum gessit aduersus Li- *tus.*
 gures, & cum octo millibus militum triginta ho-
 stium millia profligauit, intraque mœnia com-
 pulit. Verum spem optimam humanitatis præ se
 ferens, Ligures ad deditioem allexit, adeo vt
 naues & oppida ei dederint: quos nullo iniuria-
 rum genere affecit, præterquam quod vrbiū mœ-
 nia demolitus est. Nihil enim in primo consulatu
 hoc dignius egit. Interiecto tempore, consula-
 tum sæpius petiit, & non respondentibus suffra-
 giis, quasi spretus, auguriis tantum & erudiendis
 filiis incubuit. Quibus (præter Romanâ discipli-
 nam, & Græcas artes, quas eos docuit) grammati-
 cici, sophistæ, rhetores, poetæ, pictores, equorum,
 canum, venationumque magistri iugiter asside-
 bant. Gerente autem Romano populo aduersus
 Persem Macedoniæ Regem bellum, cum Aemy-
 lio præstantior haberetur nemo, summa totius
 populi spe atque letitia, id prius muneris detre-
 ctans, deductus fuit, consul contra Persem de-

signatus. Qui dum domum reuertetur, magna
 ciuium deductus caterua, filiolum collachryman-
 tem offendit. Causam sollicitanti puella respon-
 dit: Perles mortuus est (id enim catuli nomen e-
 rat) tum subridens Aemylius: Accipio (inquit)
 omen filia, dij bene vertant. Moris erat, vt desi-
 gnati consules populo gratificarentur. Aemylius
 ergo vocata concione, inquit: Ipse quod primum
 ego consulatum petij, meo tum debito feci satis:
 nunc quia petente populo mutus hoc obco, gra-
 tias non agam: verum si cui bellum hoc melius
 committi potest, non egrè ferò. Si autè mihi fidè
 habetis vni maxime, dicto audientes militaria
 munia suscipite. Nam si imperatori vos creditis,
 imperaturos stultè creditis. Hæc verba authori-
 tatis plurimū ei attulere. Erat autè bellū anceps
 ac periculosum cūm propter hostis potentiā, tum
 quia duces & exercitus & Romanorū classes, per
 superiora tēpora cōtriuerat. Quippe P. Lucinium
 Macedonia vix ingressum, equestri certamine,
 duobus millibus & quingētis Romanorum truci-
 datis, & sexcentis captis, superauit. Rursus apud
 Oreum ex insperato Romanorum stationes ag-
 gressus, naues multas excepit. Hostilium etiam
 per Thessaliam irrupentem, contriuit. Cūmque
 superiora hæc miles animo medicaretur, Aemy-
 lij prudentiæ, promptitudinique confisus, tanta
 spe ad bellum duci contendebat, quanta si vi-
 ctoriam sibi nusquam cerneret defuturam. Na-
 uigauit itaque aduersus talem hostem Aemylius,
 eūmque sub Olympo mōte arte naturaque mu-
 nito, cum quatuor equitum millibus, peditum
 quadraginta millibus confidere cognouit. Ae-
 mylius autem non procul ab eodem est castra-
 metatus. Et quietem aliquot agens dies, ingenti
 cura angebatur, quoniam nec hostem aggredi,

nec ad

*Lepidum
 puella o-
 men.*

*Aemyli
 magnani
 mitas.*

*Macedo-
 nicū bel-
 lum.*

nec ad bellum prouocare poterat. Attamen omnibus agitatis, vnam duntaxat viam, per quam ad hostium castra perumpi posset, inuenit. Ea erat per Pythium & Perrhoebiam ascensu terribilis & asperrima: denique custodia carebat. Quod cum iudices retulissent, Scipio Nasica, deinde Fabius maior inter Aemilij filios, prouinciam suscepere. Et cum octo militum millibus Latini nominis, nocte intempesta proficiscentes, sub ipsum Pythium confederunt. Fertur sanè Olympij montis altitudo supra decem attolli stadia. Cum hæc per transfugam Perseo nunciarentur, Milonem cum duodecim militum millibus (vt Romanis aditum impediret) emisit. Hos autem Nasica desides & incautos offendens, ensibus non pepercit, verum eos trucidando ad regis vsque castra insecutus est. Perseus quòd tunc trepidantis animi fuit, retrorsum castra mouit. Ab amicis autem paulum confirmatus, opportuna loca & duces diligens, ad pugnam se parauit. Aemilius vbi cum Nasica se coniunxit, versus hostem properans, conspecto regis exercitu ad pugnam parato, instructa acie, aduersariis pugnandi spem dedit: interim castra munire, vallum iacere iussit, quoad paulatim intra vallum suos omnes recepit. Postera verò die Aemilius peractis sacris aciem instrui iussit. Sed solis declinationem expectans, ne iubar suorum aciem hebetaret, tempus terebat, si fortè ab hostibus initium pugnae oriretur. Tandem siue per fugam cuiusdam effraenis equi, seu quòd milites à pabulatu redeuntis à Thracibus promerentur, ita vtrinque contingit, vt pugnare coacti sint. Perseus autem primo orbelligedine Thracas collocarat, homines proceris corporibus, lucentibus scutis & ocreis armatos, graues ensibus. Post hos erant milites conducti, va-

riis muniti telis. Tertium erat Macedonum ele-
 &orum agmen, qui auratis armis, rutilantibus
 scutis, sagisque, campum splendore, colles & æ-
 thera clamoribus replebant: Isti tanta audacia
 furissis in Romanorum clypeos adigebant, ut
 nonnunquam reiectis peltis, vna omnes vi Ro-
 manas acies propellerent. Amylius hoc tam in-
 geniti robore stupefactus, spem vultu referebat,
 & admodum lætus, sine casside thoracæque pu-
 gnantes hortabatur. Perses autem dum vtrinque
 acriter pugnaretur, seu timore, seu sacrificij li-
 mulatione, aut quòd ab equo calce percussus ef-
 fet, pridie aciem reliquit. Romani aduersus pha-
 langem acriter resistentes, gladiis cominus anni-
 rebantur. Graue erat vtrinque certamen, grauius-
 que discrimen, dum tela, dum saxa volarent: sa-
 rissas etiam, nec clypei, nec thoraces retinere po-
 tuerunt. Ita factum est, ut acie prima Romano-
 rum confecta, secunda parumper pedem retulerit.
 Ferant Amylium præ dolore sibi vestè disci-
 disse: nihil tamen deterritus, sed cohortes suas
 celeriter diuidens phalangis latera, ac spacia e-
 ius perfringi iussit. Cum igitur maiore impetu in
 hostes irruerent, recanduit ingens bellum. Sed
 breui tempore robur phalangis interruptum, pe-
 riit. Ex quo in fugam hostes coacti, trucidaban-
 tur: campus cadaueribus replebatur: exundaba-
 bat Leucus cruore: & tandem vnus horæ spacio,
 victoria Amylius potitus est. Tradunt eo prælio
 supra quinque & viginti Macedonum millia ce-
 cidisse, Romanorum autem corpora vix centum.
 Adepta victoria, subitus dolor Amylium occu-
 pauit, quoniam ex duobus filiis, quos in mili-
 tiam duxerat, maior minimè reperiebatur, ve-
 rum fortuna præsentis victoriæ inuidiam Amy-
 lio ad aliud tempus differens, plenum tunc gau-
 dium

*Amylii
 victoria
 positur.
 Macedo-
 num cla-
 des.*

dium praestitit. Nam dum adolescens inter mor-
 tuorum cadauera perquireretur, quatuor comi-
 tatus sociis, ab hostium persecutione respersus
 sanguine rediit. Hic fuit ille Scipio, qui Cartha-
 ginem Numantiámque deleuit. Perses autem ex
 Pydna in Pellam aufugit: posteaque in Alepsum,
 mox in Samothraciam nauigauit: vbi in templum
 fugiens, asylo se tutari voluit: tum Macedones
 visa Persei fuga, vno consensu intra biduú Ma-
 cedoniam Aemylío dederunt. Huius autem rei *Persei*
 rumor (res memoratu digna) die quarta post *fuga.*
 conflictum, Romae, in spectaculis sedente popu-
 lo, percrebuit. Qué paulò post adueniens nūcius
 adhuc incertum etiam confirmauit. Perses au-
 tem qui in Samothraciam confugerat, tandem
 post multas difficultates in Gn. Octauij praefecti
 Aemylij manus peruenit. Hic cum ad Aemylium
 perduceretur, non passus est Romanus impera-
 tor in terram prolapsus iacere, degenerésque *In aduer-*
 preces effundere: verum illius fortunam colla- *sarium*
 chrymans, eundem sustulit, atque turbato vul- *fortuna*
 tu intuitus. Quid, inquit, te degenerem ostendis? *iactatum*
 quid victoriam meam deformas: vt Romanorum *comise-*
 indignus fuisse hostis videre? hisque dictis, Tu- *ratio.*
 beroni cum tradidit in custodiam. Et simul ad
 amicos conuersus, multa de fortunæ instabilitate,
 humanaque conditione differuit. Deinde exer-
 citum ad quietem, seque ad suscipiendas à ci-
 uitatibus gratulationes dedit. Quarum firmatis
 rebus pub. & muneribus multis pro cuiusque
 virtute erogatis, spectacula varia, certamina, sa-
 crificia, epulum ad cœnas edidit. Et quod maxi-
 mum fuit, thesaurum ex regia gaza coactum, nec
 aspicere quidem voluit. His rebus compositis in
 Epirum senatus mandato transit, prædam mi-
 litibus concessurus. Quare accitis ex quaque ci-

100. &
20. homi-
num mil-
lia capta
Vrbes
70 diru-
ptæ.

*Amylij
triumphus.*

*Ima des
fortuna
gloria.*

*Ciuium
numerus.*

*Amylij
mars.*

uitate primoribus iussit, vt quicquid auri argen-
tue in templis domibulve esset, certa die secum
in castra deferrent. Quo factio, milites prædatum
discurrere iussit. Nec magno temporis momento
centum viginti hominum millia capta, vrbes
septuaginta direptæ fuerunt. Posteaque in Ita-
liam transfretauit: qui licet militibus in licitis
semper morem gesserat, tamen Romæ apud tri-
bunos Sergio Galba procurante, fuit ab iisdem
vituperatus, ne triumpho honestaretur. Senatus
tamen Amylij integritatis non nescius suffra-
gantibus tribubus, ei triumphum honorificè de-
creuit. Ex quo de Perseo triumphans, tantum
auri argentique in ararium intulit, vt adusque
Pansa Hirtilique consulatum, tributa à ciuibus
solui necesse non fuerit. Sed inuidit fortuna glo-
riæ. Nam ex duobus filiis, quos ex secunda vxore
susceperat, alter diebus quinque ante, alter die
tertia post triumphum vita excessit. Amylius
tamen ratione se moderans, non solum contra
surtas constantiam, verum etiam contra om-
nem fortunæ impetum, dignitatem decorumque
seruauit. Censor deinde factus, in recensendis e-
quitibus Romanis mediocritate vsus est, sub eò-
que ciuium capita C C C x x x v i i. millia fuere.
In senatu M. Amylium Lepidum prætulit, & tres
amouit. Paulò post ager, in morbum, cum modò
valuisset, modò recidisset: tandem è sacris domù
rediens, in accubitu mente alienatus, postridio è
vita migravit. Funus eius, non auro argentoque
aut apparatu magno celebratum est, verum be-
neuolementia, amore, laudationibus, lachrymis &
ciuium & hostium. Quotquot enim ex Iberia
Romæ adierant, ex Liguria, ex Macedonia, fortè
feretro subeuntes funus extulerunt. Maiores au-
tem natu, benefactorem atque suarum ciuita-
tum

eum seruatorem illum: perpetua voce prædicabant. Sic ab omnibus summè laudatus, è terris abiit.

COMPARATIO

Timoleontis ad P. Æmylium.

Bellum uterque contra illustres aduersarios gessit. Victoria utriusque gloriosa: quòd hic Macedoniam subegit, regni que sepeperum euertit: ille omnes è Sicilia tyrannias prostigauit. insula que libertatem restituit. Nisi quis hoc obuiendum putet, quòd Æmylius Perseum integrè rebus factum, victorisque aliquot de Romanis portum aggressus est: Timoleon, in Dionysium fractum tam planè, omnique spe destitutum incidit. Et contrà, quòd hic multos tyrannos, magnasque Carthagenensium copias vili exercitù conductitio videlicet, incompositioque milite, deuicit. Aequales autem victoria impari paria apparatu, causam eius penes belli duces fuisse restantur. Porro, cum uterque in rebus gerendis iustus & inculpatus fuerit, id Æmylium præstitisse videtur, legibus & patria consuetudine ita institutus: Timoleon autem ipse se ad hunc modum comparasse. Cui rei argumento est, quòd Romani ea tempestate omnes ex aequo modeste vivebant, instituta maiorum, leges, & ciues suos reuerentes: inter Græcos tum nullus, excepto Dione, dux fuit qui non missus in Sicilia corruptus fuerit. Multi flagitiis, perfidia, & tyrannidè afflictatione omnia fadarunt: Timoleon autem, Syracusanis efflagitantibus, imperator missus, ut qui non quæret potentiam, sed oblatum sibi imperium administraret, euersione tyrannorum id finit. Hoc quidem nomine merito miretur aliquis Æmylium, quòd tanto regno subacto, ne denario quidem uno suas facultates auxit

imo ne vidit quidem aut attigit pecunias regias, quanquam in alios multa dona contulisset. Sed nec reprehensione dignum Timoleonem statuo, qui agrum & domum à Syracusanis acceperit. Non enim turpe est aliquid pro gesto imperio accipere. Praclarior tamen est, non accipere: & abundantia virtutis ostenditur, ubi quod licet accipere, non curare se qui demonstrat. Quæ admodum autem corpus id robustius habetur, quod & frigus & æstus tolerare potest, & ad vitamque mutationem ferendam natura aptum est: sic et reus integræ vis censetur, quam neque secunda res, plus iusto afficiunt, sequemque reddunt: neque aduersa deiciunt. Quo nomine Paulus Timolcon perfectior existimandus est, qui in magno infortunio grauique calamitate, in quam morte filiorum deuenit, nihil de eam maiestate animique magnitudine, quam felicissimo rerum successu gesserat, diminuit. Timoleon contra egregio facinore edito cæde fratris, non restitit ratione affectui, sed paucitudine facti doloreque fractus, viginti totos annos fori & tribunaliu conspectu se abstinuit. Turpitudine quidem fugienda est atque cauenda: omnem verò ignominiam vereri, modesti quidem id & simplicis, pusilli tamen animi esse videtur.



Agis.

AGIS DE ex Eudamydum familia Lacedæmoniis imperante, peruenit etiam in ius regni, societatemque Leonidas Cleomeni filius. Hic quia Satraparum aulæ frequentarat, longè ab aliorum ciuium moribus differre ar, & propterea neque Græcorum mores, neque leges serua-

feruabat, verum licentiosius imperans, fastu quodam dominabatur. Agis autem non solum Leonidam, sed etiam omnes qui ab Agesilao hucusque regnarunt, animi nobilitate, modestia, & prudentia superauit. Non enim xx. attrigerat annum, quando voluptates penitus abhorruit: & adeo cultui aduersatus est, vt quauis forma plurimum valeret, tamen ornatum omnem effugeret, neque balneis lautioribusque epulis delectaretur. Laconicam viuendi consuetudinem semper accusans, & dicere solitus: Malle se regem non esse, quam pristinos mores antiquasque leges in patriam non reuocare. Quod sane cum efficere aggrediretur, & ad aequalitatem omnes redigere studeret, a senioribus diuitibusque, qui ad Lycurgi instituta redigi volebant, impediabatur. Ipse vero qui caepa perficere nihilominus cupiebat, consilio cum Lysandro, Mandroclida, & cum Agesilao matris fratre habito, Agesistratam matrem & Archidamiam auiam, diuitiarum clientem obaratorum, atque cognatorum plurimum potentes, in sententiam suam traxit. Leonidas autem diuitibus eum inuellentibus, Agidi non palam se opposebat, sed apud seniores criminabatur, quasi per agrorum diuisionem ac debitorum missionem, vellet Agis diuitum bona in tyrannidis mercedem pauperibus distribuere, plurimosque sibi parare satellites. Agis nihil propterea territus, effecit vt Lysander, ephorus crearetur. Quo facto, statim contra seniores rogationem tulit, vt debitoribus debita donarentur, & agrorum fieret partitio. Quae cum minus a senatu comprobaretur, Lysander, concione vocata, populo suadebat, vt rogationi faueret. Hoc idem Mandroclidas, hoc idem Agesilaus hortabatur. Agis rex itidem in medium progressus, multa

Bene institutum adolefcens ingenuum.

Generosum dictum.

Lysander ephorus creatus.

pro obseruatione rogationis copiosè disseruit: indicans se primum omnium facultates in medium suas ponere. Ex quo magnam à populo gratiam consecutus est. Dicebant enim neminem præter eum cis CCC. annos, meritò regem appellari potuisse. Et propterea omnis ad eum confluebat multitudo. Leonidas autem, timens ne ipse sua quoque bona in publicum deducere cogeretur, Agidi palàm aduersari cepit, & senioribus ac diuitibus suffragantibus eò rem produxit, vt maior pars rogationem abrogarit. Lyfander id agrè ferens, multis Leonidam conuitiis affecit, in iudiciùmque vocauit. Sed non comparentem, etiàm regno priuauit. Cleombrotum autem eius generum (habebat enim Leonidæ filiam in uxorem Cleombrotus) in regium locum substituit. Finito deinde Lyfandri magistratu, Ephori Leonidæ sortem miserati, Lyfandro Mandroclidæque diem dixere, quòd contra leges debitorum missionem agrorùmque diuisionem decreuissent. Quibus rebus exasperati illi, multitudine coacta, Epheros eiecerunt: quorum loco Agesilaum & alios suffecerunt. Agesilaus autem, quoniam grandi ære premebatur, & tamen agros pulcherrimos possidebat, regibus suadebat, vt priùs debita dimitterent, quàm agrorum fieret partitio, ne scilicet duabus simul iniuriis populus afficeretur. Quare primùm tabulæ debitorum nomina, continentes in foro igne consumptæ sunt. Et cum agrorum diuisionem populos efflagitaret, Agesilaus, cui id placitum non erat, tandiu causas alias atque alias annexit, donec Agidi necesse fuit in expeditione ire. Qui dum post aliquot menses reuerteretur, Spartam mille seditionibus æstuantem offendit: tum quia agrorum distributio effectum nondum sortita fuerat,

*Lyfandro
& Mandroclida
dies dista.*

tum quia Agesilaus vix magistratu functus, de-
 nuò se creari Ephorum volebat. Quibus fluctua-
 tionibus seniorum tandem, diuutimque animus
 in furorem excanduit: & conspiratione facta,
 Leonidam ab exilio reuocarunt. Qui cum pri-
 mum regnum assumpsisset, fugientibus aliis re-
 gibus, in vltionis solatium aduersus Cleombro-
 tum suum generum prorait. *Cleombro-*
 corum precibus, ac filia blanditus delinitus, in *tur in exi-*
 exilium saltem relegauit. Agis autem, qui ad *lium.*
 asyllum, quod Chalcicon appellant, confugerat,
 per fraudem & insidias proditus, à Demochare,
 Amphararéque, & Archesilao iussu Leonida in
 carcerem comectus est. Ad quem, cum Ephori si-
 mulata iudicij specie ingrederentur, cum de re-
 bus in magistratu gestis rationem reddere, coe-
 gerunt. Nec etsi optimè ipse respondebat, morte
 tamen damnatus est. Iusseruntque Ephori illum *Decas lo-*
 in Decada ad supplicium trahi. Decas autem lo- *cus exi-*
 cus erat in carcere, in quo morte damnati stran- *ialis in*
 gulabantur. Cumque ob maiestatem licetor eum *carcere.*
 atrectare non auderet, inquit Agis: Mitte dolo-
 rem, amice, quoniam contra leges & iniuste mo-
 riens, longè us melior sum, qui ad supplicium me
 damnauerunt. Mox vltro collum laqueo præ-
 bens, ita periit. Eius vxorem Leonidas filio suo
 Cleomeni nubere coegit: tum quia præ cæteris
 ætate sua puellis venustior erat: tum quia Gilippi
 erat filia, ex cuius hæreditate opes maximas ha-
 bebant. Hanc Cleomenes summa reuerentia, dile-
 ctionéque prosecutus est: nec iniuria quidem: nam
 & ipsa mutuo miròq. amore eum comprehendit.



Tiberius Gracchus.

TIBERIVS, Tiberio Gracchø patre natus, ex Cornelia Scipionis filia, eius qui Hannibalem superauit: fratrem habuit Caium Gracchum natura longè dissimilem. Nam Tiberius aspectu mitis, & motu placidus, suggestum ascendens modèstè se habebat: vt cum eius oratio dulcis, dilucida, ac elaborata esset, ita ad misericordiam etià se semper desteteret. Et perinde ac lenis & humanus erat, sic in victu facilis ac temperans. Ex quo virtute magis quàm genere, adhuc adolescens in Augurale collegium acceptus est. Hac ratione Apprius Claudius, vir censorius ac consularis senatúsque princeps, filie nuptias ei obtulit. Quas cum lætus adolescens suscepisset, ille lætior domum repetiit. Tum Antistiam uxorem, ab ipsa ianua compellauit, filii respondisse se significans. At mulier viri hilaritatem admirata: Nunquid (inquit) Tiberio respondisti? Meruit Tiberius prima stipendia sub Scipione minore in Africa. Cum autem virtutis omnis esset æmulator, summa animi magnitudine cæteram iuuentutem superauit, & murum hostium primus ipse conscendit. Quare exercitui plurimùm charus, etiam abiens magnum sui militibus reliquit desiderium. Subinde quæstor creatus cum C. Mancino consule, aduersus Numantinos profectus est. Ibi cum consul grauibus casibus, angustiisque implicaretur, aded vt noctu fugere cogitaret, mox verò pacem ab hostibus per caduceatorum petere cogeretur, & responderent hostes,

*Gracchi
nuptie.*

*Magnanimi
dureus argu-
mentum.*

*Numantini
bellum.*

hostes, nemini se praterquam Tiberio creditu-
 ros, Tiberius summa prudentia seruatis viginti
 Romanorum millibus fœdus pacemque confe-
 cit. Tanta enim apud hostes autoritate fuit, vt
 cum fugiente consule prius & direptis castris,
 hostes tabulas quæsturæ suæ rationes continen-
 tes haberent, communi consensu illas ei reddi-
 derint. Hoc autem fœdus Romæ nunciatum, pa-
 tres populûmque grauiter cômouit. Et ita decre-
 tum est, vt consul ac quæstor, veluti in bello con-
 tra Samnites aliàs factum esset, nudi ad hostes
 deducerentur. Verûmenimuerò cum vniuersi
 milites noxam omnem in consulem, salutariâque
 in Tyberium referret, effectum est, vt in Tiberij
 gratiam, quæ apud populum Rom. nō mediocris
 erat, omnibus prater quàm vni Mancino consuli
 parceretur. Factus post hæc Tiberius tribunus
 plebis, ad legem Agrariam animum intendit. Et
 quanuis à plebe plurimum impelleretur, tamen
 Crassum pont. max. Mutium Scæuolam iuricon-
 sultum, & Appium Claudium in huius rei con-
 sultatione adhibere voluit. Mos enim Romanorû
 erat, vt ager vicinis hostibus ademptus pro
 parte vaniret, pro parte verò egenis ciuibus
 paruo precio daretur. Tunc autem diuites vsuris
 & ære grandi egenos obruentes, paulatim om-
 nem agrum ex illorum manibus extorserant.
 idèò plebs interdum militaria munia recusabat.
 Lex igitur Agraria iubebat, vt diuites accepto
 precio agrum dimitterent ciuibus assignandum:
 sed vt ea plebi grata fuit, sic ira locupletum ani-
 mos incitauit. Ferebant illi quidem legem istam
 reipub. euersionem, libertatisque priuationem
 portendere: & propterea plebeios multis minis
 terrere conabantur. Verûm Tiberij faciundia, quæ
 falsas etiam causas sustinisset, tunc honestate

Lex de
Agraria.

videlicet iustitiâ que subnixa, plebem ab omni timore facile reuocauit. Erat itidem M. Octavius plebis tribunus. Is precibus diuitum victus, aduersus eam legem intercessit. Tiberius ob id vehementer accensus, in diuites longè asperiores legem promulgauit: vt qui contra leges agros possiderent, absq. pretio eos dimittere cogerentur. Ex quo crebræ inter eos pro concionibus contentiones oriebantur, & eò denique processum est, vt Tiberius edicto proposito, omnes vrbanos magistratus agere prohiberet, donec de agraria lege constitutum esset. Et simul ærarium sigillo obsignans, quaestores ex eo depromere aliquid, aut inferre vetuit. Quare magistratus singuli, metu pœnæ munera dimiserunt. Diuites his territi rebus mœsti, mutatisque vestibibus sordidum forum circumeuntes, Tiberio mortem machinabantur. Ipse verò animaduertens locupletum potentiam inexpugnabilem esse, vbi Octavius ab incepto auertere nequiuit, concione vocata de abrogatione Octauij ad populum retulit. Et cùm tæque quaterque à Tiberio moneretur, vt ab intercessione desisteret, nec flexi vellet, iussu populi magistratu priuatus est. Exortoque inter diuites & plebeios ob hanc rem tumultu, lex ipsa lata est, & triumphari ad diuidendos agros creati: videlicet Tiberius ipse legislator, Appius Claudius eius socer, & C. Tiberius frater. Interea Attalo rege mortuo, à Pergamenis testamentum eius Romanam transmissum est, in quo Rom. populus hæres institutus erat. Quare Tiberius statim ad populum tulit, vt pro agrorum cultura omnis regia pecunia ciuibus egenis erogaretur: & quod ad senatum nihil de Attali oppidis attineret, verum populi arbitrio tractanda hæc essent. Id verò vel maximè senatui molestum fuit, adeò vt in concione

Lex altera.

Diues vel auro vel dolo hostes labefactat.

Græue Pompeij commentum in Tiberiâ.

concione Pompeius assurgens, & in Tiberium in-
 uectus direxit ei vicinum se esse, vidist'que à Per-
 gamenis Tiberio tanquam regi cum diademato
 purpuram fuisse delatam. Marcellus etiam Tibe-
 rium obiurgauit. Titus Annius similiter, quòd sa-
 cro sanctam tribunitiam potestatem violasset. Ita-
 que Tiberius concione vocata, in purgationem
 sui, orationem ad populum habuit artificiosam.
 Sed mox coniurationem aduersus se initam ani-
 maduertens, apertè senatus potentiam conten-
 tione magis quàm iustitia oppugnare aggressus
 est. Timens tamen inimicorum insidias, veste mu-
 tata lachrymans in forum descendit, & populo
 ostendit, potentes mortem sibi minitari: proin-
 de multi die noctuque circa eius domum excu-
 bias egerunt. Interea populus in Capitolium con-
 uenerat. Ex quo domum exiens Tiberius limini
 pedem allisit, adeò vt vngue maioris digiti hisso
 sanguis per calceum laberetur. Deinde coruis ad
 sinistram in muro supra luctantibus, lapis ante
 eius pedes delapsus est. Angues præterea in eius
 galea for:use conceperant, quibus rebus cum pau-
 lum perturbaretur, à Blossio Cumano confirma-
 tus, in Capitolium ire perrexit: vnde etiam de-
 currentes nonnulli, rebus prosperè se habenti-
 bus, eum properare monebant. Et cum populari
 plausu susciperetur, vocatis iam per Mutium tri-
 bubus, tumultus ingens ortus est, vt ab impel-
 lentiù renitentiùmq. clamorè, nihil fieri audiri
 ve posset. Astuantibus itaque rebus per Flauium
 Flaccum consularem Tiberio nunciatur, diuites,
 seruos liberòsque cum armis habere, ac in eius
 mortem moliri. Tum Tiberij familiares, raptis è
 ministrorum manibus hastis, resistere niteban-
 tur. Dùmque Tiberius ab iis qui longiùs aberant
 interrogaretur, quid sibi tumultus ille vellet, ca-

*Potentem**minori-**bis mor-**tem sapa-**minitan-**ter.**Varia**Tiberio**portentia*

*Calpurnia
in Tiberium.*

put tangens, periculum sibi imminere significauit. Inimici autem id malè interpretantes, senatui renunciauerunt, illum diadema quasi regem petiisse. Quæ verba per regis superbiam memoriam, ita omnium animos exasperarunt, vt Nafica ira succensus dixerit: Quicumque leges saluas esse cupit, me sequatur. Et toga iuper caput injecta, multis eum sequentibus in Capitolium, profectus est. Sic fustibus clauisque ac subselliorum fragmentis obuios ferientes, in Tiberium irruerunt, ipse fugientibus locis, cursu cupiens euadere, toga retentus cecidit. Tum P. Saturninus, eius collega in Tiberium irruens, primus caput eius subsellij pede diffregit. L. Ruffus secundam inflixit plagam, postquam ceteri, qui circiter triginta fuere fustibus maerati. Mortuo iam Tiberio, in eius etiam cadaver sauitum est. Nam fratri illud ad nocturnam sepulturam petenti, concedere noluerunt: sed id cum aliis cadaueribus in Tiberim deiecerunt. Perijt ante tricesimum ætatis suæ annum. Nec mora, multi ex amicis ipsius vel occisi, vel in exilium pulsati. Senatus ad leniendum plebis dolorem, agrorum diuisionem impugnare destitit, Tiberique loco P. Cras. Gracchorum affinem elegit. Huius enim filiam C. Gracchus in uxorem habebat.

*Tiberius
moritur.
Cadaueri
iniuria
infertur.*



Cleomenes.

*De natura
Cleomenis.*



CLEOMENES pater Leonidas fuit, alter ex Lacedæmoniorum regibus. Erat Cleomenes natura magnanimus, & gloriæ appetens, ad modestiamque ac frugalitatem maximè procliuis, desiderii ac voluptatis inimicissimus.

mu
ten
bli
M
an
fol
qu
bat
arb
& l
tau
de
bel
tie
ten
mu
gre
Ar
io
tia
tis
tes
est
nio
æta
mil
imp
tiu
pug
for
esse
Cle
Cun
infe
Lyc
mô

mus: dānabātque summopere diuitiarū cupidita-
 tem: quoniā regi lucro commodisque vacanti, pu-
 blicarum rerum curam postponere necesse erat.
 Mortuo itaque Leonida, regnū suscepit. Et cū
 animaduertiret ciuitatem omnino moribus dis-
 solutam, deliciis voluptatibusque deditam ad
 quandam vitæ dignitatem ciues redigere cupie-
 bat. Verū quia per pacem otiumque ciuitatem
 arbitrabatur non posse immutari, nisi in bellis
 & labore, ideo populum aduersus Achæos concitauit.
 Accedebat ad hoc, quod Aratus post Leoni-
 da obitum Arcades Lacedæmoniorum socios
 bello infestabat. Quare Cleomenes ephoris assen-
 tientibus, in expeditionem populum eduxit, &
 templum Palladis in Belbina positum occupans,
 muris præsidissque muniuit. Hinc ulterius pro-
 grediens, Merhydrum oppidum cepit, ut sibi ad
 Argolicum agrum iter aperiret. Aratus erat *Bellū ar-*
 inter Achæos cū virtute tum militari præstan- *golicum.*
 tia longè princeps: & cū Cleomenis adolescen- *Aratus.*
 tis ingenium animūque admiraretur, Democra-
 tes Lacedæmonius exul inquit: Maturandum
 est profectō Arate, si quid aduersus Lacedæmo-
 nios animo destinasti, priusquam pullus iste per-
 atatem aculeo uti possit. Quare Achæi viginti
 millia peditum, equites mille, Aristomacho
 imperatori decreuerunt. Qui cū apud Pallan-
 tium sese Arato coniunxisset, statuisseque in
 pugnam erumpere, fuit ab Arato deterritus. Qui
 formidans audaciam Cleomenis, retrocedendum
 esse suadebat, id quod factum est. Hinc primū
 Cleomenis nomen vagari cœpit per Græciam.
 Cūque, post hæc Achæi bellum Eliensibus
 inferrent, Cleomenes eis suppetias ferens, circa *Manti-*
 Lycæum, Achæorum exercitum fudit, pluri- *nea ca-*
 mosque trucidauit. Aratus tamen paulō post *pra.*

Mantineam nil tale suspicantem, subito impetu occupauit. Cum igitur ex Lacedæmoniorum sententia res non successisset, Cleomenem ut actorum in expeditione rationem redderet, monuerunt. Ipse his rebus non parum commotus, mox delinitis pecunia ephoris, tum amicorum suffragio, se porro in expeditionem mitti perfecit. Ita captis primum Leuctris, Megalopolitanorum ciuitate, in Achæos copias ducitaur. Aduersus hunc Aratus dux Achæorum, & Lysides Megalopolitanus profecti, nec procul ab ipsa vrbe dimicantes, Cleomenem in fugam verterunt. Et cum eum in vallem satis profundam Aratus insequi noluisset, Lysides ira percitus, suos in fugientes immisit. Quos vbi Cleomenes arbustis, vineis, fossisque impeditos perspexit, retrocedens eos adortus, interempto Lyside, cæteros profligauit. Cleomenes per hoc recuperato honore, maiora animo meditabatur, & ut domi rebus uti posset suo arbitrio, quos sibi aduersos putabat, in expeditionem deduxit. Tandem Arcem & Alfeam Achæorum ciuitates occupans, apud Mantineam, modò laboribus, modò itineribus exercitum defatigauit, ut omnes in Arcadiam statim transferri præ tedio peteret. Quibus cum annuisset, ipse dimissis suspectis, acceptisque secù didis, Spartam contendit, tantæque celeritate iter confecit, ut priusquam illi restè domum venirent, cœnantes ephoros oppresserit. Et cum nemini negotio huic se non immiscenti vis allata esset, postredie proscripsit in exiliũque missis octoginta ciuibus, disiectisque ephorum sellis, suam posuit, ius populo dicturus. His quoque peractis, ad molliendum populum concionem habuit. Et à Lycurgo exordium sumens, copiosè elegantèr, que ostendit, qualis quantaq; fuisset priscorum regum

*Leuctra
capta.*

*Cleome-
nis victo-
ria.*

*Sparta
occupata*

regum

regum auctoritas. Et postea, quo pacto vrgentibus bellis reges militia impediti, quosdam delegissent, qui domi in iure dicundo eorum vices gererent, eosque ephoros appellassent. Ostendit etiam, illos tunc regum duntaxat fuisse ministros. Sed sensim potentiam sibi assumentes, eò superbia peruenisse, vt seorsim à rege magistratum constituissent. Postea in deterius semper labètes, & licentiam sibi omnem arrogantes, non modò reipub. instituta subuertere conatos, sed regum aliquos eiecisse, etiam aliquos supplicio affecisse summo. Quare ne hæc licentiosa temeritas, pulcherrima Spartz antiquaret instituta, succurrendum censuisse: quod si, inquit, malum hoc ciuitatis absque exde sanare potuissem, foelicissimum omnium me profectò reputassem. sed vt publicæ saluti confulerem, eos tantum sustuli, quos Laconicæ vitæ impedi nento fore cognoram. Modò vrbe malis sentibus purgata, reliquum est, vt quicquid agrorum & diuitiarum quisque possidet, in commune conferat, atque alienum æs debitoribus condonet. Quare multa huiusmodi populum sapienter hortatus, primus ipse fortunas omneis suas in medium contulit. Idem vitricus, idem amicorum cæteri & ciues vniuersi fecere. Quo factò, agrum omnem in singulos æqua portione diuisit. Dum hæc agerentur, Aratus & Achæi non existimabant illum ex vrbe propter istam nouitatem discesurum. At Cleomenes, vt terribilis appareret, repente exercitu coactò, Megalopolitanos hostiliter inuasit, atq; latè omnia populatus, ad maiorem hostium contemptum, teatro in hostili terra còstituto, minitans & elatus, quadraginta dies ludis indulsit. Habuit autem exercitum omni disciplina, ac morum maiestato mirabilem. Et rex ipse inter omnes præ-

*Ephororū
arrogan-
tia quous-
que per-
uenierit.*

*Agrorū
diuisio.*

ceptor egregius, summa modestia ac frugalitate se gerebat. Nec purpura aut lato clawo, sed breui amictus tunica, non tricliniorum aut sellarum apparatu, aut licitorū ianitorūve multitudine superbus, verū comiter benignēque vltro sese venientibus offerens, tanta humanitate omnes audiebat, tantāque modestia respōdebat, ac cū eis versabatur vt æquē omnibus clarissimus esset. Cœnæ autem apparatus, Laconicæ parsimonix quadrabat. Et si homines conuiuio adhibuisset, lecti duo sternebantur, & insternebatur mēsa paulò lautius, cum paulò lautiore copia, & vino suauiore. Subiratus aliquādo fuit cuidam, quòd hospiti in conuiuio vinum nigrum, duratumque panem igni apposuerat. Quoniam laconicum non semper conueniebat exactè morem seruare: sermonibus suis conuiuium condiebat, nam seria grauitate ac ioco refertus, petulantia scurrilitatēque carebat. Licebat homines non largitione, sed comitate excipi debere, & fide ac integritate alliciendos esse, idque potissimū regibus conuenire. Tali itaque ratione celebris, à Mantinensibus primū, pulso Achæorum præsidio, receptus est. Hinc paulò post per Arcadiam obequitans, ad Pheras urbem peruenit: vbi mox Achæos pugnare paratos offendit. Quibus tandem superatis, plurimisq; interfectis, Cleomenes multos cepit. Hac habita victoria, Langum ciuitatē expulso Achæorum præsidio, eliensibus restituit. Postq; in Achaiam traiciens, & capta Pelle, in Pentcleos, & Phæros exercitum mouit. Interea Achæis Corinthum præsidio munientibus, Cleomenes noctu progressus, Argos improuisò adortus est, & urbem in societatem recepit. Ea sanè res multum gloriæ nominisque Cleomeni pepesit. Quoniam nemo priorum regum, neque Pyrrhus

*Cleomenis festi-
uis dicta.*

*Genera-
sum ver-
bum.*

rhus urbem illam capere potuit. Captis Argis,
 Fliontes, & Cleonæ, sese Cleomeni deditere &
 Træzenis, Epidauris, Hermonibusque in amici-
 tiam adscitis, Corinthum veniens, arcem vallo
 fossaque circumdedit. Inter hæc Antigonus ma-
 gnis ab Arato precibus inductus, cum magno
 exercitu Geraneam ingressus est, auxilia Corin-
 thius laturus. His auditis, Cleomenes opportuna
 loca muniens, Antigonom à Commeatibus adi-
 tuque prohibebat, verum accepto nuncio de Ar-
 gorum defectione ni occurreret, dixisset Corin-
 thio, celeriter Argos venit. Cæterum Antigono cū
 phalange adueniente, diffusus Cleomenes ciuita-
 tem defendi posse, cum copiis abiit. Ita quæ bre-
 ui tempore occuparat, breuiore amisit. Tegæ
 posthæc copias colligens, cum rebus aduersis, tum
 accepto de morte vxoris nuncio, perculsus, non
 tamen angoribus se dedit: verum maiestatis ra-
 tionem habens, regiam seruaui grauitatem: &
 habito cum ducibus consilio, Lacedæmonem re-
 gressus est. Inrerea Antigonus Tegæ, Mantinea,
 Orchomeniōque occupatis, Cleomenem adeo in-
 tra Læonicos fines compulit, vt seruis singulis,
 qui minus quinque Atticas cōtulissent, libertate
 largiri compulsus sit. Ex quo quingentis coactis
 talentis, millia duo hominū Macedonio ritu ar-
 mauit. Tum militibus quinque cibaria secum de-
 ferre iussit, continuato die noctūq; itinere. Me-
 galopolitanam ciuitate nil tale suspicantem in-
 gressus, occupauit, multis Messenā fugientibus.
 Et cum hi redire uollent, Cleomenes ira suceen-
 sus, urbem militibus discipiendā incēdendamque,
 concessit. Paulò autem post, Antigono cum pau-
 cis hibernāte Argis, Cleomenes in Argiuorum a-
 gros impetū fecit, omniāq; ferro & igni vastauit.
 Ibi cū Antigonū ad pugnam prouocare nequiss-

*Argos oc-
cupatum.*

*Cleome-
nes &
suis &
hostibus
admira-
bilis.*

*Ptole-
mau iu-
nior.*

fer, probris illum intra mœnia latitantem, lacef-
fuit. Audiens paulò post Antigonum Tegæam
profectum, vt in Lacones irrumperet, ipse per di-
uerfa iter faciens, Argos ex improviso adortus
est, & omnia populatus ad gymnasiũ vique per-
currit. Redente autem Antigono, Cleomenes in
hostium oculis, ante templi fores sacrificia per-
egit, ac inde abiens in Phliunta exercitum duxit.
Inde præsidio expulso, Orchomenium descendit.
Fuit autem res hæc tantæ admirationis, vt Cleo-
menes non solum apud ciues, sed apud hostes
quoque venerabilis haberetur. Cùm deinceps in
Sellasia esset, mira pecuniarum inopia laborauit,
per quod etiam extremum discrimen ibidem ad-
diit. Impotens enim belli diutius sustinendi, vi-
ginti millibus armatorum, aduersus triginta ho-
stium millia, conflixit: Et re malè gesta, saluterz
fuga quærere coactus est. Qui cùm Spartam re-
diret ciuibz consuluit, vt Antigonum recipere-
rent. Ipse autem thorace vt armatus erat, ad mare
descendit, vt in Ægyptum ad Ptolemaum cõfu-
geret. A quo pro communi consuetudine susce-
ptus, in dies tamen regi charior fuit. Et constitu-
tis ei singulis annis vigintiquatuor talentis, an-
tea quàm promissa præstaret rex, mortuus est.
Huic successit Ptolemaus iunior, lasciuus, volu-
ptatibus, potationibusque deditus. Qui fratrem
natu grandiozem habens, verebatur, ne ab eo
pulsus exularet. Quare illius interficiendi consi-
lium iniit. Et cùm inter consultatores Cleome-
nem adhibuisset, solus ipse regem à scelere di-
straxit. Cuius vt gratiam aucuparetur, bono eum
animo esse iussit, quoniã ad omne eius imperium,
clientum & amicorum ad tria millia in Pelopon-
neso haberet. Hæc fidelis oratio infideli regi sus-
picionem adhuc maiorem iniecit. Multisque asse-
rebant,

rebant, leonem inter pecudes non rectè versari. Sosisius ergo rerum regis præfectus, Cleomenem animaduertens consilio, animâ, & potentia præstantissimum, grandi in eum odio ferebatur, regique minus gratum illum esse cupiebat. Interea Nicagoras Messenius Alexandriam applicuit. Is Cleomeni erat infensus, vendiderat enim iamdiu ei agrum, nec precium acceperat. Dum igitur è nauì egrederetur, Cleomenè offendit: à quo cum salutaretur, interrogareturque quid sibi Alexandriæ negotij esset: equos (respondit ille) se aduexisse. Tù subridens Cleomenes, Potius, cinædos, mimosque attulisses, quibus rex maximè oblectatur, risu etiam motus Nicagoras abiit. Postera die à Cleomene precium petiit sibi pro agro persolui. Cùm ille nihil sibi superesse responderet, Nicagoras ira commotus, Sosisio, quid ille in regem fuerat prolocutus, aperuit. Sosisius quasi reperta occasione, regis in Cleomenem incitandì Nicagoram subornat, vt discedens, literas relinquat, quibus Cleomenè significet, cùm à rege exercitum sumpsisset, pro regno suo redimèdo, Cyrenum occupaturum. Iis igitur compositis, rem Sosisius ad regem detulit. Tum rex in iram ex candescens, mandauit Cleomenem cum sociis in quadam domo diligentius custodiri. Cleomenes harù insidiarù nescius, videns ab omni spe honorèq; se fraudari, timens simul ne ad aras tanquam victima mactaretur, cõmunicato cum sociis consilio, post aliquot dies custodibus vino somnòque sepultis, indutus tunicam & chlamyde circe brachiù obuoluta: vnà cum sociis eodè habitu instructis, è custodia exiliuit. Inde per ciuitatem discurrens, ciues ad arma, ad libertatèmq; incitabat. Verù cū eius audaciã omnes admirarètur, & auxiliù ferret nemo, aliquot ex regis primoribus per ei-

Cleomenes custodia traditur.

uitatē interfectis, incertus consilij adhuc per vrbē errabundus, vnā cū sociis dignam statuit rebus ante gestis mortē oppetere: & venia prius inuicē data, mutuis se vulneribus (erant enim numero tredecim) interfecerūt. Cū hęc regi renunciarentur, Cleomenis corpus pelle nudari iussit, in sublimeq; suspēdi: matrēq; ac filios, cū cæteris mulieribus, quæ ibi erant, interfici. Paucis interiectis diebus, draco quidā visus fuit, adeo Cleomenis cadaueri cruce affixo circumuolutus esse, vt aues nō sineret aduolare. Quod cū omnes, quasi diuinū quoddā venerantes admirarentur, prodita à sapientibus huius rei ratio est. Aiunt enim ex bobus apes, ex equis fucos, ex asinis crabrones generari: ex humanis verò corporibus & medullarum humore, serpentes nasci sapissimè solere.

Cleomenis & sociorum mutuum interitus, Horrēda impietas. Serpētes a corri sepius ex humanis cadaueribus.



Caius Gracchus.

CAII Gracchi frater fuit Tiberius Gracchus, in reip. administratione, & vitæ actione dissimilis. Quippe Caius vehemens in dicendo erat, & magni spiritus, & primus per pulpitem ambulabat, rogāq; dissoluebat ab humeris. Cuius sermo terribilis, & ad indignationem prouus, etiam efficax & redundans erat. In defensione enim Vestij familiaris sui tanta concinnitate disseruit, ac perorauit, vt ipso dicente, omnes plausu lætitiæque exultarent. Mortuo tamen Tiberio fratre, Caius admodum adolescens, siue mærore, siue inimicorum formidine, seu vt maiorem illis accumularet inuidiam, omisso foro squallidus, abiectusque vitam agebat. Erat enim

Caius moris

annis

annis nouem tunc fratre minor. Moribus ad hæc ab omni mollitie, desidia, voluptate, auaritia, multum alienus. Et quoniam in dies dicendi facultatem ad rempublicam accommodabat, propterea a nobilibus creditum est, ipsum nequamquam in posterum ociosè victurum. Et quo magno opere laborabant, ne plebis tribunus vnquam crearetur. Cæterum paulò post, cum quæstor in Sardiniam cum Oreste consule nauigaret, in amicis eius valde latantibus, ille munus hoc libenter habuit, vt qui non bello se minus, quam foro sciret idoneum. Nondum enim rostra suggestumque ascenderat, quando profectioem istam suscepit, vt plebi amicisque aliquando vsui esse posset. Cùm autem in Sardinia esset, non solum iuuenes, verumetiam seniores in omni virtutis genere superauit. Nam sciuite hyeme, cùm consul à ciuitatibus vestem militibus dari peteret, illi verò se non posse dicerent, Caius videns consuli facultatem aliunde non dari, vrbes adiit, effecitque vt vtrò ciuitates exercitui vestem elargirentur. Quod vbi Romæ renunciatum est, minus fuit seque gratum, quoniam summum cum popularem futurum arbitrabantur. Ex quo natis occasionibus eum statuerunt in Sardinia diutius detinere. Caius autem hoc animaduertens, Romam rediit. Et cùm apud censors accusaretur, quòd quæstor priusquam consul è prouincia decessisset, oratione habita, ita differuit, vt omnium mentes suspitione inuidiæque leuaret. Cùmque iterum argueretur particeps Flagellianæ confurationis fuisse, omnem à se calumniam reiecit, & confestim tribunatum petiit. Cui licet nobilitas omnis obstaret, tamen multitudo non defuit, quin vel ex rectoriis tegulisque suffragia præstaret. Creatus itaq; Caius tribunus plebis, cùm iam

*Caius accusatur
ac de eo
suspicio
deleatur.*

*Caius tribunus
plebis creatus.*

ordine tertius esset, primus omnium apparuit. Valebat enim eloquentia plurimum & ex re quacunque in complorationem fratris incidebat. Quem tanto studio, lacrymis, ac pietate recensebat, ut ad misericordiam omnes commoueret. Sic igitur quum multitudinem concitasset, duas tulit leges: Alteram ut est magistratu per populum remotus alium non possit amplius adire magistratum. Alteram, ut si quis in magistratu ciuem Romanum sine iudicio necasset, in eum populi animaduersione fieret. Per hanc Popilius praetor notabatur, qui Tiberij amicos in exilium eiecerat. Is per fugam sibi consuluit. Prima autem lex Octauium notabat, qui populi iussu tribunatum dimisit. Huic Caius Cornelia matre preceante indulgit, populo etiam ob id magnopere gauiso, quia Africani patrij memoria, Corneliam populus venerabatur.

Leges à Alias etiam Caius aduersus senatum leges promulgauit: ut de coloniis deducendis, de vestibus militibus dandis, sine stipendij retentione: ut decem & septem annis minores, ad militiam non cogerentur. Tulit de suffragiis sociorum, paresque Italos ciuibus constituit. Tulit de iudicibus deligentibus. Senatores enim antea iudicabant. & propterea à plebe timebantur. Ipse verò trecentos adiecit viros ex equestri ordine, ut pares essent numero. Et sic magna ex parte senatus potentiam praecidit. Deceuit vias muniendas sternendasque esse, rem frumentariam auxit. Quibus rebus tanta vigilantia & celeritate, neque deficiens, neque defessus aderat, & adeo omnia vnus ipse obibat, ut maleuoli etiam mirarentur stupeficerentque, vnum ad singula intentum, omnia efficacem inuisumque facere. Erat aspectu gratus, eumque semper opifices, priuatique ciues, ac milites sequebantur. Quos cum benignè alloqueretur, in comitate

comitate grauitatem tamen seruabat. Maximé-
 que in viarum procuratione elaborauit, eas auté
 saxo strauit, & arenæ aggeribus muniens, & pon-
 tibus adæquans, in pulcherrimam vtilémque o-
 peris faciem deduxit. Qui cum ob hæc à populo
 maximé laudaretur colereturque, Fannium fami-
 liarem suum non difficulter consulem designari
 impetrauit. Posthæc præter opinionem etiã tri-
 bunus secundò creatus est. Senatus autem C.
 Gracchi potentiam formidans, ad eam reprimen-
 dam ad nouas artes animum iniecit. Erat illi Li-
 uius Drusus collega, honesto natus loco, ac fa-
 cundia & opibus plurimùm potens. Huic statuit
 senatus omnia annuere, & gratificari: vt plebi
 charus etiam, & gratus efficeretur. Propterea se-
 natus Drusum monuit, vt Caio repugnaret, ac il-
 lius conatibus aduersaretur. Quo factum est, vt
 quicquid Drusus proponeret, iam à senatu tan-
 quam sanctum & laudabile approbaretur, Caij
 autem sententiæ non assentiretur. Quippe Caio
 duas colonias decernenti, minùs fuit concessum:
 Liuius autem duodecim censenti auunerunt. Et
 cum multa huiusmodi sequeretur, Caij autori-
 tas sensum remittebat. Accessit ad hoc, quòd
 Scipio Africanus mortuus fuit inuentus, & in eo
 signa quædam violentiæ illatæ. Vnde suspicio o-
 riebatur, Caij consilio Fuluij perpetrati facino-
 ris reum esse. Qua coniectura Fuluium Drusus
 maximo persequebatur odio. Senatus interea
 decreuit, Carthaginem à Scipione euersam, esse
 restituendam. Quare Caio sorte euenit, vt hoc si-
 bi muneris imponeretur. Qui cum in Lybiam na-
 uigasset, Carthaginem, quam Iunoniam appella-
 uit, restituit. Et rebus optimè constitutis, infra
 septuagesimum diem Romam rediit. Qui audi-
 ta Drusi in Fuluium insectatione, rursus Fannium

Roma à
 Caio de-
 corata.

Fuluius
 Scip. A-
 fricanum
 occidisse
 existima-
 tur.

Carthago
 Iunonia
 dicta.

in comitiis prætulit. Sed L. Opimius, qui in petitione consulatus aliàs succubuerat, tunc iterum petens, consul creatus est. interea Caius ut popularior videretur, ex palatio, in quo habitabat in locum plebeum, & in foru viciniorē migravit, aliàsque leges promulgavit: ex quo frequens ad eum erat accessus. Hic Fannium consulem senatus monuit, ut omnes præter urbanos è ciuitate depelleret. Quod cum per edictum iam intimaretur, Caius per edictum consulem reprehendit, sociisque manere volentibus, opem se laturum pollicitus est, at minime fecit, ne causam ipse ciuitatis perturbandæ primus daret. His sic se habentibus, Opimius consul, ut Caium ad notabile aliquod facinus impelleret, leges ab eo latis abrogare decreuit. Quibus rebus Caius cum Fulvio & amicis die abrogationis declarandæ, Capitolium ascendit. Et dum consul sacra faceret, Antyllus minister quidam intestina asportans illis qui circa Fulvium erant, dicere est ausus, Cedite bonis mali ciues, ac nudato brachio, illud in ob-scenam formam ad maiorem adhuc iniuriam ostendit. Quare trucidatus est, quod factum Caius ægrè tulit. Opimius verò, quasi quæsitam iam occasione vlciscendi, suos hortatus est, ac singulis Romanis equitibus imperavit, ut postera die binos cum armis seruos secum adducerent. Fulvius etiam collecta plebe sibi præsidium parauit. Caius tanquam in publica calamitate constitutus, mœstus domi se continebat. Illucescente verò die, Fulvius cum suis Aventinum occupavit. Caius non armis, nec multitudine munitus, sed rogatus & paruo accinctus gladio, in forum descendit. Quem è domo egredientem, vxor in vestibulo profecuta, precibus, lachrymis, & amplexibus flectere conabatur, ne ea die prodiret in forum,

Decreuit quo omnes è ciuitate præter urbanos expelluntur.

Antylli cædes Opimio dice, Fulvius, ciuium natu maiori filio, & Cæso mortem peperit.

rû, neque periculis nudus se obiectaret. Nec ta-
 men exorauit, quin quò eum fata traherent, ire
 pergeret. Opimius autem pugnandi audus, cum
 grâdi armatorû sagittariorûque multitudine,
 in Fuluium impetum fecit. Qui à suis derelictus,
 cum maiore filio occisus est Caius sanè, qui ea die
 nec arma nec bellum voluerat, sed agrè ferens
 quæ fiebant amicorû fatione sensim se retraxit.
 Insectantibus autem inimicis acrius fugiens, in
 sacrum æneus se proripuit, vbi à seruo (vt impe-
 trauerat) occisus est. Is etiam deinde mortem si-
 bi consciuit. Sunt, qui eos ad inimicorum ma-
 nus viuos deuenisse ferant, nec à domini ample-
 xu seruum potuisse diuelli, donec ambo caderentur.
 Quoniam verò pugnae principio promissum
 fuerat per edictum, Caij & Fuluij capita referen-
 tibus, auri tantundem dari, propterea à Septimu-
 leio Opimij amico, Caij caput hasta transfixum
 allatum est, quod ad septem & decem librarum
 pondus accessit. Nam detracto cerebro plumbum
 infuderat. Corpora autè & ipsorum omnium (ad
 tria enim millia caesa fuere) in Tiberim proiecta,
 eorûmq; bona publicata. Licinæ Caij vxori dos
 adempta est. Ipse tamè Opimius paulò post mis-
 sus ad Iugurtham legatus, pecuniâque corruptus,
 & ignominiose damnatus, infamis, ac populo
 iniustus, miserimè consenuit. Sed mox idem o-
 stendit, quanto desiderio Gracchos per pœnitē-
 tiam prosequeretur. Nam sacella erexit in his lo-
 cis, in quibus occisi fuerant : & sacrificiis consti-
 tutis eos coluit, eorûque statuas in celebriori-
 bus vrbs locis magnificè posuit.

Caij mors

Serui cy-
 ga domi-
 num suū
 mirificus
 amor.


Caij &
 Fuluij ca-
 pita Au-
 ri ponde-
 ribus asti-
 mata.

Opimius
 miserè re-
 liquum
 vita du-
 cit.

COMPARATIO

Tiberij & C. Gracchorum cum

Agide & Cleomene.


 Mnum Romanorum Gracchi optime ad virtutem & nati & educati sunt. Agidus & Cleomenis ingenium tanto videtur fuisse validius, quod neque recte educati, & in iis moribus enutriti, quibus maiores iam pridem corrupti fuerant, ipsi sese duces frugalitatis temperantiaeque prae buerunt. In utrisque, praecipue vero in Agide maxime pecunia contemptus apparet. Conatus autem eorum in novis rebus machinanda, magnitudine multum differunt. C. enim Gracchus iterum refectiones, & Urbium instauratio or moliebatur: omniumque actionum audacissimum quod Gracchorum maior publicos agros dividere populo, minor CCC. ex equitibus iudices patriam admiscere aggressus est. Agidus vero & Cleomenis institutum novandarum rerum tale fuit, ut exiguis singulisque morbis, eosque excindere conati, eam mutationem machinati sint, qua simul omnia tollerent mala. Gracchorum instituto principes Romanorum repugnarunt: qua vero Agus instituit, Cleomenes perficere voluit, imitatione Lycurgi & Apollinei oraculi confirmatione facta sunt. Roma Gracchorum actionibus nihil aucta est: Cleomenis laudabile conatus Sparta totius fere Graeciae imperium tradiderunt. Gracchi pugnae adu cives suos in fuga perierunt. Agus ne quem suum interficeret, voluntaria prope morte decessit: Cleomenes iniuriam contumeliasque affectus, cum occasione perficiendi quod intenderat destitueretur, animose mortem sibi conscivit. Vicissim Agus priusquam bello rem gereret mortuus est: Cleomenis autem victoriam offerri potest egregium T. Gracchi facinus, quod mu-

ros Car-

ros Carthaginis occupavit: cum Numantium sedum
 quo xx. Romanorum milium millia, nullam aliam
 salutis spem habentium, seruauit. C. quoque Gracchus
 multa & ibi & in Sardinia fortitudinis documenta e-
 didit. Agri Rempub. mollium quam par erat admini-
 strauit, nec sacri prudenter actiones sunt instituisse vi-
 detur. Contra Cleomenes in mutando Reipub. statu ni-
 mitiam violentiam adhibuit. Gracchorum neuter inre-
 stinarum sedium autor fuit: imo Caius in bello stre-
 nuissimus, in seditione processit inermis & omnino ma-
 iorem ne quid faceret, quam ne quid pateretur curam
 adhibuit. Tiberio obicitur, quod collegam tribunatu
 detecit, & alterum sibi coniuuari uoluit. Cato An-
 tully cedes imputatur, cum u inuito ipso indigneque
 ferente sit occisus. Cleomenes interfectu Ephoru, ser-
 uos liberauit, regnauitque (si rem spectes) solus, &
 Archidami necem se approbasse silentio & impunitate
 ostendit. Præterea, qui mores eorum culpant, Cleome-
 dem ab initio sciam tyrannidum appetentem, bellorum-
 que artificem fuisse dicunt: in Graccho inuidi nihil præ-
 ter nimium gloria studium reprehendere potuerunt:
 fastique sunt eos irritatos ab aduersariis, uehementia
 animi & contentionis tanquam uentis incitatos, in ex-
 tremum discrimen Rempub. adduxisse. Si de singulis
 ferenda est sententia, primam uirtutum laudem Tiberio
 tribuerim: minime omnium peccasse Agidem censue-
 rim: effociate & audacia Caium Cleomene hand
 paulo inferiorem fuisse iudicauerim.



Lyfander.

LY S A N D R O pater fuit Aristocle-
tus ex Heraclidarum genere. Qui in
angustis opibus à puero statim edu-
catus, patriis legibus statim obtem-
perans, ab omni voluptate penitus
abhorruit. Nec aliquo vnquam studio, præter
quàm honoris & bene gestarũ rerum gloria mo-
uebatur. Idcirco nullum laborẽ honestum vnquã
defugit. Et quamuis à facultatibus esset inops, in-
uictus tamẽ incorruptũsque ab omni pecuniarum
libidine permansit. Nã subactis Athenis, è quibus
auri argentiq̃ue copiam maximã in Spartã intro-
duxit, ne drachmam quidem sibi assumpsisse cer-
tum est. Verũm cum Athenienses post acceptã in
Sicilia cladẽ, classẽ rescicere statuisent, & re-
uocatum ab exilio Alcibiadem, rerum omnium
summa præfecissent, Lacedæmonij ob id arden-
tiores facti, Lyfandro totius classis imperatore
constituto, longẽ solito grauiorem apparatus
constituerunt. Lyfander autem cum classẽ Ephe-
sum profectus, & Sirdos postea nauigans, Cy-
ro regi in Tisaphernem multa conquestus est.
Quoniam Lacedæmonijs cum auxilio esse de-
buisset, Alcibiadis intuitu Atheniensibus ma-
gnoperẽ faueret. Cyrus autem viro humanissimẽ
fufcepto monuit, vt eius libertate, magnificen-
tiãque vteretur, quemadmodum nullam esset re-
pulsam accepturus. Hic ille cum oraret, vt nau-
tico stipendio saltem in capite obolum adderet,
Cyrus illius modestia delectatus, daricorum mil-
lia decem ei dari iussit. Lyfander hoc accepto sti-
pendio,

*Lyfandri
continen-
tia.*

pendio, viriimque distributo, aduersariorum
 naues paruo tempore vacuefecit, nautica enim
 turba ad maiorem stipem ab illis commigrabat.
 Interea Alcibiades è Samo Phocata enauigans,
 Antiochum classi præfecit. Antiochus autem nõ-
 nunquam ante Ephesiorum portum discurrens,
 Lysandrum risu & plausu insolentius despicie-
 bat. Tum Lysander indignitatem diutius non
 sustinens, Antiochum insectari cœpit, & confer-
 ta pugna, captisque quindecim trirēibus victo-
 riam reportauit. Oppresso autem apud Arginusas
 successore Callicratida, perentibus fociis atque
 Cyro, Lysander iterum classis dux creatus est.
 Credebant enim nihil sub tanto duce mali se
 passuros. Cùm autem ad classem se contulisset,
 licet hostibus impar, nonnullas tamen insulas
 occupauit, & Aeginam ac Salaminam incursatio-
 nibus infestans, in agrum vsque Atheniensem
 descendit, ex quo grandi impetu abactos, per di-
 uersos colles, in Asiam euasis, atque Hellepontũ
 destitutum offendens, Lampfacenos aggressus
 est. Et Thoras urbem vi captam militibus diripi-
 endam dedit, & Athenienses hac audita clade,
 cum centum & octuaginta nauium classe, è re-
 gione hostium, adhuc circa Lampfacum urbem
 cum classe sedentium nauigarunt. Postridie au-
 tem instructa classe, cùm pugnare contenderent,
 Lysander in portu se continens, miro ordine pro-
 ras aduersas frequēti bellatore completas, tene-
 bat: pedestresque copias circa litus structas sta-
 re iussit. Et cum tēque quatēque Athenienses
 in eum totam classem concitarent, nec in altum
 Lysander se educeret, audaciores facti, hostem
 quasi terrore compressum, in contemptu habe-
 bant. Lysander autem emissis exploratoribus,
 audiens Athenienses vlla sine formidine in pos-

*Lysander's
victoriae*

tu ociosos torpescere, ac sine custodia sedere, triremium præfectos, socios ac gubernatores vehementer hortatus, instructa classe in altum omni promptitudine exiit, & in hostem præcipiti celeritate contendit. Cùmque iam in hostium conspectu esset, è prætoria nauis signo dato, classicum caui iussit. Athenienses verò nil tale suspicati, clamore etiam ac strepitu terrefacti, tumultuarie processerunt. Conon autem imperator, ubi ad tutandam classem socios per diuersa loca dispersos, cogere non potuit, cum nauibus octo in Cyprum confugit. Lysander verò in cæteras irruens, classem vniuersam dissipauit, deleuitque. Et direptis castris, ad tria hominum millia cum duobus capta secum ducens, cum tibiarum tubarumque clangore, lætus Larapsacum reuersus est: paucisque interiectis diebus, captiuos omnes duces morte multauit. Hac tanta Lysander elatus victoria ad subigendas Athenensium oppidis perditionem receptis, quoscunque Athenienses obuios habuit, in urbem abire iussit, ni trucidari mallent: Arbitrabatur enim, inualecente fame, ciuitatem facilius ad deditionem peruenturam. Nec cum profectò sefellit opinio. Quippe non multo post, adeo intra urbem fames ac rerum omnium penuria, propter multitudinem conuuluit, vt ciuitas à victore condiciones suscipere cogeretur. Subacta autem Athenarum vrbe Lysander muros, turres, Pyræumque modulantibus tibiis diruit. Naues coronatis sociis, & tanquam in celebri pompa ludentibus, ad tibiam similiter cremari fecit. Statum reip. permutauit, ac imposito in arce præsidio, triginta intra urbem, in Pyræo decem constituit præfectos, triste quidem spectaculum erat urbem vidisse, cuius tam

*Lysanderi
victoria.*

*Captiuos
duces
morte
multati.*

*Athenas
Lysander
euerit
ac Reip.
statum
permutauit.*

grandis

grandis fuerat gloria, & quae tam maximos in Nihil tã
 lucem ediderat duces, vastam, deletamque, serui- *superbia*
 liaque munia suscipere. Hæc autem victoria tan- *quod tan-*
 tum nominis gloriaeque Lyfandro attulit, vt illi *dem non*
 per ciuitates aræ constituerentur, præcæque in *ruat ac e-*
 huius generis carmine decantarentur. Almx Græ- *ueratur.*
 ciar Imperatorem, à latissima Sparta, diuinis cele-
 bramus cantibus lo præan. Samij autem Iunonis
 templa, Lyfandria appellauere. Erat Lyfander
 ambitiosus, & primoribus difficilis, potentiaque
 terribilis, ac nullus in eo supplicij erat modus.
 Nam cum Milesios iureiurando persuafisset, se nõ
 nociturum si ad se proficiscerentur: cum primùm
 fidem habuerunt illi, non pauciores octingentis
 occidit. Tanta deinde cædes in plebeios eius man- *Lyfander*
 dato per alia oppida peruagata est, vt Etheoclem *fide dat,*
 Lacedæmonium dixisse ferant, bene cum Græcia *eãq. tur-*
 actum esse, quod duos nõ protulerit Lyfandros. *piter vno*
 Cum autem Pharnabazi agrum Lyfander incur- *lat.*
 sationibus infestaret, Spartam Pharnabazus ac- *Etheocles*
 cusatorem misit. Ephori ob id non parum indi- *celebre*
 gnabundi, per edictum Spartam Lyfandrum vo- *ditum.*
 cauerunt. Is Pharnabazi criminationes formi-
 dans cum eo in colloquium venit, exorauitque,
 vt ad Ephoros literas daret, quibus nulla laceffi-
 tum iniuria se fateretur. Quod cum facturum se
 reciperet Pharnabazus aperte de Lyfandro & o-
 ptimè conscripsit: clausulum tamen per alias li-
 teras illum damnauit ac in obsignandis literis,
 epistolas alterans, forma ac aspectu non dissi-
 miles, & quas seorsim exarauerat, Lyfandro de-
 dit. Eas cum ille vtilis arbitraretur, Cretica arte *Pharna-*
 delusus, Ephoris accusatorias reddidit. Ephori *bazi cal-*
 autem inspectis literis, eas Lyfandro ostenderunt. *lidum in*
 Ille mæstus, & religionis gratia Hammonis tem- *dãdulo-*
 plum ascensurum se simulans, vix à magistratu *teru.*

ut dimitteretur obtinuit. Erat omnis quasi Græ-
 cia illius dominationi obnoxia, quoniam per
 sodalitia ciuitates tenebat. Reges autē & ephori,
 vt Lyfandri potentia diffolueretur, eius videlicet
 huic peregrinationi affenserunt. Athenienses in-
 terea eiectis triginta tyrannis, in libertatem se
 vindicarant, & propterea Lyfandrum Lacedæ-
 monij paulò antè reuerfum, imperatorem emise-
 re. Et ne eius potentia denuò conualesceret, effe-
 cere vt ex regionibus alter vnà in expeditionem exi-
 ret. Qui cum Athenienses composuisset, Lyfan-
 dro dominatus conditionem eripuit. Verume-
 nimuerò paulò post cum Athenienses desciscerēt,
 Lyfandri prudentia maximè emicuit. Qui non
 ad aliorū gratiam, sed ad rei spartanae commoda
 se verum imperium exercebat. Erat quidem au-
 dax eloquio, & repugnantibus terribilis. Argiuis
 enim de agri finibus dissentientibus, Lyfander
 ense commōstrato, inquit: Hic autem agri disce-
 prationē dirimet. Prætergrediens Corinthi mæ-
 ma, dū hostes à tergo incumberent, & à suis lan-
 guidè resisteretur, fortè lepus è fossa exiit. Tum
 Lyfander, Nōne pudet, inquit, eos timere, quo-
 rum mœnibus per socordiā lepores indormiunt.
 Mortuo interea Agide, Lyfander Agefilaū olim
 regis fratrem hortatus est, vt regnum susciperet.
 Cuius opera & suasa cum ille rex crearetur, inter
 triginta consiliarios. Lyfander principatum ob-
 tinuit. Constituto itaque Agefilao in Asiā impe-
 ratore, ob pristinam consuetudinem, Lyfandrum
 omnes adibant, comitabantur, colebantque. Et
 siquid in rebus agendis consilij opus erat, eius
 libenter iudicio parebant. Videns autē rex omnē
 consiliario suo dignitatem deferri, & sibi dun-
 taxat inane regis nomen superesse, mœrore affe-
 ctus, in inuidiam incidit. Itaque beneficiorum
 imme-

*Lyfandri
 peregrina-
 tio.*

*Gladius
 discepta-
 trone
 plurimas
 dirimit.*

*Agefila⁹
 rex accla-
 mur.*

*Regium
 nomen sa-
 pius ma-
 ner.*

immemor, Lylandri potentiam autoritatēque proflus deiecit: eumque adeo contempfit, vt cum principatus officia ditribuiffet, Lylandrum diuidendis carnibus præfecerit. Qui cum regi deſpectui eſſe ſe videret, Spartam ignominioſe nauigauit: vbi ad vindictæ ſolatum, omni calliditate plebis animos in regem exaſperabat. Dum hæc Lyſander moliretur, Athenienſes rurfus aduerſus triginta tyrannos, Thebanis auxiliantibus, inſurrexere. Quod cum Lyſander accepiſſet, Ephoros hortatus eſt, vt ſupplicias præſentis ferrent. Accepto igitur imperio, exercitūq. per Phocenses ducto, Orchomeniorum oppidum in deditiōnem accepit. Inde progreſſus Lebadiam diripuit. Cupiēſque cum Pauſania rege, quem *Orchome* poſt eum cum magna manu Lacedæmonij emi- *ni dedi-* ſerant, copias coniungere, illum per literas cer- *tio.* tiorē fecit, manē ſtationem ad Haliartum oppidum ſe habiturum, & propterea vt eō cum copiis maturaret hortatus eſt. Tum Athenienſium ſpeculatores, intercepto curſore, Thebanis literas detulerunt. Qui lectis literis Lyſandrum præuenientes, oppidum clauſtinè ingreſſi, quietem agebant. Tum Lyſander Pauſaniæ moram haud *Lyſanderi* patiens, orto die phalangem duxit ad muros. *caedes.* Thebani verò ſtructa acie cum oppidanis eruptionem facientes, impetu terribili Lyſandrum cum augure & plerisque obruncarunt. Deinde in cæteros ſæuientes, magna cæde edita, in fugam verterunt. Mille autem ex his cecidere, trecenti ex Thebanis deſiderati ſunt. Corpus eius per inducias ab Haliartinis redēptum, vt primum Bœotix confinia deſierunt, ſocij in Panopzorum agro condidere. Huius mortem Spartiatæ adeo *Rex reſu-* grauiter tulerunt, vt mortis reum regem iudica- *mortis ſu-* rint. Qui iudicium reformidans, è regia effugit, *dicatus.*

*Lysander
pauper-
tati.*

& in Minerarum templo supplex vitam duxit. Et tunc sanè viri pauperas clarior emicuit, nam ex tanta potentia, ex tot pecuniis, ex tanta ciuitatù prouinciarum, imperique procuratione, ne minimum quidem argenti reliquit, Nul is igitur etiam mortuus honoribus caruit, sicut filiarum sponfos pecunia Laedæmonij mulcarent, quòd Lysandro mortuo, & in summa paupertate reposito, eas illi repudiaffent.



Sylla.

*Syllæ or-
tu.*

LVCIVM Cornelium Syllam, patritia ortù familia fuisse constat, verum adeo ab adolescentia pauperibus educatum, vt penes alios habitasse, ac exiguas domunculas mercede conduxisse, proditum sit. Vnde cum postea secundis vteretur rebus & elatioribus verbis saepe gloriaretur, à quodam ex honestiori ordine obiectum est illi: Quonam pacto vir potes esse bonus? quando quidem à patre pauper relictus, tam amplas possides facultates? Dum rerum etiam potiretur, multòque occideret, libertinus quidam vnum ex proscriptis hominem occultans, & propterea è saxo præcipitandus, Syllæ contuberniù obiecit, quòd in vniuersis ædibus egissent, & quòd ipse superiores, Sylla inferiores partes incolisset. Erat glaucis oculis Sylla, & ob faciei ruborem aspectu terribilior videbatur. Salibus etiam ita indulgebat, vt à pubertate cum mimis ridiculisque petulanter versaretur, atque in rerum omnium dominatu, eorundem sodalitia inter quotidianas

*Obiectio
Syllæ plu-
rimū du-
ra, quòd
pauper à
patre re-
lictus di-
ues cito
ingressus.*

tidianas computationes, & procacitates frequen-
 taret. Ad eoque tum ad lasciuas, leuitates & ille-
 cebras defluxit, vt etiam in profectioni etate mi-
 nus sese reuocauerit. Quippe Metrobium sceni-
 cum, à iuuenilibus annis amatum, vsque ad extre-
 mum etatis, amore profecutus est. Nicopolin
 quoque vulgare scortum, alioquin nummosum
 perditè adamauit: à quo etiam hæres reliquus est.
 Nouerca itidem hereditatem acquisiuit. Qua-
 stor subinde cum Mario consule contra Iugur-
 tham in Africam nauigauit. Et præter id quod
 ad cætera se magnificè gessit, etiam tanta Boc-
 chum Numidarum regem sibi beneuolentia con-
 ciliauit, vt cum per id temporis à Mario Iugur-
 tha profigaretur, ad Bocchumque suum socerum
 confugisset, Bocchus beneuolentiæ non imme-
 mor, generum Syllæ tradiderit. Et quanuis inde
 Marius triumphasset, Sylla tamen iactans abundus,
 illius genæ rei imaginem in annulo sculptam
 circumferrebat, ac in posterum vsus est. Erat e-
 nim huiusmodi sculpeura. Bocchus Iugurtham
 tradens, Sylla suscipiens. Et licet hæc Mario tri-
 stitiam afferrent, tamen consul secundum crea-
 tus, Sylla legito vsus est: in quo munere Copil-
 lum Pectosagorum ducem cepit. Cum verò ter-
 tium consulatum Marius assequeretur, Syllam
 militum Tribunum habuit, eiusque opera & in-
 genio Marfos, plurima populo Romano bene-
 uolentia conciliauit. Et cum in dies Syllæ nomen
 increbresceret, Marius inuidia facillè tandem la-
 borauit. Ideò Sylla Catulo alteri consuli adha-
 sit, à quo cum secretorum omnium primus ad-
 scisceretur, ad potentiam gloriàmque sibi iter
 extruxit. Nam barbaros, Alpes incolenteis stre-
 nuè debellauit, atque exercitu fame laborante,
 tantam comæatus copiam exhibuit, vt Maria-

*Sylla la-
sciua.*

*Sylla à
scortis ha-
res reli-
quus.*

*Sylla an-
nulus.*

*Marij &
Sylla a-
mulatio.*

*Ciuilis
belli ori-
go.*

*Marius
ciuile bel-
lum reno-
uat.*

*Sulpitius
trib. pl.*

nis etiam suppedicaret. His itaque rebus Marius
actuans, in summam paulò post erupit inuidiam
& ciuile bellum excitauit. Sylla itaque ex rebus
bellicis ad ciuilia negotia animum intendens,
urbanam præturam assecutus est. Qui cum in
Cappadociam cum exercitu mitteretur, Gordio
eiecto Ariobarzanum in regnum restituit: vbi
mira autoritate præcelluit. Nam Arsacides Par-
thorum rex, Romanorum societatem petens, ad
eum tanquam ad Romanum principem legatum
miserat. Bocchus interea, vt Ro. populi Syllæque
gratiam assequeretur, triumphales in Capitolio
imagines posuit. Aureus erat Iugurtha ab eo Syl-
læ traditus. Cùmque Marius inuidia acrius ex-
candesceret, & statuas diruere moliretur, alique
Syllæ auxilio essent, in maiorem quàm antea vn-
quam ciuitas seditionem exarsit. Quæ tamè mox
exorto sociali bello, non difficulter acquieuit.
Postque cum Sylla aduersus Mithridatem emit-
ti se flagitaret, Marius iam senio confectus, ad
perniciosissimam illam seditionem, tantarum
cladium causam, animum intondit. Et adscito ad
se Sulpitio plebis tunc tribuno, omnium quidem
nefandissimo immanissimoque, aduersus Syllam
multa moliebatur. Erat Sulpitius magna homi-
num stipatus caterua, & præter enormia & cru-
delia multa, flagitiosas scripsit leges. Quibus in
bello aduersus Mithridatem gerendo, Syllæ Ma-
rium prætulit. Mox consulibus in Castoris aede
concionem habentibus, cum armatis irrumpens,
complurium stragem edidit. Dum verò tribu-
nos militum Nolam mitteret, vt ad Marium ex-
ercitū educerent, Sylla clanculum se subducens ad
exercitū præuenit. Quo acta renunciantes, milites
irati Tribunos propè lapidibus obruerunt. Ma-
rius autem in vrbe sæuiens, Syllanos omnes ad
interi-

interitum vsque cæcidit. Quo audito, Sylla cum *Sylla vi.*
 exercitu ad urbem properè venit, ac irruens præ-
 cipiti furore, nemini pepercit, omnia igne ferro-
 que mandauit. Enimuerò Marius illius rabiem *etor ne-*
 impetumque formidans, vocarat ad pileum ser-
 uos. Sed tandem superatus, vrbe secessit. Sylla au-
 tem victor, Marium, Sulpitium, & paucos alios
 mortis reos iudicauit. Cùmque expeditionem
 in Mithridatem iamdiu animo destinasset, sum-
 pto exercitu, ex Italia traiecit in Græciã. Et cùm
 nonnulla ciuitates eum peterent, ipse tamè Athe-
 narum urbem Aristionis tyrannide oppressam
 cæpto Pyreæo obsedit. Et cùm magnæ molis ef-
 set Athenas capere, Sylla pecuniæ inopia coactus
 vt operi tanto suppeditaret, ad mouenda ex Græ-
 ciã tēplis dona Caphin emisit. Qui cùm Delphis
 esset, & sacra tractare formidaret, ad Syllã, quos-
 dam lyræ sonitus intra sacram ædem audiuisse
 scripsit, quibus territus progredi vltcrius ausus
 non fuisset. Cui per facetias Sylla rescribens, in-
 quit: Exultantis & iubilantis dei iudicium depre-
 hendere potueras, qui dona tibi per hilaritatem
 tribuebat, & propterea tu confidentiùs accipere
 potes, ex quo clam à Græcis hæc missa fuere. Inter
 quæ dolium aureum tantæ magnitudinis fuerat, *Ammonæ*
 vt iumenta illud tollere nequiret, quod Amphibi-
 cyones concidere coacti sunt. Vrbs deinde ad *caritas*
 eam famè est adacta, vt tritici medimnus drach- *ad ededa*
 mis mille vaniret, & homines lathalia quædam *lathalia*
 commanducarent. Tandem post longam famem, *homines*
 Sylla, effosso inter Pyrrhæicam & sacram portam *compulit.*
 muro, Athenas ingressus, milites ad eadem rapi- *Strages*
 namque immisit, ac tantam edidit stragem, vt *tanta vt*
 cruor vndique per vias ad suburbia efflueret, *cruor per*
 Cùm interea Taxilles Mithridatis præfectus, è *vias vn-*
 Thracia & Macedonia cum centum millibus pe- *dique ad*
 efflueret.

ditum, equitum x. millibus, curribus nonaginta, falcatis descenderet, & Archelaus etiã circa munitiam eum classe in anchoris staret, Sylla faciem deuitans (vt dictum est) ex agro Atheniensi in Buxoriam exercitum duxit. Hic cum Hortensio è Thessalia copias educete exercitum coniungens, collem quendam occupauit. Erant enim milites mille & quingenti, peditum verò millia x v. Hostes autem horum paucitate spreta, terribili impetu ac clamore eos aggressi sunt: & intra vallum Romanos compressere, adeò vt nulla ratione eis Sylla pauorem adimere posset. Erat non procul Saxeus quidam tumulus, in quo iam pridem arx fuerat: eum cum Sylla occupare statuisset, vidissetque hostem illuc armatis cum militibus properantem, vsus militum audacia, retrusaque Archelao, montem strenuè occupauit. Paulò post Sylla traiecto Adso fluuio, apud Edilium montem non procul ab Archelao castra posuit. Volensque Thuris ab hoste captis auxilium ferre, Cheroneam perrexit. Sumptisque à militum tribuno copiis, clandestinè supra verticem insidiatores emisit ad Thurium, vt de superiore in hostes saxis & telis irruerent. Quo facto, tantus pavor barbaros inuasit, vt fuga extemplò facta, per prona & saltus se præcipiterent. Et cum fugientes à Romanis ex inferiori trucidarentur, Taxilles & Archelaus, instructa acie ad suorum auxilium strenuè prosilierunt. Arsit vtrinque certamè, & bilem furor furentibus acuit. Demum Sylla dextrum Archelai cornu violentius vrgens, hostes in fugam vertit: cæsi sunt passim barbari, ac maxima strages edita est, vt ex tot millibus decem vix millia superauerint. Non plures duodecim ex Romanis desiderati sunt. Quo in loco Sylla ob adeptam victoriam, trophæum crexit.

Renau-

*Sylla con-
silium.*

*Sylla vi-
ctoria.*

Renunciatur interea, Dorilaum ex omni Mithridatico apparatu, octoginta hominum millia, & classem magnam Chalcidam deuenisse, Bœoticumque agrum inuasisse: & nihil præoptare, quam ut cum Sylla manus collaris lignis confereret. Dissuadebat autem Archelaus Dorilao, ne cum Romanis confligeres, verum eos potius differendo contereret, & longis impetis attenuaret. At Sylla, qui iam in Macedoniam aduersus Flaccum aduersæ factionis ducem mouerat, his renunciatis, exercitum reduxit, ac obuiam barbaris profectus, non procul ab hostibus castrametatus est. Et dum fossas excavari, vallumque muniri iuberet, barbari moræ impatientes, ingenti cursus velocitate operibus destinatos in fugam verterunt. Et toties vallum muniētes telis infestarunt, quoties operi faciundo illi incumbebant. Cum postera die Sylla deinceps fossam strueret, à barbaris irruentibus acriter pugnari cœptum est. Sed Romanis mirum in modum urgentibus, hostes terga dederunt. Tum tanta strages edita est, ut campus, paludes, lacusque cruore, & cadaveribus replerentur. Hinc nostra adhuc ætate, arcus, galearum gladiatorumque fragmenta egesto cæno replerentur. Dum hæc agerentur, Roma nunciij venerunt, renunciantes ab aduersa factione crudeliter flagitiosèque agi. Et propterea ut amicis patriæ penatibusque occurreret, orarunt. Vxor etiam cum filio ad eum confugiens, ædes dirutas, bona rapta omnia, & in perniciem cætera trahi retulit. Quare animi dubius Sylla, nec patriæ interitum, nec bellum hoc imperfectum ferre poterat. Et propterea cum Mithridate pactus est, ut Asiam Paphlagoniamque dimitteret, Bithyniam Nicomedi, Cappadociam Ariobarzani traderet: Duo talentorum millia Romano pen-

Mira cadaverum strages.

Cum Mithridate pactum.

deret populo, ac septuaginta aratas naues cum apparatu & armamentis exhiberet. Quibus firmatis, cum Sylla complectens dissuauiauit, ac Ariobarzanem Nicomedemque reges in gratiam cum illo reposuit. Et acceptis septuaginta nauibus, post longos errores, multisque additis triremibus, cum mille & ducentarum nauium classe, à Turrachio in Italiam circa Tarentum traiecit. Et cum Campaniam ingrederetur, Marius iunior Norbanumque consules inuadens, in fugam vertit, ac milibus septem caesis, Norbanum intra Capuam inclusit. Paulo autem post, iterum cum iunior Mario certamen ingressus viginti millibus obruncatis, ac x. millibus captis, ad Praeneste usque cum profligauit. Tandem per multa variâque certamina Sylla ageratus, urbem victor ingressus est: ubi tot hominum millia ad stragem dedit, tot proscriptorum bona diripuit, tantum sanguinis effudit, ut nedum visu, sed & relatu mortales miseratione afficerentur. Non enim necessitudini, non aetati, non sexui pepercit. Non templa, non penates, non paternum domicilium à caede exemit. Hoc idem in Italiae oppidis factitatum est. E Praenestinis autem (quoniam singulos trucidando tempus terere videbatur) simul vno loco ad duodecim millia truncari iussit. Et cum soli hospiti indulisset, olus ergo, inquit ille, extincta patria non relinquat: mox vltro percussoribus sese offerens, confossus est. Sylla autem post innumerabiles cruciatus, funera & proscriptiones ad centum & viginti annos dictatorem se dixit: optansque Pompeium affinem sibi efficere, vxorem ut repudiaret, effecit. Cui Amylium Scauri quondam ac Metellæ vxoris suæ filiam, Magno Glabrione distractam, Pompeio locauit ipse quidem de Mithridate magnificentissimè trium-

*Horreda
Sylla erui
deliras.*


*Sylla pa-
terparua
appella-
tur.*

triumphauit, voluitque patrem, ac patriæ se conseruatores appellari, atque annum illū felicem dici. Post felicitati suæ confidens, magistratu liberè se abdicauit. Et medio foro priuatus versabatur. Sæpe etiam populo epulum dedit ad eò sumptuosum, vt cibaria multa eicerentur. Cùm verò gladiatorum spectaculum ederet, & promiscuè consideretur, ipse iuxta Valeriam Messalæ filiam fortè confodit. Erat enim illi cum marito iuratum: quam cùm venustam formosamque Sylla conspiceret, exarsit, & procacissimi adolescentis instar insaniens, molliculis oculorum mitibus risique, lasciuus eam persecutus est. Et cùm illa non minùs auerteret, ad vxorias passionis Sylla descendens, Metella paulò antè mortua, Valeriam ipsam duxit vxorem. Quoniam *Phthiria* verò sodalitiis, comotationibus, crapulis, *sis Sylla.* mis & citharædis mulierculis etiam immergebatur, in phthiriasim miserrimam incidit. Hic itaque forde inualescente, magis ac magis Sylla vitam pertæsus, Puteolis mortem obiit. Et cùm *Inscri-* plarique corpus ab exequiis arcere niterentur, *ptio Syl-* Pompei opera cadauer Romam delatum, rogò *la monu-* que impositum, honore non caruit. Eius mo *mento* numentum in campo Martio, hac ab ipso edita *imposita.* inscriptione, positum est. Nemo me amicus beneficentia, nemo in ferenda iniuria inimicus superauit.

COMPARATIO LYSAN-
dri ac Syllæ.

Visa utriusque vita facta, gesta iam confe-
renda sunt. Cùm igitur uterque magna
euaferit, Lysander tamen à volentibus ma-
gistratum civibus accepit: quando per sedi-
tionem & agrotante rep. potentiam usurpauit Sylla,
Ille ad amplissima missus imperia optimarum optimus,
præcunctumque primus emicuit, & à magistratu se pius
se abdicans sepe etiam rogatus accepit. Alter consul se
met electus, exercituum anno decem non reliquit: ce-
terum modò consulem, modò præconsulem, modò dicta-
torem se gerens, tyrannidem exercuit. Lysander sua-
sione, non armis, ciuitatu gubernacula mutare conatus
Sylla per est: nec vniuersa destruxit, veluti Sylla. Propter ami-
inuidiã. cor ille quidẽ peccata cadẽsque parauit: sed Sylla per
Lysander inuidiam Pompeio exercitum abscidit: & quam dede-
rat Dolabella classem, eripere conatus est. Lucretium
amico, Offellam, per quem Præneste Marium obsederat, quod
peccauit. consulatum peteret iniussus, se inspectante, trucidari
iussit. Lysander in tanta potestate, continens fuit: alter
autem nec adolescens propter inopiam, nec senex à vo-
luptatibus propter ararem se retraxit: verum amori-
bus indulgens, civibus de re nimirum vxoria, continen-
tiãque leges dedit: pecunia ciuitatem exhaustit, liber-
tatem & leges vendidit. Et ciuium ades præconis voce
hæstæ subiticiens, inter sodalitia, vinariãsque societates
turpiter versatus est. Alter, à quibus ipse vitium se ab-
Lysander stinebat, his ciuitatem replebat. Sylla suis erat civibus
quibus re longè deterior. In re autem militari, non est profectò
purgabat Lysander Sylla comparandus. Quoniam victoriã d'un
vitiu vr taxat duas, ex præliu duobus naualibus ille reporiauit
bẽ, isidẽ vixote qui Antiochum Alcibiadu gubernatorem, ma-
Sylla re- ritima superauit pugna, & Philoclem Atheniensis
plebat. plebecula ducem circumuenit: quorum alter Michri-
datis

datus stabulario, alter Marij mancipio sanè non con-
 ferendus. Obsidio etiam Athenarum facili illi fuit. Ne-
 que multu preliu Lysander Pyraeum occupauit. At
 si Syllam referam, & si principes, consu'er, auorsaque
 factionis duces, quis Mario terribilior fuit? quis Mi-
 thridate ex regibus potentior? quis Lamponio aut The-
 lesino ex Italis bellicosior? Et tamen omnes Sylla supe-
 rauit. Lysander etiam in suorum auxilia plus iusto sa-
 pe nauauit operam: Sylla verò cùm abesset, & ab ad-
 uersa factione necarentur amici, expelleretur vxor,
 diruerentur aedes, nihilominus in Bawia belligran-
 trophæa constituit. Voluit enim priuatu odii tempus
 auferre, cùm Mithridatem nollet regem appellare,
 nec dexteram dare, nisi Bithynia, Asia, Cappadociæque
 relicta, Ariobarzani Nicomedique cederet. Ipse etiã
 Athenarum urbem subactam libertate donauit. Lysander
 autem ex libertate illam in tyrannidem conuer-
 tit, ac triginta præfectu obnoxiam fecit. Pliera ergo ac præfer-
 præclariora fuisse Syllæ, quàm Lysanderi facinora: & tur-
 licet Lysander continenior, Sylla tamen rei militaris
 fortitudine fuit longè præstantior.



Pyrrhus.

PYRRHO Phthia Menonis filia
 matre nato, Acacides pater, orta in-
 ter Molossos se ditione à Cassandro,
 cæterisque ciuibus, regno pulsus
 est. Pyrrhum autem adhuc infantem
 Androcleus, Hippus, Neanderque licet per varios
 casus, per multa rerum discrimina, ad Glauciam
 regem in Illyricum detulerunt. Rex autem quia
 Cassandrum Acacidæ inimicum timeret, aliqua-

diu deliberandus hæsit. Puellus interea limi reptans, Glauciæ pedes amplexatus, apprehensa veste surrexit ad genua, & blâdientis instar Glauciæ risum primò, deinde commiserationem excitauit, quasi per hoc salutem regi suum commendaret. Rex igitur pietate affectus, non modò cum cum filiis educauit, veram & filiam vxorem dedit, ac duodecim natum annos in paternum re-

Diuinum beneficium Pyrrho concessum. stituit regnum. Erat autem terribilis aspectu Pyrrhus, ac os vnum integrumque desuper habebat. Inerat etiâ eius dextri pedis digito vis quædam diuina, quo presens, splenè laborantibus medebatur. Perunt eo mortuo, cum cadauer igne consumeretur, digitum illum illasum persistisse. Dû verò securus iam crederet septimum & decimû attingens ætatis annum, Mollossis in eum conspirantibus, regno pulsus est. Neoptolemo enim sese dederant. Pyrrhus ergo ad Demetrium Antigoni filium confugit. Qui cum apud Hipseû pro eo in pugna illa magna certaret, hostes in fugam vertit: Et fœdere cû Ptolemæo inito, Demetrii obses in Ægyptû nauigauit: vbi modò in gymnasiis modò in venationibus fortitudinis & audaciæ signa ostēdit, ac Antigonâ Berenices Ptolemæi vxoris filiâ, sibi in vxorè dari meruit. Cui precibus & opera, cum copiis à Ptolemæo in Epirum, ad recuperandum regnum missus est. Quare cum Neoptolemo super regni societate pactus est. Regno autè duos nò capiente, Neoptolemus quidè Pyrrho necè molitus est. Quorû ille certior factus, eunctâq. dissimulâs eum in carnâ vocauit, incautumq. ferro superauit. Dein regno potitus, & suscepto ex Antigona filio, cōstitutaq. in Cherroneso Epiri vrbē, Ptolemæi & Berenices memor filiû Ptolemæû vrbē Berenicidam nominauit. Interius fortuna pulcherrimâ occasione ostendit

Antigona Pyrrhi vxor.

Regnum non capit duos.

ostendit

offerente, Macedoniam sibi animo destinauit. Nam Antipater necata matre, Alexandrum fratrem regno pepulerat. Qui dum à Pyrrho auxiliū peteret, in societatis præmium ei Nymphæam urbem maritimam Macedoniae orâ, Ambraciam, Acarnaniam, Amphilochiamque concessit. Quas vrbes, cum Pyrrhus præsiidiis munisset, ab Antipatro reliqua abducere, & Alexandro acquirere satagebat. Cuius rebus iam stabilitis, Demetrius in auxilium repentē aduenit. Sed quia non vocatus accesserat, mox in suspicionem incidit: propterea ambobus vnâ commorantibus, alter alteri insidias tendere, verba dare, ac exitiū machinare cœpit. Demetrius tandem præueniens, Alexandrum vita priuauit, & Macedoniae rex appellatus est. Habuerat Demetrius Didamiam Pyrrhi sororem in uxorem: qua mortua, tum quidem ob regnorum vicinitatem, magnæ inter eos inimicitia exorta sunt. Hinc paulo post Demetrius superatis Aetolis, & Pantauco duce cum copiarum parte ibi in præsidium relicto, ipse cum reliquo exercitu ad Pyrrhi perniciem exierat. Pyrrhus autem aduersus illum properans, per diuersos colles, Pantaucum adortus est: & dum pugna vtrinque seuiret, Pantaucus, magna vir fortitudine ac proceritate, Pyrrhum ad singulare certamen prouocauit. Pyrrhus qui Achillis genus sibi ad virtutem, non ad gloriam vsurpabat, in Pantaucum acrius equum contorsit: & confractis hastis ac vno accepto vulnere. Pantaucum duobus transfossis vulneribus humi prostrauit. Hac itaque Epirotæ victoria exultantes, Macedoniam phalangem grandi impetu adorti, quinque millibus captis reliquos in fugam perniciemque dederunt. Prælium hoc quidem tantum nominis, tantumque gloriæ Pyrrho pe-

Alexander vita priuatur.

Pantaucum Pyrrhus trucidat.

*Pyrrhus
victoria
potius
Alexan-
dro ma-
gno com-
paratur.*

*Pyrrhi
uxores.*

perit, vt Alexandro cum magno, tum vultus a-
lacritate, tum manuum agilitate, & animi ma-
gnitudinæ similem existimarent. Et profectò rei
militaris peritia, Pyrrhus præclare polluit. Nam
Antigonus sanè cum omnibus ætatis suæ duci-
bus, non semel prætulit. Fuit præterea comis ac
perbenignus, & ad referendas gratias apprime
liberalis. Cum autem maledicum quendam non-
nulli ex Amoracia pelli flagitarent, hic Malo,
inquit, eum apud paucos, quàm circumeuntem
apud multos nobis obloqui. Nonnullos per vi-
olentiam in eum conuiciis vsos, accersiri iussit,
petiitque nunquid in eum talia congestissent?
respondente vno, Plura vtique, si vini plus ingur-
gitassemus, subridens Pyrrhus, eos impunè dimi-
sit. Habuit post Antigone mortem, Pannoniæ
regis filiam vxorem, & Bricennam Bardillij illy-
rici, Lanassamque Agathochis Syracusani. Ex
prima Ptolemaum, ex altera Alexandrum, ex no-
uissima Helenum filios suscepit: omnes manu,
animo, ac bello promptos, ferocèsque. Cum autè
à filiorum vno, puero adhuc, cui regnum relictu-
rus esset, rogaretur, acutiorem ex vobis gladium
habenti, respondit. Lanassa autem, quæ Corcyra
Pyrrho in dotem dederat, videns eum aliis ni-
miam vxoribus blandientem, in Corcyram sol-
uit, ac Demetrium accepit in virum. Qui muni-
ta vire, maiora simul mox animo coacipiens,
peditum centum millia nauèsque quinquaginta
congregauit, & dum aduersus Lysimachum exer-
citus duceret, Pyrrhus ei Berhæa abripuit. Hoc
cum accepisset, priore relicta expeditione, in
Pyrrhum se conuertit. Castris autem iuxta posi-
tis, multi ex Berhæa in Demetrii castra profecti,
Pyrrhum summis laudibus modò militem pa-
triam, modò omnium benefactorem prædica-
bant,

bant. Tum hortabantur Macedonas è Demetrii
 comitatu, hortabantur vt ad Pyrrhum armorum
 parentem transirent. Quibus rebus exercitum
 cernens motum Demetrius insidiâsque timens, *Pyrrhus*
 simplici amictus chlamyde fugam arripuit. *Macedo-*
 chus itaque in exercitum receptus ac *nia rex*
 rex est salutatus. Paulò autem post apud Edeffâ *declara-*
 à Lyfimacho superatus, relicta Macedonia in E-
 pirum secessit. Vbi dum in ocio degeret, Taren-
 tini in Italia à Romanis attriti, Pyrrhum sibi in
 subsidiarum ducem adsciuerunt. Erant Tarenti-
 ni, Lucani, Messapij, iamutésque societate con-
 iuncti, ad quos, cum Pyrrhus equitum tria millia,
 peditum tria & xx. funditores & sagittarios
 quingentos, elephantos xx. transferret, per me-
 dium Ionium Borea seuenite, clasus pars in Ly-
 bicum, pars in Siculum pelagus dissecta est. Ipse
 autem cum regia nauis, ferientibus vndique pro-
 cellis, tandem ad lictus adaçus, Messapiorum
 littora ceu naufragus tenuit. A quibus magnifi-
 centissimè susceptus, cum tribus militum milli-
 bus ex superstitibus ac elephantis duobus, & Cy-
 nea sibi obuiam prodeunte, quam antea cum tri-
 bus equitum millibus in Italiam præmiserat,
 Tarentum ingressus est. Adueniente itaque *Pyrrhus*
 Albino consule magno cum exercitu, *Tarentin*
 ceatorem præmisit, Romanos interrogans, an
 causam cum Tarentinis se iudice vellent dirimi.
 Responso accepto, Romanos eum in iudicem
 non elegisse, minúsque formidare, inter Pando-
 siam urbem & Heracliam castrametatus est. Si-
 ris flumen castra disternibat. Quod dum
 transire Romani niterentur, Pyrrhus manu cor-
 poréque strenuus, optimi etiam ducis pruden-
 tiam non omisit. Cum enim Romani in eius
 duntaxat caput intenderent, ipse mutatis va-

*Romani
Pyrrhum
se necasse
iudican-
tes, in fu-
gam ab
eo cōpel-
luntur.
Pyrrhi
de Roma-
nis victo-
ria.*

sibus hostes fefellit: ita anceps diu certamen fuit, septiesque Pyrrhum hostes pepulisse, pulsūque fuisse ferunt. Et cum pro rege, is qui regia gestabat arma necaretur, Romanique lætantes hostem acrius impellerent: tum Pyrrhus nudato capite, viuum suis esse se ostendit, & tanto pariter impetu in Romanos irruit, ut eum cæde maxima illos in fugam verterit: ex quibus ad sexdecim millia desiderata sunt: ipse verò ad tredecim millia amisit. Hic captis Romanorum castris regionemque populatus ad trecenta stadia, propius urbem Romanam castra mouit. Hac autem victoria licet gloriaretur, animaduertens tamen virium non esse suarum Romanos subigere, nihil antiquius duxit, quam ad pacem eos amicitiamque adducere. Misso itaque Romam Cyneæ, senatus captiuorum obtulit liberationem, ad Italiam subiugendam auxilium sibi ipse amicitiam, Tarentinis securitatem postulauit. Iam Cyneæ oratio ad pacem patres inclinabat, cum Appij Claudij suasiones contrarium intulerunt. Ex quo per senatum Cyneæ responsum est, Pyrrhum tunc Romanorum amicitiam esse, pacemque recepturum, cum Italia excederet: sin minus, nil de pace futurum Cyneæ autem rediens mandata Pyrrho retulit: à quo interrogatus, quid de vrbe Roma sentiret, respondit cum multa alia, tum vidisse se senatum, quem in grauitate tanta venerationeque regum existimaret confessum: tum verò talem esse Romani populi multitudinem, qualem Hercules Lerneam hydram oppugnans expertus esset. Paulò post, cum ad eum pro captiuis redimendis mitteretur Fabricius, voluit Pyrrhus illum auro in amicitiam allicere: sed ille quāuis rei domesticæ angustia laboraret, mune-

*Ro. vrbi
ac sena-
tus laus.*

ra ca-

ra tamen animo spreuit inuicto. Volens deinceps
 rex illius animum experiri, utpote qui elephan-
 tū antea nunquam vidisset, ex improviso sublata
 tabernaculi aulea, elephantem vnum promusci-
 dem supra Fabricij caput efferentem, grauitérque
 barrientem ostendit. Tum Romanus tranquille
 subridens. Nec aurum heri, inquit, nec hodie be-
 flia me mouit. Miratus animi magnitudinem
 Pyrrhus, eò magis pacem cū Romanis inire de-
 siderabat. Quod cū senatus minùs approbaret,
 nisi Pyrrhus in patriam remigraret, aduersus eum
 Fabricius consul creatus est. Qui cū primū in *Fabri-*
 castra peruenisset, duobus preliis apud Asculum *cuis vsqz*
 cum magna vtriusque exercitus cæde, ad solis *ad solis*
 vsque occasum pugnavit. Et quanuis ad castra *occasum*
 Romanos Pyrrhus pepulisset, hasta tamen in *cum Pyr-*
 brachio vulneratus, dixisse fertur. Etiam si dein- *rho stre-*
 ceptus Romanos vicerimus, nobis omnino pereun- *nue pu-*
 dum est. Maxima quidem eius militum pars, & *gnat.*
 validior, & duces admodum omnes interierant.
 Legati interea Agrigentinorum Syracusanorum,
 Leontinorūque ad eum venire orantes, ut ad
 pellendos à Sicilia Carthaginenses ipsis auxilium
 ferret: è Græcia quoque aduersus Ptolemæum
 Ceraunum vocabatur. Quare deliberandus ali-
 quandiu perstitit: tandem Tarentinis relictis in
 Siciliam nauigauit. Et Carthaginenses aggressus, *Pyrrhus*
 eorum attriuit potentiam. Erycis munitissimi *Carthagi-*
 oppidi primus ipse muros ascendit. Et multis *ensum*
 gladio transfossis, multisque deiectis, vrbe poti- *potentiā*
 tus est. Mamertinos item deuicit. Quibus rebus *atertis.*
 elatior factus, ac superbè nimis se gerens, ciuita-
 tes tum premeudo, tum populando, tyrannidis
 ac ingratitude notam contraxit. Sed nihilo-
 minus maiora animo concipiēs, ad occupandam
 Lybiam, classem imperio coegit. Cæterum quod

ex suspitione Theonem ac Sostratum Syracusanorum principes morti dedisset, ciuitates multæ ad Carthaginenses, aliæ ad Mamertinos defecerunt. Animaduertens Pyrrhus, populorum istam conpirationem ratus, Siciliam minime posse subditione teneri (quandoquidem à Tarentinis Samnitibusque effugitabatur) in Italiam non sine discrimine traiecit. Quippe in recessu, præter alia bella, quæ passus est, etiã à barbaro quodam procero ac terribili ad singulare prouocatus certamẽ, eũ à capite vsq; ad imas corporis partes ense diducit. Quam victoriam per reliquum itineris securior ad singulare certamen Pyrrhum prouocat. factus, cuius peditum millibus, equitũ tribus millibus Tarentũ peruenit: vbi delectu facto, aduersus M. Curium Romanum consulem apud Beneuentum exercitum duxit: à quo superatus & in fugã pronocat. versus, amissa Sicilia Italiãque, cũ octo millibus peditum, & quingentis equitibus, in Epirum soluit. Et cum nihil haberet, vnde exercitui posset suppeditare, Macædoniam ingressus, cuncta populabatur. Tum multis captis vrbibus duobusque militum millibus ad eum deficientibus, Antigonus Demetrii filium, tunc Macædoniæ regem, iusta acie superatum: cum maxima Galatarum eade profligauit. Pulso itaq; Antigono, & Egæis expugnatis, Cleonymus Spartiatarum rex, quod in Lacedæmonios violentus esset, regno pulsus, Pyrrhum contra Spartam cum peditum viginti quinque, equitum duobus millibus, elephanis tribus & viginti adduxit. Pyrrhus autem vt animo erat irrequietus, sic ad res nouas intendens nullam moratus occasionem, apud ciuitatis muros castrametatus est. Postridie verò, ciuitatis fossas & aggeres superare contendens, dum in hostes equum adigit, equus sagitta transfossus, per auia Pyrrhum præcipitauit: ex quo à pugna cessatum

cessatum est. Ipse quoniam expugnare ciuitatem non poterat, multis acceptis plagis, ab oppugnatione destitit. Abacta igitur vix dum præda, confestim ab Aristeo contra Aristippum Antigoni partes sectantem, incitatus est. Sed propter Acri Lacedæmoniorum regis insidias nihil efficere potuit. Acri autem pugna à Spartanis circa Prolemæum filium exorta, properauit Pyrrhus ut auxilium ferret. Quem cum cognouisset adueniens, ab inimicis iam confectum, ira simul atque dolore percitus, in Eualcum ducem citato equo vectus, cum hasta, transfossus humi strauit, ac pedibus desiliens, magnam super illo pugnantium cateruam occidit. Ex quo hac paulum vltione mitior factus, quasi per funebre certamen filio parentasset, tandem peruenit Argos. Antigonus etiam ab Aristippo accitus illuc contenderat. Cum autem Aristeus noctu Pyrro portam reserasset, Galatasque in urbem recepisset, ingredientibus elephantis rumor Argiuos excitauit. Quare quantum poterant, armarunt se ciues. Ut primum illuxit dies, Pyrrhus in forum perueniens, simulachrum ænei lupi ac tauri quasi in prælio quodam conspexit, & simul veteris oraculi memor, summopere perhorruit. Habuerat enim oraculum, mortem sibi imminere, cum lupum taurumque pugnantes cerneret. Territus ergo dum pedem referret, inter suos qui seriatim urbem ingrediebantur implicitus, nec eua- dere, nec pugnare poterat, ita ex amicis inimicisque colluui quædam fuisse facta videbatur. Nec multò post fortissimè pugnans, à quodam hasta vulneratus est. Qui cum in percussorem equum verteret, ab illius matre cum cæteris pugnam desuper spectante, ac filij periculum formidante, insecta tegula, lethaliter percussus, ex-

*Oraculi
Pyrro
datum.*

*Pyrrhus
regula
percussus
ex equo
decidit.*

quo decidit. Hic cum Antigoni miles cervicem incisurus gladium eduxisset, ira toruè hominem aspexit Pyrrhus, vt præ timore non rectè, sed ab occipite cervicem ille secaret. Antigonus quidem caput Pyrrhique corpus magnificè sepeliri fecit: Helenumque eius filium adolescentem humaniter amplexus, in epirum remisit.



Caius Marius.

*Marius
humili lo
co natus.*

MAIVS Marius humili loco natus patrem habuit Marium, matrem Fulciniam, homines sanè rusticos ac viles. Huius Marij Rauennæ iam dudum erat statua, & aspectu immitis, & eius moribus congrua. Qui tametsi cum parentibus rusticaretur, tamen vrbana rerum desiderio allectus, Romam aliquando proficiscebatur: quoniam verò bellicosissimum ei natura effinxerat animum, facillè militiam perferens apud Numantiã sub Africano ceteris ætatis suæ adolescentibus fortitudine præstitit. Nam ante imperatoris òra hostem immaniissimum semel interfecit, & propterea sub Scipione ad alias dignitates peruenit. Cùmque per ocium ab amico fortè Scipio rogaretur, quemnam post se futurum putaret Romanorum imperatorem, tum leniter ille Marium tangens: Hunc profectò, inquit. Quibus verbis Marius elatior factus, seu oraculo confirmaretur, tribunitiam dignitatem obtinuit. In qua prorsus præclarè excelluit, non vt adolescens, sed vt perprudens homo. Et propterea ad xãilitatem animum intendens,
id mu-

id muneris sibi decerni petiit: quod cum haud exoraret, minorem aedilitatem consequi nitetur: hac quoque denegata, bis scilicet eodem die repulsus est: quod nemini antea corrigisse dicunt. Marius ob id animo consternatus, paulò post tamen praeturae petiit. Sed quia donis suffragatores corrupisse dicebatur, in iudicium accitus, praeter omnium opinionem munus assecutus est. In quo cum mediocriter laudaretur, vltiorem Hispaniam sorte sibi vendicauit. Hanc adeo praedonibus extersit, vt tutò posset aurum circumferri. Ex iis igitur rebus ad rep. animu iniecit. Nec ille quidè eloquentia, vt plariq; solent, verum cordis altitudine, solertia, moru dexteritate in praehensandis dexteris, inter conseruandù cum plebe sibi auctoritatè cõparauit. Ex quo sanè Iuliam insigni Cæsarum familia oriundam, vxorem habuit, Cuius etiã hinc Cæsar sororius nepos erat. Postea sub Cæcilio Metello cõtra Iugurtham legatus, multa probitatis signa ostendit. Et in tantum studio militum & beneuolentia creuit, vt Metellum non mediocriter commoueret. Itaque milites multi per literas in urbem renunciarunt, bella nunquam contra barbaros finem habitura, nisi Marius consul crearetur. Marius per hæc, ac vatis cõsilio, ad maximas res exhortantis, confirmatus Romam venit. Qui summa cum voluptate receptus à populo, consul designatus est. Conscripto igitur exercitu in Lybiam traiciens, Iugurtham à Metello superioribus bellis quasi regno pulsum, amplius tamen ad Bocchum regem socerum profugere coegit. Hunc Bocchus pudore magis quam amore suscepit. Timebat enim ne si quando Iugurtha regnum recuperaret, ipsi inimicus esset. Et propterea Marium per literas monuit, vt ad se Syllam mitteret. Erat tunc Sylla quaestor, &

*Marij
repulsa.*

*Iulia
Marij
uxor.*

*Marius
consul de
signatur.*

*Iugurtha
captiuus
Syllæ da-
tus Roma-
na liber-
tatis euer-
sionem pe-
perit.
Cymbrici
belli ori-
gō.*

multa in eo bello utiliter gesserat. Bocchus antē Syllæ viso, animi quid ageret dubius, num Syllæ Iugurtham, an Iugurthæ Syllam traderet, multum cogitauit. Tandem omnia demetiens, Iugurtham captiuum Syllæ dedit. Quæ res demum fuit Romanæ libertatis euersio. Quippe cum in vrbe hoc renunciatum est, qui Mario infensi erant Syllæ rei gloriam adscribebant. Et propterea (vt est leuitas vulgi) Syllæ partibus inhærebat eiusque industria captum Iugurtham sæpe testabatur. Interea Theutones Cymbrōsque Italiam maxima manu inuadere auditum est. Quare ciuitas curis cogitationeque agitata, ad tantam belli tempestatem profligandam in Mario summopere confidebat. Erat enim Marius absens: ad ineundum autem rursus consulatum, tempus minimè dabatur. Sed ira populus Marij studio viguit, vt inuitis omnibus eum secundò consulem designauerit. Marius itaque ex Africa delatus, triumphū egit, & Iugurtham duxit captiuum. Deinde expeditionis se accingens, exercitum laboribus cursu itineribus exercuit. Ipseque cum egregiè cætera, tum vocis etiam asperitatem, aspectūsque rigiditatem tuebatur, vt suos ad obsequium maiestate permoueret, & hostibus terrorem incuteret, erat item in iudicādo æquus, & ob id militibus valde gratus. Legitur enim quòd cum C. Lucius, eius ex sorore nepos, adolescentis Trebonij forma teneretur, ac eo violentor abuti vellet, & propterea cum à Trebonio nefas detractante esset occisus, Marium Lucij morte audita, Trebonio diem dixisse. Sed is constanter sese expurgās, postquam innocentia suæ testimonia protulisset, Marium admiratione affectum, corona quoque Trebonium donasse. Hoc Marij iudicium talem præ se tulit honestatis opinionem, vt ciuium omnium

niu
con
fui
ue
ten
fig
vlt
casi
adu
gio
cur
ad
suo
vol
alie
lite
voc
form
nes
nos
vali
tra
mar
ban
re?
rom
pos
piu
qua
ca
fese
Am
rum
Lig
ne,

nium animos ad tertium illi demandandum consulatum allexerit. Sic designato, tum consul fuit. At barbari præter omnium opinionem, aduentum in Italiam suam distulerunt. Hinc pro temporum necessitate, Marius quartò consul designatus est. Suscepto itaque magistratu, Marius ultra alpes exercitum ducens, ad Rhodani ostia castrametatus est. Barbari bipartiti, pars altera aduersus Catulum Marij collegam, altera è regione Marij castra posuit. Tum Theutones procurrerunt, agros populati sunt, Marium probris ad prælium lacefferunt. Sed consul in castra suos coegit, audaces comprimens, & crumpere volentes instantius prohibens. Volebat enim ut aliqua de hostibus habita consuetudine eius milites, barbarorum non horrerent aspectus, nec vocum asperitates, aut eorum feroces impetus formidarent. Erant verò Theutones & Ambrones ad triginta myriadas, & propterea Romanos derisui habebant. Quos cum sæpius prope vallum lacefferent, nemine castra exeunte, alpes transcendere statuerunt. Cum igitur præter Romanorum castra incederent, subsannantes quærebant, Nunquid vellent ad suas vxores nunciij dare? Digressa deinde hoc modo per dies sex barbarorum multitudine, Marius paulatim se mouens, positis semper cominus castris, nouissimos sæpius intrepidè superabat. Et ad sextias vsque aquas perueniens, tandè decernere statuit. Inter ea Ligurum nonnulli gregarij milites dum aquatum proficiscerentur, ab hostibus Ambrones sese terribiliter appellanibus, irritati sunt. Erant Ambrones ultra triginta millia. At Ligures illorum audacia fastidita, sese etiam alijs vocibus Ligures ipsi compellabant. Ex ea igitur irritatione, ad arma, ad manusque concursus est. Quibus

*Marium
tertium &
quartum
consul.*

*Milium
magnus
numerus.*

*Ambro-
nū cades.*

10. *My-
riadibus
trucidatū,
Ma-
rius vi-
tor Ro-
mam pe-
tit.*

*Cymbri
superati.*

confligentibus, dum Ligures impetum ferre iam non valerent, Romani desuper in barbaros irruentes tanta Ambrones caede profligarunt, ut flammē proximum cruore, & cadaueribus oppleretur. Postridie autem Marius cōcauitates quasdam barbarorum castris imminentes contempletus arborum densitate horrendas, eò Claudium Marcellum cum tribus militum millibus insidias disposuit, & alios ante vallum in aciem componens, reliquos in planiciem ordinatē deduxit, Theutones ob hoc incensi, in Romanos præcipites properarunt. Sed Mario circumquaque suos hortante, ferale bellum incepit, adeo ut strictis gladiis, collisibus umbonibus, & admotis pedibus res ageretur. Tunc irruente desuper Marcello, barbari terrore percussi terga dedere. Ex quo Marius direptis castris, & occisis propè decem myriadibus, victor euasit. Hæcque victoria potius, Romam petiit & audito quòd Catulus collega à Cymbris malè tractaretur, illuc se contulit. Nec longo tempore post compositis apud Vercellas in planicie copiis, cornua omni stremitate munuit, quæ duodeciginta militū millia continebant. Catulus autem in medium suos duxit. Cymbrorum etiā exercitus in partes duas diuisus, per stadia triginta cornu quodlibet extendebant. Concurrentibus sic vtrisque, tantus clamor, strepitus, & fragor exortus est, ut cælū æthérq; ruere existimaretur. Verùm sole contra Cymbrorum oculos fulgurante, ingens Romanis inde auxilium cōtiguit. Feruente deinceps pugna, militūque quispiam fortè clamauit; Fusi fusi hostes sunt. Quæ vox à reliquis excepta auctāque sine prælio attulit. Nam cæsi sunt & fusi maxima strage Cymbri. Debellatis hostibus, Catulus signa omnia & hostiū tubas in castra deferri iussit, ut si quando

quando ad petendum triumphum egeret tali testimonio, haberet. Tum autem pars vtraque victoriz sibi gloriam vsurparet. Parmensium legatis, qui conflictui interfuerant, mandatum est, vt de victoria iudicarent. Hi autem per cadauera ambulantes Catulanorum sagittis, in quibus Catulus inscriptum fuerat, iacentes occubuisse retulerunt. Attamen populi studia adeo erant ad Marium conuersa, vt quintum consulatum ei demandaret, & solum ipsum pro victoria triumphare decerneret. Verum Marius vt Catuli sibi milites conciliaret, noluit absque collega triumphare. Erant inter Marium Metellumque inimicitiz non mediocres, quas vt vlcisci posset Marius, in petitione consulatus per aribus & suffragia, argentum clandestinè dispersit, & sexto consul est designatus, mox igni & aqua Metello interdicti iussit. Quo exulante, Marius ad tyrannidem, & remp. subuertendam animum intendens, ex primoribus multos trucidari fecit. Propter quod & patribus & populo inuisus, tum quia obsistere non posset, quin in urbem Metellus reuocaretur, simulans deorum matri vota facturum se, in Cappadociam, Galliámque peregrè profectus est. Paulò post Mario Romam reuerso, Bocchus rex Romanorum socius ob beneficij à se in Romanum populum collati memoriã, aureas in Capitolio imagines erexit: in his erat Bocchus ipse, Iugurthã Syllæ tradens. Marius ob id inuidia tumens, ne Sylla, qui eius fuerat ad Bocchum legatus, sibi victoriæ famam attribueret, statuas euertere conatus est. Cui Sylla aduersante, seditionis & inimicitiarum ignis excanduit, quantus vel antea nunquam fuerat. Cæterum exorto sociali bello, ciuile paulum quieuit. Quo sedato, inter Marium & Syllam armorum rabies rursus ex-

*Lathales
inimicitie
inter
Marium
& Metel-
lum.
Marius
sextum
consul.*

*Inuidia
seditione
renouat.*

*Marius à
Sylla su-
peratus.*

arsit. Erant tunc Sylla, & **Qu.** Pompeius cōsules; aduersus quos cum Marij consilio Sulpitius ar-
mata manu insurgeret, iugulato alterius consu-
lis filio, Syllam opprimere non potuit. Per postu-
cum enim Marij domus euasit ad exercitū. Tum
Marius prætor à Sulpitio ad has tempestates fa-
uus ut Syllæ conatus reprimeret, seruis ad pileum
vocatis, multisque ex Syllæ familiaribus necatis,
cum ipso conflixit, sed victus est. Hinc cum tre-
mebundus per solitudines & latibula erraret, re-
rum omnium penuria laborans, vix à seruis duo-
bus senex & grauis in nauim Minturnensium lit-
tori vicinam receptus est. At mox nauæ ab e-
quitibus de littore compellati timentes hostium
minas, indignum simul putantes tantum virum
hostibus tradere honestam commenti sunt oc-
casione, & Mario in terram dimisso, vela re-
pente dederunt. Ipse verò per paludes & stagna
ad senem quendam peruenit. Et in terram pro-
stratus, opem exorauit, ut inter vlvas delitescere
posset. Lemum hostibus circumquaque ruen-
tibus, nudus, cœnòque opplerus, in palude reper-
tus est, ductusque Minturnum, ut iugularetur.
Licetor ergo cum ad Marium gladio armatus ac-
cederet, videre sibi visus est ex Marij oculis ful-
gurantem flammam exire, vocemque audire,
Marium dimitte. Stupefactus carnifex, prodigiū
omnibus patefacit. Quare Minturnenses Marium
vinculis exemptum, ad nauem vsque honorificè
deduxerunt. Qui tū Libyam petens, cum Mario
filio in Epirum traiecit. Cùmque Syllam audiret
in agro Bœotico cum Mithridate bellare, & Ro-
mæ consules seditionem agere, cum filio & mi-
litibus mille, Talamonium Tyrrhenū oppidum
annauigauit. Colle & aq; manu Cynnæ consuli, ab
Octauio vrbe pulso adhæsit. Et armatis quadra-
ginta

*Marius
ab exitio
liberatur
prodigio.*

ginta nauibus. Ostiã per prodicionem occupauit: Interca cū Octauiu, consulē alterū audisset à militibus obruncatū, ope cōsulis Cinnæ Ianiculum trans Tyberim occupauit. Quapropter senatus à Cinna Marióq; pro ciuib; veniam precatus est. Qua impetrata, cōsul Mariúsq; urbē ingressi sunt. Erat Marius oculis glaucis, colore rubro, facie tētra, quasi urbi minitans excidium. Tum mox inimicorū sitiens sanguinē plateas, vicos, fora, domos tēplāq; omnia cadaueribus repleuit. Dū hæc gereret. Sylla debellato Mithridate, cū copiis urbē petere nunciatus est. Ex quo Marius septimum consulatū iniens, magnā intulit urbi calamitatē, quod Sextum Luciu consularem occidit. Postea sub ipsum iã aduentum Syllæ, tum curis & laboribus, tū senio & periculis anxius, errores suos & exiliū dimetiēs, præter varias diei cogitationes, turbulentissimis quoq; noctu in somnis torquebatur. Vox enim in auribus ista iugiter insonabat. Dura sunt leonis cubilia. Et propterea timorē timori aggregās curis in horas inualescētib; illū dolore distorqueri cœpit: ac in crudescēte fēbre die vij. & x. consulatus sui, cum duodeseptua ginta annos natus esset, obiit: quo mortuo, pluri mi ciues à mortis discrimine liberati sunt.

*Marij
horrenda
eru deli-
cas.*

*Marij
mors per
multis sa-
lutari.*

COMPARATIO PYRRHI & Marij.

EXpositus Pyrrhi & Marij rebus gestis, harum comparatio superest. Conueniunt autem in eo quod contra spem humanam euecti, maximæ dignitatis adepti sunt, quas per multiplices arumnas conseruarunt, variis hostibus debellatis. Inter tot negotia eodem animi vigore, & ad res nouas capessendas diligentia propè incredibili, miraque felicitate vsi sunt. Postremò utriusq; in laborioso

illo vita curriculo, sicut admodum perplexus, & fortuna mirifica ludu indefinenter agitatau conspicitur. Vterq; manu strenuus, laboru amant, summusq; belli dux, talisque in Annibalu, in Scipionu Africanu ore iudicatus. In praeliu cruentu & admodum dubiu ambo victores, duo belli fulmina, ad inaudita, & periculosa omnia parati. In viciu non admodum dissimiles, uterq; superbia tumidus, nonna spe perpetuo fultus, negotio negotiu necesse, humana celsitudinu falligia semper appetens, nec unquam recta via petens: hic metuendus, ille crudelis: miserram inquam inciderunt auide captantes. Marius autem fortuna sua artifex extitisse videtur, quin fortitudine & obedientia militari, paterna domus fumu discuntis, virtute nobilitatis insignia consecutus, septies consul creatus est. Pyrrhus contra, ex illustri familia Heraclidaru ortus, Epiru regnu intercedere uxore imperavit, cruentu artib, conseruavit, noua locupletiorq; praeda inhiat: nuqua satiatu, idola quada qua sibi in animo sculpserat, vterq; ne scio quare umbras est persecutus, neq; unqua felix an infelix viueret ante considerauit. At Marius actione gaudens, reru administratione seriu amplexus est. & ceteru operis corona finu merito dicatur, Marius in eo excellere existimandum est, quod malu edoctus, Resp. Oceanum relinquens, in portu opportune se recepit, & amicu salutatu, munduq; dicens longu vale, lectu ingressus est. Vbi paulo post animam efflauit. Dum Pyrrhus ex Scythia in Charydam, ut aiunt, incidens, Argos inuicis oppidani ingressus, honoru, vita, sceptriq; vna eademq; die miseru fecit infortunu. Praeterea nobile illud Mariu facinus Tribonianu virtute coronatu testatur, inuidia maleuolentiu impulsu pluries gladiatoru ille Romanu in arena descendisse. In Pyrrho nulla iustitia species, nullu in petore candor, inrequieru prorsu & sanguine constatum ingeniu sicuti verba ad filiu de regni herede querente testatur abunde. Haec quidem in Mariu gratia dicta sunt. Verumane, Pyrrhus, Herculu geminapropago, praclara formi.

fortitudine, sollicitate, prudentia militari, victoriis aduersus Romanos partu, Mariu longe superat. Eiusdem vitia exigua, virtutes eximia cōsticiuntur si cū Mario illū cōferas: imo verò Pyrrhi delictū, veniā cōcedimus si Marianū cōparātur. Ambitio sanē in Pyrrho vehemē, pertinax & effrenis: animē leuiuscula, si iragadiū illius Septimi Cōsularis Marij opponitur. Bella Pyrrhi necessitate quadā & equitate nituntur. Marius insurgēs in patriā, sinū veneranda matris filiorū suorū sanguine cruetat. Colloquentiē cū Cyrnea Pyrrhū si quis acie au sculcat, humana imbecillitatis speculū inuens, puerile principis, eximius alius donū ornati, desideriu deplorare cogitur. Grati & pacē quarentis animi nō exigua Pyrrhus signa prabuit. Marius, quibus vitā, honores, seipsumq; debuit necem, dedecus procurasse visus est. Nullus in Pyrrho, nex plebitū in Mario amor pecunie, quē ut satietet omni genere iniusticia seipsum inquinavit. vti satietat omni genere iniusticia tenuta in Pyrrho, precipue extra preliū vestigia. Marius verò horrendis cadibus ferus, & quidē rapaciores, superauit. Acmulatio Pyrrhi nobilit, Marij inuidia turpis, modisq; omnib, indigna videtur. Ingratitudinū vno Pyrrhus minime laborauit maxime Marius: ut in Metellū, Catullum, & Romanorum principes acta testatur. I. eio quidē mortu supplicio Cōsul ille septimum confectus est. qui per septē dies lecto veluti vota affixu, horrenda mortu aculeo: in horarum singula momēta persentiēs moratus est. Quod v. aliquā in eluderet, gladiūq; ceruicib, imminētē nō inuenerit, vno seipsum obruit, & anti obitū sepultus est. Pyrrhus autem in media morte, inuictio animi robore fretus, suaque virtute gauens, sola oculorum acie hostili gladij aciem retundit, & forti exitu egregium emittit animū, successorem regno suo relinuen. Contrā Marius, post moriem ipsam infelix, in filio suo uerum parisse, turpique admodum exitio diris infamiq; sempiterna seipsum deuouisse videtur.



Eumenes.

EUMENIS Cardiani pater fuit Bu-
 tes, qui ob rei familiaris angustiam,
 ex vehiculis victum sibi queritabat.
 attamen Eumenes literarum palz-
 stræque studiosus, aliquando per
 otium concertans cum æqualibus, inter luctas
 certaminæque strenuè se gessit. Quem cum ita
 Philippus perspexisset, adolescentis indole dele-
 ctatus, eum sibi desumpsit. Mortuo autem Philip-
 po, tanto apud Alexandrum beneuolentia creuit,
 vt in Archigrammateum selectus fuerit. Qui cum
 in dies gratia magis proficeret, præter id quod
 præfecturam Perdicæ interceptit, etiam in India
 cum exercitu tanquam imperator breui consti-
 tit. Barsinem deinde Alexandri cognatam vxorẽ
 habuit. Et tum aliquando succensuit Alexander
 nam cum per id temporis regia nummis fortè es-
 set exhausta, petiit Alexander ab Eumene trecen-
 ta talenta: sed vbi non vltra centum corradi pos-
 se intellexit vt hominis fallaciam deprehende-
 ret, eius tabernaculum succendi iussit. Hoc anti-
 quàm suppetias ille ferret, ab igne consumptum
 est. Mox autem poenitentia motus Alexander,
 quod Eumenis codices flamma consumpsisset,
 vniuersas prouincias edictis monuit, vt incenso-
 rum librorum exemplaria ad Eumenem mittere-
 rentur. Ex incendio quidem non vltra talento-
 rum mille summam auri argentique in vnum
 conflati repertum est. Ex qua non minimum A-
 lexander accipere voluit. Decedente autem A-
 lexandro, inter eius proceres magna de diuiden-

*Archi-
 grammatei prin-
 cepti scri-
 barum.*

*Bibliotheca incen-
 dium.*

dis regnis orta est contentio. Tum Eumenes obfirmato consilio, cum trecentis equitibus, & argenti talentis quingue millibus, ad Perdicam transit: à quo nedum humaniter acceptus est, verum & in regni focium accitus, & satrapes, post Ariarathis Cappadociae regis casum factus. Cum- *Eumenes ad Perdicam.*
 que Perdicam omni venerationis cultu prosequeretur, & multa probata in eum fidei signa ostenderet, vrbes multas acribus praesidiis & legibus muniendas accepit. Ruentibus interea Antipatro & Cratero, ab eodem Eumenes dux creatus est, hac dignitate, vt ex suo consilio vel cuncta ageret. Sed monuit etiam Perdicam Alceam fratrem, ac Neoptolemum, vt Eumeni obtemperarent. Quod cum Neoptolemus nollet, & potius aduersus eum milites instrueret, Eumenes eum in fugam vertit. Neoptolemus itaque ad Antipatrum Craterumque confugiens, orauit, vt per legatos Eumenes summis pollicitationibus à Perdicam reuocaretur. Quo respondente prius vitam se quam fidem relicturum, Craterus cum magna copiarum parte aduersus Eumenem castra mouit. Eumenes inimicorum praesentis motum, & imparem se videns, nec admodum se Macedonibus credens, quos secum habebat, nota castra mouere statuit. Verum eadem nocte in somnis visionem habuit, quae victoriam ipsi portendere videbatur. Ex quo animum viresque recipiens, postera luce copias in campum deduxit, veritus autem, ne si quando contra Craterum Macedonas locaret, ad eum transirent, mille & viginti quatuor mercenariis militibus eam prouisiuam demandauit, iubens vt nullis editis vocibus in Crateram irrumperent: ipse vero cum trecentis equitibus ex omni robore, Neoptolemum inuasit. Media pugna cum Craterus fini-

Vita prius amittenda, quam fides violanda.

strum Eumenis cornu strenuè prosterneret, à Thrace quodam in latus decurrente hasta transfossus est. Eumenes & Neoptolemus mutuis odiis irritati quasi duobus concursibus nihil actū esset, ex candescente utrinque bile, strictis ensibus se perierunt, & dum se laniant vulneribus, equos concitant, cassides pulsant, arma discerpunt, equis collabentibus in terram sternuntur. Tum Eumenes sub genu Neoptolemum acriter vulneravit, qui mox accepta plaga, semianimis decedit. Artamen & ipse Eumenem sub thorace laucavit, Eumenes autem spoliis acceptis, & propter vulnus aegrè se habens, respirare voluit. Caterum audita Crateri morte, illo aduolans, cum adhuc spirantem intelligentemque offenderet, multis lachrymis & extensa dextra tanti viri sortem miseratus est. Interea Perdicas in Aegypto per seditionem obruncatur. At Eumenes, qui infra diem decimum bis victor euaserat, plus sibi inuidie odiique apud hostes & socios quàm gloriæ comparauit, quòd homo peregrinus, ex Macedonibus primarium interfecisset virum. Ob id enim irati Macedones, Eumenem mortis pronunciarunt eum, imperatoresque belli, Antigonum & Antipatrum crearunt. Animaduertens igitur Eumenes tantam belli molem, modò in Lydiam, modò in Phrygiam exercitum ductitando, certamina differabat. Ibi cum fortè in Antigoni impedimenta omnia & in ingenuorum faminarumque corpora & opes omneis incideret, veritus ne suis spoliis prædâque locupletati ad resistendum timidiore, ad fugam ob sarcinas tardiores, & in subeundis periculis inertiores efficerentur, simulato, quòd veller corpora curare, equosque ad pabulum admittere subito de via afferunt, restitit. Interim ad Menandrum sarcinarum præfectum

*Eumenis
& Neoptolemi
monomachia.*

*Perdica
mori.*

*Inuidia
constatio.*

*Militibus
ampla
spolia
bellandi
timorem
afferunt.*

factum clam summittens eum monuit, ut quan-
 to ocius liceret, impedimenta ex inferioribus lo-
 cis ad montium cacumina subduceret, ne si mox
 castra mouisset, in praedam scilicet prouerint.
 Menander periculo cognito inde se abripuit.
 Hic cum aduersarij intuerentur, Eumeni se mul-
 tum debere profitebatur, qui eorum Iberos a-
 seruitute, & uxores a militari violentia serua-
 set Antigonum tamen dixisse ferunt, Eumenem
 non pietate, verum, ut sibi compedes ad fugam
 amoueret, ita fecisse. Paulò post cum considera-
 ret Eumenes, hostium viribus se non posse resi-
 stere, maiorem exercitus partem missam fecit,
 & cum quingentis equitibus & peditibus du-
 centis Noram se recepit. Vbi tum loci iniquita-
 te, tum vitæ austeritate, & rerum penuria per-
 terrefactos complures dimisit. Licet autem a-
 crius eum Antigonus obsideret, Eumenes tamen
 (vti natura & aspectu perquam suavis erat, & iu- *Eumenis*
 uenili decore præditus) dulci eloquio leporisque *natura.*
 gratia facillè obsidionis tedium sociis minuit. Si-
 mul ne desidia intabescerent, noctu per excubias,
 tum inter diu debiliora per opera, sic eos exer-
 cuit. Quid multis? Tandiu obsidionem pertulit,
 quoad Antigonus audita Antipatris in Mace-
 donia morte, percepit cuncta à Cassandro Poly-
 percontæque seditionibus infestari. Ratus enim *Eumenes*
 Antigonus Eumenem ad res gerendas optimam *ad Alex.*
 sibi fore adiutorem, ad inducias descendit. Sed *educandis*
 Eumenes obsidione soluta, circa iurisiurandi ge- *accitus.*
 nus ab Antigono dissentiens, congregatis mil-
 le militibus ab Antigono repente discessit. Ita
 liber in Macedoniam abiens, ab Olympiade ad
 Alexandrum eius filium educandus accitus
 est. Cæterum Polypercontis & Philippi con-
 silio, Cappadociæ copiis, vt Antigono aduersare-

tur præpositus est. Qui tametsi propter reginæ literas ab Eudemo & Antigene Argyraspidum ducib. benignè satis susciperetur, obstante tamen eorundem inuidia, summa vti potestate non potuit. Nam ad eum accedere aut salutandi, aut consultandi gratia, illi dedignabantur. Ipse quoque pro aliorum foribus præstolari minimè patiens, finxit sibi Alexandrum in sœceniis apparuisse, & tabernaculum cum folio ostendisse, regio apparatus ornatu, dixisseque: Vbi magnis de rebus consultare volueritis, hic vobis confidentibus adero, opemque præstabo. His palàm renunciatis regium ornauit tabernaculum, in

Eumenes quo congregarentur. Interea cum Theutamio &
penuriã Antigene ad superiores partes adæquitans, veri-
simulat, tus ne per avaritiam mortem ipsi struerent, ar-
moriã vt genti se penuria laborare simulauit, à quibus i-
effugiat, gitur potissimum odio habebatur, ab iis æs grande mutuo accepit. Et sic inimicorum opibus, corporis sui tutelam iuuenit. Putabat enim illos ne tantum pecuniarum amitterent, in eius perniciẽ non vltèrius cogitatu-ros, quod etiam vsu euenit. Quauis autem ad victoriam Antigonus plurimo vsus fuerit stratagemate, tamen cæteris diffugientibus, Eumenes fortissimè restitit, & apud Pasiugrem fluuium magna cum cæde impetum inimicorum repressit, ac quatuor millia in suam potestatem redegit. Ex quo principes Argyraspidum inuidia rursus extimulati, necandi hominis consilium agitauerunt. Tum Eudemus Phœdimusque, duo ex iis qui pecuniam ipsi mutuo dederunt, vt emissorem præuerterent, consilia Eumeni reserauerunt. Quamobrem Eumenes fatà haud posse moueri videns, statuit cum Antigono dererum summa decertare. Instructis itaque aciebus, & singulos ad victoriam exhortatis, ma-

ximo

ximo impetu in hostes irrupit. Pugnatum est v- *Eumenes*
 trinque hostiliter, & tandem ab Antigono pha- *Antigoni*
 lange contrita, Eumenes inferior exitit. At An- *iussu mor*
 tigonus equitatu superior, mox hostium sarcin- *si datur,*
 as interceptit. Argyraspidum autem principes
 impedimentorum iactura solliciti, per legatos ea
 repetierunt. Quibus benignè pollicitus est Anti-
 gonus, si vitium sibi Eumenem tradidissent.
 Qui parum morati, in eum manus iniecerunt,
 & vincum Eumenem ad Antigonom traxerunt,
 quem cum videre nollet, ut leonè elephantum-
 que custodiri iussit, & paulò post necari. Antigo-
 nus autem, cremato corpore, illòque in argenteã
 urnã imposito, vxori cineres filiisque deferri man-
 dauit. Argirapidãque omnes vti immanissimas
 belluas insectatus est: & ita dispersit, atque in per-
 niciem dedit, ut neque in Macedoniam, neque in
 Græciam peruenire potuerint.



Sertorius.

SERTORIj genesis laud sanè
 fuit obscura. Nam ex Nursia Sabi-
 norum vrbe oriundus, à Rhea ma-
 tre vidua honestè educatus, adole-
 scens adhuc eloquentia floruit, &
 in causis orandis authoritatem naus est non
 vulgarem. Sed cum ad militarem gloriam ani-
 mam appulisset, primò sub Cepione in Gallia
 contra Cymbros merens, cum malè à nostris pu-
 gnatum esset, Sertorius amisso equo, laciùsque *Sertoriij*
 thorace armatus, Rhodanum per aduersos flu- *præclarè*
 &us tranauit. Sub Mario deinceps aduersus Cym- *facinor.*

bros militans (ij enim magno terrore Italiam
 inuaserant) ausus est eorum castra, Celtica ami-
 ctus veste, ingredi, & quadam eorum linguæ no-
 titia obuiantium congressus fallere, ac explora-
 tis quæ scitu digna fuerant, Mario omnia referre.
 Quæ mobrem eum tanta Marius benevolentia
 persecutus est, ut vir ex æqualibus alium simili-
 ter vllum Missus postridie à Didio prætorè in the-
 riam tribunus militum, vbi milites rerum copia
 corrupti petulantius lasciuiabant, magnam dif-
 ficultatem habuit. Oppidani enim conspiratio-
 ne facta, accepto à Giryfanis vicinis præsidio, no-
 ctu milites inuaserunt. Tum Sertorius congrega-
 eis ex fuga militibus portam intrauit, qua præsi-
 dium irrepserat, & cunctos arma ferentes ferro
 superauit, coaptatisque continuo sibi hostium
 insignibus armisque, ad Giryfanorum urbem
 profectus est. Quibus armorum mutatione dece-
 ptis, oppidum iniit, ac multis trucidatis, vbe
 potitus est. Cuius rei magnitudine, simul ad Ro-
 mara remeavit, continuo circa Padum, Gallie
 quæstor designatus est: qui Marsico insurgente
 bello, tanta celeritate militum delectum habuit,
 tantæque in rebus agendis diligentia vsus est, ut
 duces strenuos omnes vicerit. Hic periculis sese
 fortiter obiiiciens, manûque strenuè pugnans, al-
 tero oculo priuatus est. Cuius iactura haud mul-
 tum commouebatur: afferens bellicæ laudis infi-
 gnia se sic præferre. Et propterea à P. R. honori-
 ficentissimè visus in theatro, non minus popu-
 lari applausu quàm nobilium urbanitate cele-
 bratus est: tamen tribunatum perens, Sylla op-
 pugnanter non obtinuit. Ex quo Marij partibus
 inhærens, Cinnam sequutus est. Erant enim O-
 ctavius & Cinna consules. Hic Marij, ille Syllæ
 partes tuebatur. Tandem commissæ inter consu-
 les in

*Marsicū
bellum.*

*Sertorium
altero o-
culo pri-
uatum.*

*Cinna cū
Sertorio
pulsus.*

les in foro pugna, Cinna cum Sertorio vrbe pul-
 sus est. Redeunte ex Africa Mario, tripartitisque
 copiis, cum Octavio feliciter pugnatum est. Quo *Marius*
 contrito, Marius, Cinnaque omnia crudeliter *seruos*
 gesserunt. Quippe serui à Mario ad pileum voca- *nesarios*
 ti, dominos mactabant, vim dominabus affere- *ad pileum*
 bant. Sertorius autem indignitatem non fe- *vocat.*
 rens, cum nemini civium nocumento esset, ser-
 uorum istorum ad quatuor millia occidit. Ma-
 rio deinde Cinnaque mortuis, & superato à Syl-
 la iuniore Mario, Sertorius rerum vrbicularum
 ratione ductus, in Iberiam contendit, vt sibi par-
 tibusque suis refugium aliquod compararet.
 Prouinciam itaque suscipiens, tum tributorum
 reuelationem à molestis liberavit: quò omneis
 sibi populos beneuolentia deuinxit. Non tamen *Sertorius*
 ea diutius fortuna perfrui potuit, quin à C. An- *Iberia*
 nio, à Sylla misso, Iberia pelleretur. Mox autem *pulsus.*
 conductis Cilicibus iratis, Pytiusam insulam ex-
 pulso Annij presidio, occupauit. Ex quo Annius
 cum classe valida, & millibus militum quinque,
 Sertorium adortus est. Sub primam verò pugnam
 insurgente pelago, Sertorius procellis agitato,
 terraque ab hostibus circumdatus, vix decimo
 die superstes enasit. Sedato itaque mari, multos
 post errores, in Lybiam à Cilicibus rapinarum a-
 uidis dolatus est, vbi Maurusius contra Afcaliū
 auxilio esse statuit. Ad quos accelerans, Afcaliū
 superauit, & acri obsidione circumsepfit. Adu-
 niente interea C. Pacciaco à Sylla misso, cū Serto-
 rius oppressit, exercitūq. cepit. Expugnato post-
 ea Tigenna oppido, in quod Afcalius confugerat
 Sextorius victor Maurusos in libertatē restituit. *Sertorij*
 Rebus ita compositis, à Lusitanis imperator ac- *fortitudi-*
 citus est. Erat enim Sextorius ad fortunæ vicissu- *do.*

tudines constans, ac modestus, & inopinatis casibus audax. Pollebat insuper ingenij calliditate, & ad percipiendas hostium fallacias optimus erat artifex. Ex Libya ergo in Lusitaniam abiit. Tum mox Iberia potitus, plerasque etiam alias ciuitates, ob innatam humanitatem vltro sese dedentes, accepit. Commentus est ibi superstitionem quandam ex cerua alba, quam vsque adeo cicurauerat, vt armorum strepitus non horre- ret, sed eum inter acies semper sequeretur. Ab hac enim quasi Dianæ nuncia, se plurima per reuelationem accipere barbaris asserbat. Quæ cum vocata ad Sertorium accederet, facile rudibus persuasit. Hinc & illa quæ per secretissimos exploratores perferebantur, habere se dicebat. Sic omnia deorum consilio facere videbatur. Auxit rerum successus hac opinione vulgi, nam non ita cum magnis suorum copiis, quatuor Romanorum duces, cum C. & XX. milibus peditum, equitum septem millibus, sagittariorum verò & funditorum duobus milibus superauit, fudit deleuitque. Cottam nauali pugna profligauit. Phidium duobus Romanorum milibus trucidatis, fudit. Domitium in fugam vertit, Toraniúmque cum exercitu pessundedit, & Metellum maximæ autoritatis virum adeo attriuit, vt à L. Lollio ex Narbonensi agro, auxilium petere cogeretur. Erat Metellus uo grandis, & quieti indulgens, ac nisi iusta acie nunquam bellare solitus. At Sertorius homo erat infestæ audaciæ, & recentis spiritus, ad incediam, laborem festinantiam patientissimus, qui tumultuariis concertationibus variisque fallaciis libenter utebatur. Et ita continuis vigiliis, per aspera & inuia, modò inuadendo, modò euadendo, Metellum infesta-

*Sertorij
serua.*

*Sertorij
victoria.*

*Sertorij
in rebus
agendis
summa
celeritas.*

bat, vt ei

'bat,
que
lus
qu
aqu
Sert
mill
mag
Met
stor
tori
rat e
nà c
eius
rio a
que
fuz
ris i
temp
ob e
nec
stes
sit e
mac
dus
dam
ma
tand
uit.
sim p
omn
vires
rea q
tim d
est,
cher

bat, vt ei neque aquandi, neque pabulandi, neque castra mouendi ocium daret. Quare Metellus Sertorium vidēs, pugnam detrectare, bellūque protendere, eum obsidione sepsit: confusus aquæ penuria virum expugnari posse. Cui rei cum Sertorius prouidisset, Aquilium cum sex militum millibus frumentaru redeūtem, à tergo adortus, magna cum cæde ita profligauit, vt ab obsidione Metellus turpiter discedere cogeretur. Quib⁹ victoriis in admirationem barbarorū omnium Sertorius venit, votisque certatim exceptus est. Erat enim Iberis mos, vt cum duci se vouerent, vnà cum illo etiam morentur. Ex quo per pauci eiusdem voluntatis amici reperiebantur. Sertorio autem multa millia tum sese vouerunt, vsque eò vt superatum semel ab hostibus, deuoti suæ salutis obliti, eum per medios hostes humeris in tutum asportarint. Confluente igitur eo tempore ad eum barbarorum multitudine, quam ob eorum superbiam feritatemque nec ratione, nec verbis instruere poterat, quin semper in hostes præcipites ferrentur, aduocata concione iussit equos duos in medium adduci, quorum alter macilentus & imbecillis, alter saginatus ac validus erat. Habebat verò in exercitu militem quendam robustum & fortem. Is ambabus adnitens *Elegans* manibus, vt vno impetu caudam euelleret, diu *Sertorij* tandem nequicquam sese equumque defatiga- *factum,* uit. Equi verò fortis homunculus quidam, sen- *& strata* sim per singulos pilos caudam euellit. Quam rem *gema.* omnibus spectantibus, inquit Sertorius, Videte *Potentia* vires ab ingenio sæpe superari posse. Et propte- *nulla est* rea quæ impetu vno confici non possunt, paula- *qua diu-* tim quidem conficiuntur, potentia enim nulla *turnitate* est, quæ diuturnitate deminui non possit. Pul- *imminui* cherrimo etiam stratagemate in Characitanos v- *nò possit.*

*Iberorū
vota.*

sus est, quos cum ob loci asperitatem bello superare non posset, ingenio subegit. Hi autem in montium speluncis boream versus habitabant, solumque habebant pulverulentum. Sed propter anfractus, & montis altitudinem a periculo tuti erant. Sertorius hac animaduersione, è mortis regione cumulum ex puluere sublimem eleuari iussit, elevarum postredie faciente acrius vento à militibus misceri, quati, ac dispergi, ex quo puluis per inane volans, in barbarorum caernas deferrebat. Quod cum non ultra biduum pati possent, puluere spiritum faucesque præcludente, sese dediderunt. Demum quoadiu aduersus Metellum Sertorius belligeravit, siue senectute, siue Metelli tarditate superior semper visus est. Et iam Pompeio Pyrenæos transeunte, & Sertorij fama percrebuit, quæ circa Lauronium Hispania oppidum præclare incepit. Nam cum illud Sertorius obsideret, Pompeius suppetias ferent, oppidanos bono esse animo iussit, quoniam Sertorium magis obfessum è mœnibus quam obsidentem conspicerent. Quibus verbis arridens Sertorius: Discipulo Syllæ (sic enim eum vocabatur) ostendam, inquit, ducem non minus posse, quam ante se videre debere. Locarat autem à tergo validum præsidium, sic ut Pompeio inuadendi animum, oppidani euadendi spem simul eriperet. Tum oppido in deditiorem accepto, id quasi Pompeio se calcificante incendit. Sertorio igitur præsentem exercitum semper incolumis mansit. Quod etiam apud Sucronem maxime cognitum est. Nam in ea pugna Pompeius sinistrum Sertorij cornu ferè contriuerat: tum Sertorius celeriter accurrens, victoriam Pompeianis extorsit, & eos ita disperfit ut Pompeius vulneratus, equoque prostratus, vix aufugerit. Interea cum

*Pompeius
Syllæ discipulus.*

Afra-

Afratus,
que
pei
torio
non
nus
gatu
gro
pug
stray
Hic
per
imp
run
vrb
dem
festa
rit
rat
cum
quo
oma
con
pos
si pe
tri
& e
ma
cum
blic
dux
ran
non
quo
rit.

Afranius, alter Syllanorum dux, partem exercitus, cui Sertorius præfuerat, fregisset, ad castraque profligasset, eaque diripere attentaret, Pompeium nesciens esse fugatum, superueniente Sertorio superatus est. Sed audito Metelli aduentu, non ultra contendit Sertorius. Dixit verò: Ni Anus ista venisset, puerum hunc verberibus castigatum domum remissem. Paulò post cum in agro Saguntino à Pompeio Sertorioque acerrimè pugnaretur, Sertorius superior, cum ingenti strage ad Metellum vsque Pompeianos pepulit. Hic dum Metellus supra ætatem resisteret, telo percussus, ferè captus est. At Romani propter imperatoris discrimen pudèfacti, mox recollegerunt sese, & in fugam Sertorium verterunt, in urbèque montosa quadam obsederunt. Inde tandem ille elapsus, iterum terra marique hostes infestabat, ad eò ut Metellus in odio affectus statuerit iis præmium qui Sertorium interficerent. Erat Sertorius patriæ amator, qui patriis legibus cuncta ministrabat, creabátque ex Romanis quos secum habebat prætores, & magistratus omneis in Iberorum urbibus. Sæpius etiam victor Metello Pompeioque obtulit, arma se depositurum, priuateque cum suis domi victurum, si permitteretur. Malebat enim ignobilis in patria degere, quàm per alienas vrbes imperator & exul esse. Reuerti autem cupiebat in urbem matris intuitu, cuius amore ita afficiebatur, ut eum eius mortem accidisset, septem diebus in publicum prodire noluerit. De reliquo quantus

*Sertorij
elegans
scomma.*

*Sertorij
in mare
pictas.*

stans cum multa de Sertorio inter amicos ab-
locutus esset, plerosque concitauit, corrupit-
que, vt in Sertorij necem coniurarent. Cùm
autem Sertorius (vt moris sui fuerat) multos
in conuiuium adhibuisset, coniurationis igna-
rus, vocauit itidem Perpennam ac coniuratos
ceteros. Ibi cum vellet pro consuetudine serua-
re in conuiuiis decorem, honestatēque, ij quo-
rum animus ad nefas excandescebat, ficta ebrie-
tate, multa petulanter flagitiosēque loquebātur.
Cùm verò Sertorius scurrilitatem eorum horre-
ret, quasi faciem auertens, supinum se dedit: at
mox à Perpenna tum signo dato, Antonius Ser-
torium gladio percussit, qui alijs irruentibus,
multis tandem vulneribus interiit. Perpenna
paulò post, vti nec ad parendum, nec ad impe-
randum aptus, à Pompeio superatus, & tandem
necatus est. Reliqui verò Sertorianæ necis con-
sorcij etiam breui & à Pompeio, & à Maurusis in-
terfecti turpiter fuere.

*Sertorius
à coniura-
tū quos
beneuolor
arbitra-
batur, e-
pulando
necatur.*

COMPARATIO EV- menis ac Sertorij.



*Eumenes & Sertorius, uterque extorru, v-
terque externarum gentium validissimis
exercitibus imperauit. Sertorio tamen à
socijs per gratiam ac beneuolentiam prin-
cipatus collatus est. Alter multis de imperio disiden-
tibus, vterò priores sibi partes assumpsit. Hic Macedo-
nibus, Romanis Iberis & Lusitanis imperabat, & ob
rei militaris peritiam imperator effectus est. Eumenes
autem ex scriba ad imperium peruenit Sertorium pa-
lām offendere audebat nemo: ad necem pauci coniura-
turi, Eumenes maxima & aperta fuerunt impedimen-
ta. Har*

ta.
ver
mir
ter
con
vini
gnat
et a
Eum
qui
com
enim
potu
riper
penē
fecit

tu
dole
inge
firo
est,
quæ
rō m
Milt
tia c

ta. Hæc ad fortunam belli. Quod ad modum & mo-
res in bellis Eumenes conuersiones affectabat: alter co-
mitatus erat amator. Antigonus in regni partem liben-
ter Eumenem adseiscibat, ne secum de toto imperio
concertaret. Pompeius, ne priuati quidem Sertorium
uiuere patiebatur. Et propterea ille initio sponte pu-
gnauit, iste uero ne periret inuisu imperauit. Mors
etiam diuersa fuit. Nam Sertorius nihil presentiens,
Eumenes autem expectans necatus est. Ille benignus,
qui amicis fidem habebat: alter imbecillus, qui fugitando
comprehensus est. Mors Sertorio dedecori non fuit eam
enim ab amicis perpeffus est, quam inimici inferre non
potuerunt. Eumenes prius raptus est, quam fugam ar-
riperet: tum uero turpius decubuit, captus etiam, &
penè supplex uitam orans, animi sui compotem hostem
fecit, uicæ dominum.



Cimon.

CIMONEM ferunt Miltiadem pa-
trem habuisse, qui talætorum quin-
quaginta damnatus, & in carcerem
detrusus, obiit. Mater eius Egesiphile
fuit, Olori regis filia. Cimon mor-
tuo patre uolentus incontinentisque fuit in a-
dolescentia, alioqui ueritatis cultor, & moribus
ingenuitatem quandam conseruans. Attamen à
sororis consuetudine non abstinuisse creditus
est, cum etiam in mulieres alias procliuius esset, Miltia-
quædamque scorta perditè adamaret. Cæteri uero mores ea dignitate enituerunt, quam neque
Miltiadis audaciæ, neque Themistoclis pruden-
tiz concederet: quos idem iustitia & æquitate prudētia.

superavit : nec propterea virtute militari inferior fuit. Erat enim forma spectabili, statura mediocri, multa crispâque cesariæ. Eo tempore ruentibus in Græciam Persis, & Themistocle Atheniensibus suadente, ut derelicta vrbe, nauali prælio decertaret, Cimon accepto equestri fræno, in arcem contendit, Palladique illud consecrauit, & facta supplicatione, quod non equestri, sed nauali pugna opus esset, clypeum vnum sibi coaptauit ex iis qui appensi erant, ac confestim ad mare cum sociis audacter descendit. Quod facinus non parum profectò cæteris audaciæ dedit. Qui cum in eo bello strenuè pugnasset, non paruam sibi laudem ac benevolentiam comparauit. Itaque multis iam ad eum confluentibus animi & ingenij præstantia omnibus præstitit, Ex quo, cum ad reip. dignitates capessendas, se dedisset, à populo perbenignè admissus est. Et cum ob facilitatem, compositos mores, familiarèque viuendi genus omnibus charus esset, ad comprimendam potentum audaciam fastumque non ineptus habebatur. Qua spe Athenienses Cimonem classis præfectum decreuerunt. Non enim erat tum apud eos Græciæ principatus, sed penes Lacedæmonios Pausaniâque erat. Cimon ita dux factus, præter id quod in eo bello ciues suas summa diligentia exercuit, ut omnium primarij viderentur, etiam mira in socios urbanitate liberalitateque vsus est. Hinc plurimi sociorum à Pausania deficientes, ad Cimonem Aristidémque transfierunt. Et eo pacto non armis, non vi, sed facilitate & liberalitate, sensim Græciæ principatum Atheniensibus vindicauit. Erat tunc forte Pausanias Byzantij. Et post enormia multa quæ patrarat: etiam in nobilem quandam virginem impiè sauciærat. Quapropter ciues indignitate

*Cimon
classis
præfectus.*

tate irritati, Cimone etiam hortante, vrbe eum pepulerunt. Quo eiecto, ex sociis multi ad Cimone-
nem defecerunt. Detinebant per id temporis E-
ronem vrbe Strimoni adiacentem fluuio, Per-
sarum regis quidam necessarii. Hi maximam
Græcorum colonis vim tum intulerant. Quod
cùm primùm Cimoni innotuit, cum sociis in
Thraciam soluens, conferto prælio Persas fudit,
in vrbeſque compulit. Quæ obſeſſa in tantam
obſeſſos penuriam coegit, vt desperatione indu-
cti, cremata prius ciuitate, in ignem ſe omnes
præcipitarent. Cimo itaq; vrbe potitus, eã Athe-
nienſium coloniam fecit. Prò quo beneficio A-
thenienſes ei lapideos tres Mercurios decreue-
runt, multis inſcriptos verſibus. Erat tum pro-
pterea Cimon in omnium reuerentia: quoniam
Athenienſes, qui ſub alijs eò uſque ducibus in-
iurias vix propulſarunt, ſub Cimone demum
hoſtes dederant vincere, vrbes infeſtis lignis
petere, hoſtiles agros populari, inſulas & oppi-
da ſubigere. In Scyro inſula cùm Cimon oſſa
eſſe percepiſſet Theſei, ante quadringentos iam
annos à Lycomeade interempti, comperto vix
tumulo prætoria trireme magnificentiſſimè ex-
cultâ, in patriam ea reportauit. Quæ res popu-
lum Athenienſium illi maximè conciliauit. Ex
hiſcè bellis collectæ prædæ, partitor non ita
pridem antè fuerat: tum hinc res alias, hinc
nuda tantum corpora conſtituit. Ita ſocijs eli-
gendi poteſtate data, illi ſupellectilem vniuer-
ſam aſſumentes, Athenienſibus captiuos reli-
querunt. Et propterea Cimoneſem deridebant, ve-
luti alteram partem inutilem decreuiſſet: ve-
rùm paulò poſt eius prudentia apparuit. Qui-
ppe confluentibus è Phrygia Lydiæque ad redi-
mendos amicos hominibus, tantum pecuniæ

*Paufania
exilium.*

*Theſei
oſſa rela-
ta.*

*Cimonis
erga Pe-
regrinos
& inopes
beneficia*

acquirit, quantum pro alenda quatuor men-
sibus classe suppeteret. Quæ verò propria iure
belli pro se habebat, ea quoque inter concives
suos liberaliss. partitus est. Quinimo permisit, ut
ciues, peregrini & egeni ex agris ipsius fruges &
poma impunè susciperent, amotis undique se-
ptis. Ingensque domi convivium parari quotidie
voluit, quò pascerentur egeni & educarentur.
Alia rursus utebatur munificentia: iubebat e-
nim familiares, qui ipsum splendide vestiti co-
mitabantur, si inter eundem quispiam natu
grandior, & is valè amicus veste occurrebat, cum
illo vestem mutare. Ita si quempiam in foro e-
gestate indigna pressum conspicerent, ut pro-
pius accedentes pecuniam illi clam in manibus
deponerent. Ex quo à Gorgia conscriptum ex-
tat, Cimonem diuitias comparasse ut videretur,
usum verò fuisse, ut honestè largiretur. Critiam
autem, Scopadum diuitias, & Cimonis liberali-
tatem optasse sibi ferunt. Barbarus quispiam
cum magna auri copia à Persarum rege defi-
ciens, Athenas confugit, & Cimonis fidei se
committens, duas illi argenteas phialas, alte-
ram aureis, alteram argenteis nummis plenam,
dono dedit. Cui Cimon subridens, inquit, ve-
trum me amicum an mercenarium maus? cum
amicum respondisset: Aufer ergo, ait, hinc
munera: nam amicitia tua libenter utens, sus-
cipiam dum opus fuerit. Ab expilationibus
quoque publicis penitus abhorruit. Et propter
ea nihil nisi castè, nisi integrè in rempublicam
gessit. Ephialti insensus semper fuit, quia po-
pularibus studiis nimium indulgeret. Cimon e-
nim ipse semper optimatum partibus fauebat.
Nemo præterea unquam fuit, qui Persarum ro-
gis magis deprimere superbiam, contunderet-

*Gorgia
ductu de
Cimonis
liberali-
tate.*

*Liberalis
responsu.*

que
pri
dir
ph
au
con
Ph
con
in b
por
dec
ta p
qui
hos
clar
inse
dra
Qu
ter
run
str
&
del
cat
tos
ca
cir
Se
Ci
ria
ere
Et
of
dre
foc
tes

que

que. Nam illum è Græciæ finibus fugauit: & priusquam vires resumeret, multa subuertit ac diruit: Asiam omnem ab Ionia vsque ad Pamphiliam à Persicis præsidis liberauit. Cæterum audiens a regis exercitu Pamphiliam obsideri, cō festum cum ducentis nauibus enauigans, in Phœcitis primùm delatus est: quos tandem hac conditione suscepit, vt decem talētis persolutis, in barbaros secum armari militarent. Per ea tempora præfæus regis classis, cum Græcis congregi detrectans, ad Eurymedontem secessit, octoginta propediem naues expectans: Cypro Cimon, qui eas præcludere cupiebat, expedita classe in hostem nauigauit. Illi ne vi congregi cogerentur classem intra flumen prouexerunt. Cimon mox insequutus est. Hostes tandem coacti, cum quadraginta & trecentis nauibus, in hostem iuerant. Qui cum nihil dignum gererent, conuersis ad terram nauibus, desilientes in castra se receperunt (ea enim propè locata erant) & aciem instruxerunt. Cimon suos defessos, in integros, & numero superiores timens amittere, paulum deliberabundus perstitit: tandem suos conspiciatus virium ferocitate & recenti victoria elatos, peditem adhuc sudantem in terram explicauit, & sublato clamore, impetum in hostes fecit. Barbari cum magna strage se defenderunt. Sed vltimò cæsi sunt, captique ac castra direpta. Cimon itaque binas vno die consecutus victo-
*Duas Ci-
 mon vno
 die cose-
 quitur vi-
 toriam.*

pauoris intulerunt, vt conditiones has libenter
 acceperit: Temperatum se à Græco mari per
 equi cursum, intraque Cyaneos ac Chelidoneos
 nauî rostrata non nauigaturum. Ex tot tanto-
 rumque spoliõrum precio, ærarium ditatum est.
 Reliquumque, in publicos vsus, & ad ædifican-
 dum arcis murum erogatum est. Idem quoque
 Cimon longorum murorum fundamenta suo
 ære iecisse dicitur, palude multo camêto grauiq;
 saxo compressa. Primus etiam Cimon diuerforiis,
 quæ amœna vocant, urbem exornauit: platanos
 in foro plantauit. Eodẽ authore Academia, quæ
 arida & inculta fuerat, irrigua, atque purissimis
 alueis, umbrosisq; deambulatoriis elaborata est.
 per id tempus Persæ implorata à Thracibus ope,
 Cherronesum relinquere recusabant, Cimonem
 contemnentes, qui cum paucis nauibus illò na-
 uigabat. At ille cum quatuor tantum triremibus,
 decem & septem hostium naues cepit. Thasios
 deinde profligauit, treis ac triginta eorum cepit
 naues, urbem per obsidionem accepit: regionem
 omnem cui præerant Thasijs, Atheniensibus sub-
 egit à qua quidem erat facilis in Macedoniam
 descensus. Sed agros Macedonum regis non at-
 tigit. Idcirco qui Cimoni infensi erant, accusa-
 tionem inchoarunt, quasi ea ratione id fecisset Ci-
 mon, vt cum Macedone liberius quod placeret,
 transigere posset. A qua cum se liberasset, tandem
 cum populo in contentionem venit. Plebs enim
 inuitis optimatibus magistratum omnem, omne
 item iudiciorum auctoritatem in se transfere-
 re conabatur. Tum Cimonis detractores, rerum no-
 uarum auidi, populum in eum irritare, flagitium
 in sortem obicere, ac Lacedæmoniorum fauto-
 rem appellare cœperunt. Quauis autem Cimo-
 nis erga Spartanos studium tædio Athenienses
 a ffice-

*Cimon
 urbe pri-
 mus di-
 uerforiis
 & platanis orna-
 uit.*

affi
 Spa
 tran
 me
 get
 qui
 gor
 Mes
 na r
 cepe
 ti,
 cum
 retu
 nien
 adue
 min
 gare
 ãto
 bus
 Itaq
 ses o
 trias
 Sed
 ca tu
 suba
 fuit
 quod
 citus
 uoca
 vrbes
 Cimo
 non
 quar
 cogit
 ciores
 ni ap

afficeret, tamen petentibus nisdem temporibus Spartanis auxilium, Cimonem eò cum exercitu transmissere. Obruerat penè vniuersam Lacedæmonem maximus terræmotus, & concussis Taygetis montibus, vertex quidam, præter domos *Spartæ* quinque, ciuitatem vniuersam maximo cum fra- *terræmo-*
*tus-*gore concusserat. Id cum vicini, tum maximè Messenij, libenter audierunt. Ergo vt quasi ruina reliquias diriperent, arma in Spartanos susceperant. Lacedæmonij verò aliis etiam impediti, ab Atheniensibus auxilium petierunt. Hic enim per diuersa studia vulgus instabile scinderetur, Cimone multum suadente, eo duce Athenienses Spartanis suppetias tulere. Qui autem *Quid sit ostracismus.* aduersabantur occasionem adepti Cimonem criminari non destiterunt, donec per ostracum relegaretur: ea enim est decennalis pœna. Interiò tempore Lacedæmonij Delphos à Phocensibus liberaturi, per hoc Athenienses offenderunt. Itaque profectis in Tanagram illis cū Athenienses occurrissent, Cimon ab exilio rediens, & patrias vindicaturus iniurias, suis sese immiscuit. Sed aduersæ factionis duces clamitarunt, Attica turbaturum agmina, atque hostibus patriam subacturum: & propterea in nullum receptus fuit ordinem. Cæterum Atheniensibus victis, quod proximè Peloponnesum in Atticam exercitus expectaretur, Cimonem ab exilio ciues reuocarunt. Quo agente bellum dissolutum est, & vrbes inter se conciliatæ. Conspicatus deinde Cimon iuuentutem Atticam domi in pace esse non posse, sed semper nouarum rerum semina quærere, ne aliquando ciuitatem turbaret, eam cogitauit per bella, labores, peritorem ferocioremque reddere. Quamobrem c.c. naues omnium apparatu expedituit, in Cyprios Aegyptios-

*Hammonis de Cimonem re-
sponsum.*

que nauigaturus. Et licet quodam somno vehe-
menter turbaretur, atque ab aruspice non pro-
barentur exa, tamen moræ impatiens classem
soluit. Tum transmissis in Ægyptum l. x. nauibus,
cum reliquis ipse maria perlustrans, regi-
am classem profligauit, circumiacentes vrbes
subegit, cunctamque belli molem in Ægyptos
effudit. Sed cum vniuersum regis Persici regnum
delere animo destinasset, ad Iouem Hammonem
ex intimis quosdam dei mentem sciscitatu-
ros misit. Qui iussit eos ill. ne abire, Cimonem enim
ipsum iam penes se esse. Sic illi Cimonem de pro-
ximo moriturum intellexerunt, penesque deos
immortalem futurum. Paucis interiectis diebus,
dum Cimon Citium oppidum obsideret, vale-
tudine aduersa, vel accepto (vt alius placet) vul-
nere diem obiit extremum. Moriens verò suis
præcepit, vt mortem ipsius, quandiu liceret, ce-
larent, donec scilicet integro cum exercitu redi-
rent in patriam. Quæ mors cum neque à sociis,
neque ab hostibus intelligeretur, omnes Athe-
nas sospites se receperunt duce Cimone qui iam
x l. antea diem obierat. Ea sane mors tantum
hostibus virium attulit, tantumque Græcis ad-
mit, vt vix dici queat. Eius reliquæ in Atti-
cam delatæ sunt, in monumentisque positæ, quæ
ad hunc vsque diem Cimonis dictæ sunt. Citi-
enses etiam quoddam eius colunt sepulchrum. Qui-
bus in terræ sterilitate imperatum aiunt oraculo,
ne Cimonem despectui haberent, sed eum vene-
rarentur atque colerent.

*Cimonis
monume-
ta.*

Lucius

D

dole-
tuiffi
vt h
beret
quo
null
aug
uer
rum
cus
tant
lius
inir
eum
cùm
dini
cob
quo
femp
Syll
ille f
ad ce
miffi
traie
neuo
tus l



Lucius Lucullus.

LUCULLVS defuncto patre, Græcis pariter ac Latinis literis operam dedit. Vtraque verò facultate in publicis priuatisque causis, concinnus & elegans fuit. Græca tamen a-
Lucullus
Marsicū
bellū græ
cè conscri
psit.
 dolescens studiosius est secutus. Cùmque constitissent ipse & Hortensius, item Sisenna, inter se vt historiam eius tēporis iuxta sortis casum scriberent: Lucullo obligit, Marsicū bellum scribere quod & Græco sermone scripsit. Cæterum cum nullo adhuc publico munere fungeretur, Seruilio auguri, qui antea patrem eius peculatus accusauerat, diem dixit. Ex quo Seruilius non sine suorum vulneribus ac exitio iudicium euasit. Marcus ei frater fuit: & quoniam natus erat minor, tantum eum persecutus est pietate, vt ante illius legitimam ætatem magistratum quandam inire noluerit. Quamobrem populus Romanus eum absentem cum fratre ædilem declarauit. Et cum in Marsico bello audacia simul & fortitudinis indicia ostenderit, Sylla in posterum sua constantia, & tantum authoritatis contulit, vt quoad vixerit, in rebus strenuè gerendis Lucullo semper vteretur. Idcirco ei signandi numismatis Sylla prouinciam in Peloponneso dedit: quam ille summa diligentia administrauit. Ideo mox ad comparandam in Aegyptum classem à Sylla missus est. Illò igitur soluens in Alexandriam traiecit: vbi à Ptolemæo adolescente, omnis beneuolentiæ documentum accepit. Et vt apparatus luxum, mensæque delicatam præparationem

fileamus, etiam ei talenta octoginta muneri de-
 dit: quæ recusans, nec Memphim, nec mirabile
 quippiam Aegyptiacum videre voluit: afferens,
 non licere ei cuius imperator sub dio & hostium
 mœnibus sollicitus accubaret, munera suscipere
 ac interim delicata conspiciere. Attamen cum ne-
 quisset regem in Romanam societatem adduce-
 re accepta ab eo præciosissima smaragdo auro al-
 ligata, quam (nisi Rex sum imaginem inscul-
 ptam ostendisset) pariter recusasset, in Cyprum
 soluit. Et collecta per maritimas vrbes classe, per
 literas accepit, hostes ei circa Cyprum insidiari.
 Ex quo noctu vela explicans, integra classe, Rho-
 dum annauigauit. Sancitoq; cum Choïs & Cny-
 diis fœdere, vt ab rege deficientes, Samios bellis
 persequerentur, expulsis simul è Chio regis præsi-
 diis, etiam Colophonios deiecto eorum tyranno,
 in libertatem restituit. Per id temporis Fimbria.
 Mithridatem sic terra pepulerat, vt euadendi, nisi
 maritima ope, spem nullam haberet. Videns au-
 tem Fimbria, maris illi viam auferri non posse, à
 Lucullo petit, vt Mithridatem mari arceret:
 quod si fecisset, nihil suæ gloriæ illustrius eum
 addere posse dicebat. Lucullus, licet omnia hæc
 ab ratione non dissonare arbitraretur, tamen vi-
 rum hunc nequam nolens fortasse sibi socium
 fieri, Mithridatis fugæ locum dedit. At cum cir-
 ca Lectum (Troadis locus est) regias naues offen-
 deret, eas profligauit. Audiens deinde Neoptole-
 mum Tenedi cū classe confidere, illò nauigauit,
 & ascendens Rhodianam quinqueremem, pri-
 mus in hostem iuit. Tum Neoptolemo cum suis
 alacriter procurrente in altum, pugna cœpit. Sed
 crescente magis ac magis hostium numero, Lu-
 cullus hortatus verbis & opera suos, strenuè a-
 criùsque oppugnauit ac Neoptolemum vicit.

Hisce

Hisce peractis rebus ad Syllam delatus est. Cui vix applicanti colligendorum ex Asia nummorum curam Sylla dedit. Damnauerat enim Sylla Asiam talentorum viginti millium multa. Lucullo autem prouinciam obiente, cum ceteri essent dicto audientes, Mitylenæi duntaxat tributa soluere detrectarunt. Ex quo Lucullus classe illuc admota, & collatis signis, confestim Mitylenæos superauit, vrbeque potitus est: & præævum maximam, multos etiam hostium cepit. Mortuo interea Sylla, Lucullus cum Cotta consul factus est. Et tandem per varias ambages Mitridaticum bellum decreto Senatus obtinuit. Tū verò Lucullus, qui ad hoc negotium vel maximè aspirabat, in Asiam soluit. Et adscito ac se Fimbriæ exercitu (is enim occisus erat) diuturnis deliciis, & longa peccandi licentia contabescente, eius temeritatem & contumaciam breui contudit. Mitridates autem Luculli aduentum præsentis, & superiore bello fractus, denuo exercitum pararat. Coegerat enim centum & viginti peditum millia, Romano ordine disposita: item decem & sex equitum millia, falcatos currus centum, classem præterea armis, missilibus telis, opibusque refertam. Hisce cum copiis traiciens in Bithyniam, ab vrbe benignè exceptus est. Quia verò senatusconsultum erat, vt Propontidem retineret, Bithyniamque debellaret, Cotta gloriæ comparandæ occasionem adesse ratus, cum Mitridate, priusquam Lucullus eò cum exercitu se confeceret, decernere statuit. Quare signa cum hoste conferens, amissis peditum quatuor millibus, & nauibus sexaginta, cum omni milite, in Chalcedone conclusus est. Hæc audiens Lucullus, præter militum suorum sententiam, saluti Cottæ consulendum existimauit: asserens vnum mal-

*Mitylene
capta.*

*Mitridatis
magnum
exercitum.*

*Cotta à
Mitridate
vincitur.*

le se ciuem ab hostibus liberare, quàm barbarorum omnium fortunas adipisci. Et propterea cum triginta peditum millibus, equitibus his mille, in hostium conspectu castra locauit. Deinde barbarorum multitudinem dimensus, sanioris consilij esse duxit bellum differre, quàm ancipiti pugnae se committere. Accessit ad hæc captiui cuiusdam testimonium, qui ad tres aut quatuor ut plurimum dies, hostibus commearus esse asseuerabat. Idcirco quantum maximam potuit rerum omnium copiam, in castra deferri curauit, ut ocio e hostem inedia contereret. Inter eam Mithridates Cyzicenos Rom. populi socios, ratus per insidias occupari posse, prima vigilia clam castra mouit, & primo sole ad montem Adra-
Thracia
view. stea exercitum duxit. Quem statim Lucullus insequens in vico, qui Thracia dicitur, copias deposuit: ad quem locum, siue pabulandi, siue frumentandi gratia hostis se conferre, necessariò cogebatur. Et proinde victoriam mente prospiciens, fociis pollicitus est sine cade de hostibus victoriam eis se daturum. Ad talem igitur Mithridatis exercitum inedia compulit, præclusis commearibus, ut ab humanis carnibus non abstinuisset dicatur. Ex quo spe omni fraudatus Mithridates, inutilem peditem equitèmq; cum sarcinis in Bithyniam dimisit. Quos Lucullus facillè persecutus, circa Rhindacum fluuium fregit, fugauit, & sarcinis direptis, ad sex equorum, viorum quindecim, iumentorum multa millia cepit. Hac tanta profligatione Mithridates consternatus, fugam arripuit, reliquisque copiarum terrestri itineri commissis, ad mare descendit. Lucullus terrestrem exercitum infectatus, hostium ad xx. millia trucidauit. Ex quo victor Cyzicum se contulit: à quibus honorificentissime susce-

*Luculli
de Mi-
thridate
victoria.*

susce-

susceptus, eos in libertatem restituit. Deinde na-
 uali pugna hostes persequens, apud Lemnum mi-
 lite in terram exposito, hostes petiit. Quos etiam
 ibidem eade maxima stravit. Mithridates tamen
 inter tot tantaq; pericula interlapsus, semper ef-
 fugit. Rebus sic prosperè gestis, quas non sine cœ-
 lesti auspicio geri potuisse creditum est, Lucullus
 apud Rom. etiã summa laudatione efferebatur:
 tũ victoriam prosequens, Bithyniã Galatiãque
 subegit, & ita copia in castris abundauit, vt bos
 drachma vna venderetur, mancipium quatuor,
 reliqua minimo. Castrametatus subinde ad A-
 minum, acri illud obsidione premebat. Vere au-
 tem nouo, relicto ad obsidionẽ Murena, ipse cum
 copiarum reliquo in Mithridatem profectus est:
 quem apud Licum fluium offendens, conferto
 Marte terga dare coegit. Cũque Mithridatem
 perspiceret equitatu superiorem, deuexa post-
 hac horrens, in loco munitiore ac tuto castra
 locauit. Stantibus sic è regione castris ambobus,
 pugne discrimen formidantibus, cerua casu à
 barbaris diffugiens in Romanos incidit. Quare
 accurrentibus hincinde militibus, certamen
 paulatim inicitur. Cũ verò Romani terga da-
 rent, Lucullus indignitatem non passus, suos si-
 stere se iussit, in barbarosque conuersus, ad ca-
 stra vsque fugauit. Interea Sornatius à Lucullo
 frumentatum missus, in Menandrum in Mithrida-
 tis ducẽ incidens, eum strage non parua prostra-
 uit. Cũ autẽ postridie eadẽ gratia Adrianus ca-
 stra exiisset, duos Mithridatis duces omni cum
 exercitu duobus duntaxat exceptis, trucidauit.
 Hęc clades tantum Mithridati pauoris intulerunt,
 vt nulla ratione nisi fuga sibi consulere vellet.
 Sed nouo simul malo periclitatus est. Nam cũ
 milites vallum exire prohiberentur, mox ita per-

Cerua pu-
 gna ini-
 tum dat.

castra turbas egerunt, disciplina rigidioris impatientes, ut vix ipse Mithridates solus, sine equo se è tumultu eripuerit. Et nisi fugienti Ptolemæus equum præbuisset, sanè in Luculli manus incidisset. Fluctuantibus itaque barbaris, Lucullus ingentem victoriam acquisiuit, castraque militi diripienda concessit. Cabira vrbe deinde positus & plarisque locis aliis, ac ingenti comperto thesauro, multos Mithridatis necessarios, & Nysam eius sororem cepit. Deinde Mithridatem persequens, qui ad Tigranem generum confugerat, Chaldæos, Tibarenos, minoremque Armeniam occupauit. Subinde ad Aminsum urbem rediit. Quam vbi adhuc comperit renitentem, confestim impetu acri ad muros exercitum duxit, maximaque vi oppugnatam expugnauit. Huius quidem vrbis incendium miseratus, omnes manere volentes, Lucullus veste & ducentis drachmis honestauit, adiecitque vrbi agri stadia centum & viginti. Et quoniam Romani fœneratores ac publicani omnem regionem misera fœnoris oppressione confecerant, adeo ut filios, filias, vxores, & semetipsos debitores miseri vendere cogerentur: Hanc improbitatem Lucullus certis legibus correxit, ut ante quadricennium vniuersum fuerit debitum dissolutum, & omnes facti liberi. Ex quo miram in Lucillum beneuolentiam omnes conceperunt, mirumque studium & obseruantiam. Hisce compositis rebus, in Tigranem proficisci statuit: qui Mithridatem regno expulsum, contra belli iura susceperat, illumque tradere contempserat: indicto igitur ob id illi per Appium Clodium bello, Lucullus ab Epheso in Pontum traiciens, collectis copiis Sinopem urbem subegit. Cùm interim renunciaretur, Tigranem cum Mithridate ad subuertendam

*Luculli
liberali-
tas.*

*Romani
impy fœ-
neratores
quos Lu-
cullus po-
stea re-
presit.*

dam Asiam ingenti cum exercitu properare, relicto ad res Ponticas præsidio, cum duodecim peditum millibus, equitum tribus, aduersus eos ipse equitans, ad Euphratem demum peruenit. postridie autem trajecto Euphrate, ad Tygridem multis itineribus per Armeniam exercitum duxit. Prouincialibus ob nouitatem metumque tumultuantibus, eum qui primus Tigrani hostium aduentum nunciauerat, Tigranes percuti iussit. Cæterum cum propius Romanos accelerare percepisset, Mitrobarzani duci insolenter iussit, ut assumptis secum tribus equitum millibus, pronutu peditibus cæteris Romanorum dissipatis, Lucillum ad se vinctum traheret, Collato autem Marte Mitrobarzanes cecidit, paucisque elapsis cæteri similiter occubere. Hæc audiens Tigranes, à Tigranocerta discessit (eam enim cōdiderat urbem) & ad Taurum proficiscens exercitum vndique contraxit. Lucillus ratus præsidia per itinera intercipi posse, primò Murenam misit, Tigranis castra perturbaturum: Sextilium aduersus præsidia per insidias disposuit, ipse cum reliquis copiis in Arabes castra metantes irrampens, omnes vno impetu profligauit. Murena tum fugiens infectatus, ut ad angustam vallem peruenit, transeuntes ferro consumpsit. Tigranes tamen citata fuga, hostium manus euitauit. Fugato sic cum cæteris Tigrane, Lucillus illum ratus hac indignitate laceffitum, ad pugnam posse elici, Tigranocertam obsidione circumsepsit. Nec eum profectò fefellit opinio. Quippe iniuriam non passus Rex, cum centum peditum millibus, sagittariorum & funditorum viginti, cataphractorum decem & septem, equitum leuis armaturæ triginta tribus millibus supra Tigranocertam se ostendit Sternentium verò vias, syl-

Mitrobarzani mors.

Tigranocerta urbs à Tigriane nuncupata.

uas vastantium, bellica instrumenta parantium ad viginti erant millia. Tum sanè Lucullus relicto ad Tigranocertam praesidio, cum quatuor & viginti cohortibus in latissimo circa flumen campo castra locauit: postero die suos in aciem disponens, flumen traiecit. Tigranes Romanorum exercitum deridens, suum in cornua communit. Cum cataphracti in fronte essent, in quibus omnis regis spes & robur erat, in eos Thraces Lucullus Gallosque quos secum habebat, impulit. Ipse cum cohortibus duabus tumulum quandam occupans, commonitis suis, vt collato pede gladiis hostium furas & femora impeterent, & cataphractorum contos ensibus praeciderent, acies in hostem emisit. Sed paucis exhortationibus opus fuit: quoniam cataphracti impetu non expectato, suos in pedites conuersi, multa hominum millia pauore & disturbance, nec illato nec accepto vulnere, in fugam compulerunt. Tigranes autem suos terga dare conspiciens, desertis ordinibus in fugam erupit, tum strages maxima in barbaros edita, omnia cadaueribus, omnia cruore replet. Numerus occisorum ex pedibus ad centum millia fuit: equites ferè omnes perierunt, capti verò multi, castra direpta. Et inter tot tantaque barbarorum spolia, Tigranis quoque diadema ad Lucullum delatum est. Ex Romanis ceterum vulnerati, desiderati tantum quinque. Fugato itaque Tigrae, Lucullus Tigranocertam militi diripiendam dedit. Ac pro parta victoria, ludis spectaculisque indulgens, multos sibi reges ac populos conciliauit. Verum dum ad delendam penitus barbarorum mentem intendisset, vniuersus ferè exercitus, bellorum diuturnitate laboribusque fatigatus, Luculli imperium militiamque detrectare cepit.

Barbarorum fuga.

*Peditum
C. Millia
caesa.*

pi
ri
ni
A
su
te
ca
cil
tu
in
ca
ess
di
A
tu
ta
uo
de
q
qu
no
cl
Ad
ui
pe
sti
ro
di
ria
ru
ed
ne
ed
dis
de
ab

pit. Et propterea militibus dicto non auscultantibus post hanc præclaram victoriam dignum nihil memoria gessit, nisi quod bis propulsauit Armenios, vim afferentes: & urbem Artoxata subegit. Mithridatem etiam exercitum reparantem, bis eodem die cum magna nobilium eius cæde profligauit. Sed nullis precibus milites conciliare sibi poterat, quin queri & obloqui & contumaciùs agere pergerent. Idcirco qui Lucullo infensi erant Romæ de eius, abrogatione conari *Lucullum* cœperunt: dicentes Lucillum, non quod è rep. *auaritia* esset, sed avaritia, & immoderata imperandi libidine bellum protrahere. Et quauis Ciliciam, *& imperandi ar-* Asiam, Bithyniam, Paphlagoniam, Galatiam, Pò *dore bel-* tum, Armeniam, ad Phasidem vsque debellasset, *lum pro-* tamen ad diripiendam Tigranis regiam se con- *trahit.* uertisset. Ex quo, siue milium quærelis, siue inuidorum detractatione, Mithridaticum Tygranis *Mithri-* que bellum Pompeio decretum est. Reuersus ita- *dat. bellu* que in urbem Lucullus, aduersariorum inuidia, *Pompeio* non ea pompa triumphauit, ut alij consueuerent: *cõmissum* clarum tamen fuit rerum varietate spectaculam. Acto triumpho, urbem, vicos, vicinosque conuiuio excepit. Clodiam uxorem, feminam intemperantissimam nec à fratris consuetudine se abstinentem repudiavit, ducta Seruilia Catonis sorore, quam superiore nihil puriorem, post etiam dimisit. Deinceps senectute confectus, & sibi gloriæ satis se comparasse arbitratus, publica de- *Lucullus* *senio con-* *fectus li-* *teris inen-* *buist.* bus negotia, & literis indulgit. Tum magnificis ædibus se oblectans hortos, piscosos lacus, balnea, deambulatoria, & Neapoli, & in Tusculano edificauit. Aegrotanti semel Pompeio, cum tur- dis medicorum consilio opus esset, nec hi aliunde nisi à Lucullo haberi possent, vetuit Põpeius ab eo peti dicens: Ergo Pompeio moriendum of-

*Pompeio
& Cicerone
Lucullus
sanam
magnifi-
ce parat.*

*Luculli
bibliothe-
ca.*

*Lucullus
paulò an-
te obitum
consilij
inops.*

set, si his Lucullus non abundaret? Volentes aliquando Pompeius & Cicero Luculli magnificentum conuiuandi morem experiri, se cum eo cœnatos dixerunt, nequid tamen eorum gratia parari iuberet. Lucullus cum hoc sibi gratum esse responderet, ab eisdem rogauit, ut seruo verbum duntaxat dicere liceret. Sic ad vnum conuersus, In Apollinis, inquit, cœnabitur hodie: quo eos verbo fefellit. Quoniam singulis cœnaculis precium & apparatus certus erat. Eo autem loco L. millium sumptu cœnare cōsueuerat. Quod cum nō intelligeretur, Pompeius celeritatem magnitudinēque conuiuij mirari satis non poterat. Hoc igitur pacto, opibus labore & magno discrimine partis: minus laudabiliter utebatur. Bibliothecam tamen pulcherrimam ad omnium etiam voluptatem instruxit. Amicorum gratia nonnuquam descendit in forum. Et in curiam venit aliquando, ut Catone socio Pompeij decreta antiquaret. Quæ Pompeius, eiectis è curia Catone & Lucullo, seinceps obtinuit innouari. Lucullus hac indignitate affectus, à repub. se penitus remouit. Cum verò iam senex in aduersam valetudinem incidisset, adeo rationis inops fuit, ut M. fratrem curam habere rerum ipsius oportuerit. Paulò post naturæ concessit, ac in Tusculano sepultus est.

CIMONIS COMPARATIO ad Lucillum.



Cimonis Luculli que iuuentus per quam diuersa fuit. Nam Cimon insamis & intemperans, Lucullus verò modestus & continens. Caterum Cimon arescentibus vitiis in meliorem vitam institutionem se conuertit. Alter verò iuuentutis

iuuentutis suae rationem habens senex in luxum, deli-
 cias, conuiuiaque defluxit. Quem Cimon murum suo a-
 re australem erexit, quis Luculli thalamus, & piscosus
 riuulus. Neapoli structus, non anteponeat? Praeterea Cimo-
 nis mensa multis educationem praestabat, Luculli luxu-
 riosa & regali in paucorum delicias effundebatur. In-
 certum tamen fuerat, nunquid Cimon ab immoderata
 mulierum consuetudine senex abhorruisset. Sed magni
 ambo duces terramarique fuerunt. Atqui Cimon vno
 die terrestri & nauali trophaeo Graecium coronans, pri-
 mus sibi, patriae secundas partes vendicauit. Lucul-
 lus a patria imperium habens, sociis opum, Romanis
 non parum imperij adiecit. Cimon patriam Sparta-
 ni subiectam, non modo liberam fecit, sed & Persis
 ab accessu maris prohibuit, Graecarum rerum summam
 patria acquisiuit. Si imperatoris auctoritas obedi-
 entia declaratur. Cimon longè praestantior, cui non so-
 lum sui auscultarunt, verumetiam alieni se credide-
 runt. Lucullum enim milites odio tandem habuerunt,
 vrerque potentiss. reges delere adortus, in ipso rerum
 culmine cecidit. Cimon tamen in maximo gloria flore
 extinctus est. Lucullus priuatus occubuit. Sed contra
 Cimon suis ciuibus inuisus, ostracismum tulit. Lucullus
 exilium nunquam sensit super hoc maiora cum copiis
 itinera dimensus est. Nam Romanorum primus Tan-
 rum superauit: Euphratem Tigrimque inuacit, Ti-
 granocertam Cabynam, Synopem, Nisibin in hostium o-
 culis diripuit, incendiisque: omnem Asiam si septentrio-
 nalem usque ad Phasidem orientalem, ad Mediam us-
 que, australem ad usque rubrum mare, Romanis sub-
 egit. Potentissimos quoque reges in vastas solitudines
 & syluas compulit: in quibus omnibus Cimoni prefe-
 rendus est. Etiam Persae nil tam graue sub Cimone
 passi sunt, quin semper in Graecos maiora postmodum
 moliti sint, & peregerint: Lucullus autem Mithrida-
 tem & Tigranem adeo contriuit, ut ne semel quidem

contra Pompeium acies educere ausi fuerint. Sed Mithridates in Bosphorum diffugit, Tygranes nudus inermisque ad Pompey pedes procumbens diadema deposuit. Qui ambo victorū potius Luculli quā viri-
 te Pompey in tam miseram sortem delapsi sunt. Cimon cum hu bellum habuit, quos Themistocles, Pausanias, Leotichidasque contuderant. Lucullus maximo, reges debellavit, quorum potētia adhuc integra, maximu etiam victoriā florebat. Postremō si de hostium subactō-
 rum numero contulerimus. Luculle Cimon erit inferior. Vtrique verō caeleste numen commune fuit: nam Lucul-
 lum qua aggredi, Cimonem qua observare oportebat, illud prae-mouit. Ipsam igitur auspiciū ad tam insigne nomen iubar uterque effulsit, sed non eodem exitu, quippe Lucullus liber ac republica solutus, Cimon im-
 perans & militans vivere desit.



Nicias.

NICIAS patria Atheniensis, patre Nicerato obscuritatem generis rebus strenuē sapienterque gestis illustrem reddidit. Et quantum in administranda republica, sententiam mobilem semper habuerit, tamen Pericle tum temporis civitatis primario, admodum adolescens, dignitatis & auctoritatis aliquid sibi peperisse dicitur. Praetura quoque cum eo obiit: necnon aliquando successor in reliquis dignitatibus fuit. Pericle autem defuncto ob Cleonis audaciam, quam maxime deprimendam

primendam urbis ciues putabant, primæ reipublicæ partes ad eum delatæ sunt. Qui etsi seuerior fortasse videbatur, non propterea austera nimis eius erat seueritas: sed urbanitate quadam ac facilitate homines alliciebat. Rerum successus autem eius animi timiditatem, domi militæque tæxerunt. Eloquentiæ fuit nullius, *Liberali-* verum diuitis abundans; quarum suffragio sibi *tas Nicias* non ita difficulter populi fauorem comparauit, *grauiam* ut nemo unquam antea eo fuerit gratia propter *ac fauorè* liberalitatem superior. Mores quoque ac vitam *parauit.* à religione alienam non habuit. Diis enim *Nicias re-* cra singulis diebus faciens, vatem domi habebat: *ligionis* quem & de futuris in republica priuatisque ne- *studium.* gocijs assidue consulebat: præsertim de argenti effusione, quid auspicia portenderent. Nam argenti fodinam prouentus maxime in agro possidebat. Et non minus iis, à quibus mali quispiam timeret, quam de se bene meritis gratificabatur. Colonia præterea ab Atheniensibus in Italiam missa ductor Nicias fuit, & Thuriorum ciuitatem ædificauit. Santa enim in rempublicam diligentia fuit, ut domesticarum plerunque familiarum oblitus, somni expertus, atque inter cœnandum de publicis saltem muneribus & commodis cogitaret, nec quæmpiam sine publica utilitate sciscitaretur amicum. Ex quo propter continuas vigilias, curas & labores invalido corpore erat. Illud Agamemnonis procerbum sibi plerunque usurpans: Turbam vitæ nostræ præsidem sortiti sumus, multitudini seruire cogimur. Quamobrem imperia, aut periculi, aut laboris causa sæpissimè repudiabat, simul ne inuidiam in se concitaret, Lachitæ exemplo: qui Lesbo capta cum in senatu rationem gestorum redditurus esset, inimicorum calumnias ut cui-

Agamē-
nonis pro-
uerbium.

taret, extracto gladio sibi mortē consecuit. Enimvero cum ad imperia suscipienda cogere-
 tur, salutē semper, & exercitus utilitati consulebat: bene gestorum nihil sibi ascribens, verum mili-
 tum fortitudini, ac deorum benignitati: Imperator contra Lacedæmonas Cytheram insulam ce-
 pit, eorum coloniam. Nonnullas in Thracia ciuitates recuperauit. Minoam insulam à Megaresibus, & Nicæam accepit. Corinthus profligatis ac trucidatis, Lycophronem imperatorem occidit. Deinceps Lacedæmonum maritima popula-
 tus, Thyream ab Aginensibus tum possessam expugnauit. Quodam autem in prælio victis hostibus Spartanis, milites quadringenti in Satyram insulam confugerunt, quos cum Athenienses in potestatem habere cuperent, Nicæ comiserunt insulæ obsidionem. Ei, seu locorum asperitate, seu aquarum penuria, tempus in longum protrahenti, non parum ignominie Cleonis subrogatio attulit. Hic enim viginti diebus expugnata insula, captiuos Athenas deduxit. Ex quo Nicæ timiditas, & imperandi negligentia liquidò patuit, non tamen sine ciuitatis detrimento, ob Cleonis adauctam potentiam, quam maximè deprimere respub. moliebatur. Cum verò apud Amphipolim Cleon & Brasidas pugnando cecidissent, & Nicias pacis inter Athenienses Spartiatasque author fuisset, Alcibiades inuidia flagrans eum maledictis & accusationibus in rep. persecutus est, quòd eius exhortationibus captos apud Pylum respub. restituisset. Quapropter inter Alcibiadem Niciamque seditio grauiter inuadit. Interea orantibus Leontinis Egestensibusque, ut ad eorum dominatum capessendum Athenienses exercitum in Siciliam mitterent. Nicias in suffragiis ab Alcibiade superatus est. Sed postquam popu-
 lum

lum neque à belli studio auertere, neque imperij laborem (nam cum Alcibiade & Lamachodux declaratus fuerat) effugere potuit, post plærasque dissuasiones tandem ad expeditionem se conuertit. Sic ipsis in Siciliam post ingentestempestates delatis, reuocatõque in iudicium ab Atheniensibus Alcibiade, Nicias, solus iam imperator, cum Lamacho cepit Hyblen oppidum, ac pugna ingenti pro Syracusarum ciuitate commissa, victoriam reportauit, idque sub hyemem. Ex hybernis deinde rediens, vt Syracusas obsideret, auxiliaribus hostium copiis in itinere superatis, paruo tempore muro ciuitatem circumsepsit, verum nephritis morbo correptus, ad extremam vsque consummationem opus deducere non valuit. Pluries tamen leuibus præliis hostem superauit, imperatoris mœnia utcunq; obiens, donec acrius morbo ex cruciatus est. Tunc Lamachus exercitus curam gerens, cum sæpe victor cum hostibus conflixisset, semel tandem à Callistrate copiarum Syracusanarum ductore ad singulare bellum prouocatus, cecidit. Syracusa nis ergo effuso cursu ad Atheniensium castra contendentibus, Nicias licet valetudinarius, tamen restitit. Nec multo post, etiam nonnullas ciuitates ad defectionem adiegit: & Gylippum in Syracusarum auxilium à Lacedæmonis missum, acie iusta vicit. Sed postridie superatis, victis, & vsque ad castra profligatis Atheniensibus, quem tantis illi laboribus murum struxerant, victor Gylippus dirui demolirique fecit. Rursus cum obfesso Plemurio Nicias opem ferre properasset, à Gilyppo profligatus oppidum amisit, ingenti Atheniensium detrimento: sublata enim com meatuum facultate oppidani ad deditiõem coacti sunt. Accepto tanti mali nuncio, Athenientes

*Nicia vi
Aoria.*

*Lamachi
interitum.*

primū Euryedontem cum pecuniis in Sicilia miserunt: subinde Demosthenem nouo vere cum magna classe: æquarunt etiam Euthydemum & Menandrum cum Nicia in imperij potestate. Qui licet mari terraque pugnam semper detrectaret, adactus tamen collegarum stimulis, tandem concertare statuit. Verū malè rem gessit. Superueniens interea Demosthenes, contradicente Nicia, noctu in hostes impetum fecit.


Fallicitas modū tenere Nicias ignorans.

Et plurimis repentino bello ex hostibus caesis, felicitatis modum tenere nesciens, non prius infelix qui desuit, quàm ab hostibus superaretur. Interfectorum autem numerus circiter II. millium fuit, euaserunt plarique. Demosthenes de exercitu è Sicilia mouendo, propter aeris inclementiam consilium cœperat. Nihilominus autem interdum Niciæ timiditatem accusans, contendebat Nicias id reip. detrimento futurum primo semper existimans, seu nouo Syracusans superueniente prasidio, seu prodigiorum portentis, siue quoddam malè gerendæ rei periculum perspiciebat, isthuc discedere demum etiam voluit. Hostes interea mari terraque instructis copiis, hic murum & castra obsidentes, illic triremibus & conuiciis Demosthenem lacessentes ad certamen allexerunt. In quo magna Atheniensium clade, Syracusani victores euasere. Delectis itaque militibus & X. supra C. munitis triremibus, Nicias itineri se accinxit, tanquam hostibus in sacris Herculis occupatis euasurus. Sed illi cognito viri consilio, ad iniuriam vlciscendam animosiores, classe mox structa cum hostibus saxis non minus quàm armis pugnarunt. Athenienses iterum deuicti, salutem posthac fuga sibi querere cogitarunt. Miserum autem erat, vulneratos deserere, & miserabilia passuros se videbant, miserimum

Syracusanorum victoria.

fe
ri
o
n
l
ad
an
pr
fli
tu
siu
on
Sy
ru
tes
qu
At
E
ga
cer
cul
qu
dis
ten
par
len
tac
pro
dan
fibu
Ath

ferrimum verò Niciæ spectaculum, valetudina-
 rij, famem, dolorem, ignominiamque patientis:
 octo tamen diebus se mirabiliter tuendo, maxi-
 mos hostium impetus exceperunt. Cùm subito
 Demosthenes ab hostibus circumuentus, nul-
 la euadendi potestate data, gladium in pectus
 adegit. Hic audito, Nicias nihil iam cunctandum *Nicias*
 amplius existimans, ad Assinarum flumen nocte *capitur.*
 proxima castra mouit, hic superuenientibus ho-
 stibus, stragem maximam perpeffus est, & cap-
 tus, Ei Gylippus pepercit, reliquos Athenien-
 sium expoliari iussit. Quorum spoliis arbores-
 omnes iuxta fluminis ripam exornatæ sunt. At
 Syracusani equis coronatis, & equorum capto-
 rum scissis crinibus, in urbem quasi triumphan-
 tes sunt regressi. Atque huius victoriæ diem
 quotannis solenniter celebrandum decreuerunt.
 Athenienses vt per lapidicinas distribuerentur.
 Eurycles Syracusanorum prætor in concione ro-
 gationem tulit: imperatores verò vt vltimo affi-
 cerentur supplicio. Dum igitur hi in carceribus
 custodirentur, mortem sibi consciuere. Clypeus *Niciæ*
 quidem Niciæ ad hodiernum vsque diem auro *clypeus*
 distinctus, Syracusis in templo seruat. Qui au- *in templo*
 tem per lapidicinas distributi fuerant, magna de *seruatur.*
 parte morbo miseriâque perierunt. Multi ad co-
 lendos agros dimissi, plerisque abeundi facultas
 tacite facta, nonnulli venundati, aliqui etiam
 propter Euripidem poetam salute donati. Qui-
 dam item per ciuitates decantandis Euripidis ver-
 sibus victum quæstarunt. Huius cladis nuncius
 Athenienses magno luctu affecit.



Marcus Crassus.

MARCO Crasso pater Crassus fuisse dicitur, vir modestus ac frugalis, triumpho, censura, dignitatibusque aliis excellens. Cuius cum frugalitate, similis plurimum esset filius, in hoc vel maximè fuit dissimilis, quod auaritiæ gratia humiliter Liciniam vestali virgini gratificabatur. Ex quo etiam, quasi cum ea rem habuisset, accusatus fuit. Verum absolutus, quia ut ab ea suburbanum paruo precio ad se traheret, ita se præbuerat. Multis etiam virtutibus idem enituit, quas omnes auaritia turpiter deformauit. Nam tempestate Syllana, quando proscriptorum ciuitarumque bona venditioni exponebatur, optimo quoque ab huiusmodi mercationibus abhorrente, ipse emendo, accipiendo, petendo præter agros innumerabiles, & seruorum architectorum, scribarum, & procuratorum turbam, argenti aurique signati maximam copiam aggregauit. Dicebat enim, pecunias parare patrem familiam oportere, sicut rempublicam gerere principem. Seruos propterea rei familiaris domesticæque instrumenta esse volebat, liberalis tamen erat, & absque fœnore pecunias mutuabat. In dicendo non satis idoneus: ceterum rhetoricæ studiosus fuit, nec ad minimas vāquam causas impræmeditatus accessit. Qua facultatem minimis etiam interdum inseruiuit, & propterea populi studiis sibi parauit. In salutando simul comis ac perbenignus erat: & proprio quemque nomine compellabat. Adolescens admodum, ob Marij Cinnæque

neque tyrannidem in Hispaniam secessit, & in
 quadam Vibij Paciaci spelunca, mari finitima,
 cum comitibus tribus ac seruis decem, menses
 ferme octo delituit, Vibio ad voluptatem etiam
 omnia suppeditante, Cinna autem mortuo, spe-
 lunca, digressus, cum ab omnibus hilariter exci-
 peretur, exercitu duorum circiter milliū & quin-
 gentorum hominum coactu, ad Metellum in Ly-
 biam traiecit. Sed orta inter eos discordia, ad Syl-
 lam se contulit: à quo honorificè exceptus, cum
 in Italiam redire decreuisset, in Marsos emissus
 est. Qui per medios hostes copias ducens, suæ for-
 titudinis signa demonstrauit. Nata autem est
 tunc inter Crassum & Pompeium æmulatio quæ-
 dam, licet omnium iudicio, Pompeio postponen-
 dus videretur. Nam auaritiæ vitio semper serde-
 bat. Ideo cœpit etiam Syllæ tandem inuisus esse.
 Cùm enim Tudertum Umbrię ciuitatem caperet,
 multa clandestinè subripuit. Non paruam verò
 infamiam dominante Sylla consecutus est, quod
 proscriptorum bona vno quasi assè fuisset aucu-
 patus. Brutij etiam cuiusdam prædiuicis (inscio
 Sylla) nomen proscripsit, ideò ad nullum dein-
 cept publicum munus viuente Sylla peruenit.
 Sic cùm auarissimus esset, eiusdem tamen generis
 homines maledictis insectabatur. Inuidia pos-
 tremò laborauit Pompeij potestate crescente,
 quia magnus appellaretur. Irridebat enim hunc
 titulum quātus esset? interrogans: vt igitur Pom-
 peij conatibus obstaret, omni officio, patrocinio,
 largitione & opera ad se populum alliciebat.
 Agrè item ferebat Cæsari se proponi. Hinc cum
 Cæsar in Asia à prædonibus captus, in vinculis
 ageret, clamasse sapius fertur, qualem habebis
 modo (Crasse) lætitiā? Rediere paulò tamen
 post in amicitiam: ita vt cùm in Hispaniam Cæ-

*Crassi
 inuidia.*

Roma
res in
factiones
diuisa,
quarum
Duces,
Pompeius,
Cæsar &
Crassus.

Isthmus.

lar profecturus esset, nec id facere posset, nisi Crassus pro pecunia à fœneratoribus sponsor intercessisset, libetèr ille beneficiù hoc Cæsari præstitèrit. Erat tunc vrbs Roma in tres diuisa factiones. Optimi quique Pompeium, seditiosi Cæsarem sequebantur. Crassus medium se gerens, modò vni modò alteri inharebat, prout conducibilis videbatur. Orto interea gladiatorum bello, ductu Spartaci, post aliquot ducum casus, tandem ad hoc negocium Crassus delectus est. Qui primò Spartacum per Lucaniam fugientem ad mare compulit. Sed ibi ille cum à piratis Cilicibus qui certa mercede eum in Siciliam deuehere debebant, deceptus fuisset, à mari digrediens, in Reginorum Chersoneson copias duxit. Quæ terra, insulæ instar aquis circumdata, paruo spatio continenti adiungitur, Isthmum appellant. Hunc locum muro fossâque stadiorum triginta Crassus clausit, hostemque obsedit. Spartacus autem nocte atra, studentibus etiam ventis, cum ramis terrâque partem fossæ compleuisset, tertio Crassum fefellit. Fugiens igitur & varias regiones, tandem configere coactus est, & millibus x i r. amissis, ad montes vsque Petilinos aufugit. Nec multò post iterum necessitate compulsus, cum Crasso manus infœliciter conseruit: nunciabatur enim Pompeius auxilio Romanis propediem esse venturus, tandem ergo victus & multis confossus vulneribus, bello finem dedit. Hanc victoriam Crassi detractores apud senatum ita verbis extenuerunt, vt ei vix ouanti urbem ingredi liceret. Cum interim de Hispanis Pompeius atque de Sertorio triumphasset, petenti tamen non multò post Pompeio consulatum, ei collega datus est, in quo inuicem dissidètes, memoria dignum nihil efficere, præterquàm quod Crassus

Cr
sing
Lud
Car
ci
ron
con
han
isto
lian
fam
rion
cun
peit
loq
pot
ami
gna
ca p
pro
Syri
exu
lucr
pra
auf
tra
ad n
inu
fope
poll
dedi
bat)
miss
lit, v
Sele
tū m

Crassus populo epulum dedit, ac minas tres in *Crassi epulum.*
 singula civium capita. Censuram quoque cum
 Lucatius Catulo otiosam gessit, Coniurationis
 Catillinae conscius fuisse creditur: quia post so-
 ciorum ipsius supplicium non amplius Cice-
 roni fauerit. Aucto tempore Caesar intendens
 consulatum petere, operaprecium esse duxit,
 hunc Pompeio conciliare: quo facto, promotus
 istorum suffragiis consulatum obtinuit, & Gal-
 liam provinciam sortitus est. Cum autem Caesaris
 fama magis ac magis increbresceret, & ipse infe-
 rior haberetur, invidia mori videbatur. Tamen
 cum e Gallia Lucam rediret, Caesar obviam illi Põ-
 peius Crassusque prodierunt. Qui multa seorsim
 loquuti, ut omnem in se Romanam transferrent
 potentiam conuenerunt in hoc, ut Caesare cum
 amicis suffragante, ambo consules iterum desi-
 gnarentur. His igitur non sine maxima reipubli-
 cae perturbatione factis, Caesar ad alterum iustrum
 prorogatus in Gallia, Pompeius Hispaniam, Crassus
 Syriam obtinuit. Qui cum vehementer sua sorte
 exultaret, & inania pleraque mente conciperet,
 lucrarique multa se posse speraret, expeditionem
 praeter modum accelerabat. Tandem vero malis
 auspiciis Romam egressus, Brundisium, atque inde
 traiecto mari per Galatiam abiit in Parthos. Mox
 ad nouarum rerum spem erectus, quod pontem
 inuenisset, super Euphratem, & quod multae Me-
 sopotamiae ciuitates sese dederent, Zenodociam A-
 pollonij tyranni urbem militibus diripiendam
 dedit. Hic cum ob id manus ab exercitu (ut vole-
 bat) Imperator appellaretur, animo veluti de-
 missus ac tristis, in Syriam ad hyberniam se cõtu-
 lit, ubi inani ocio tempus terens cum in Babylonia
 Seleuciamq. primas Parthorum ciuitates exerci-
 tum mouere deberet, coaceruandis tantum pecuniis

*Crassi cir-
ca prodigi-
gia secu-
ritas.*

*Surinas
dux ad-
mirandus.*

inuigilabat, vectigalia augebat, tributa acrius ex-
gebat, accepta pecunia ciuitatibus militiam re-
mittebat. Cuncta quoque segniter negligentér-
que ministrabat, parui prodigia pendens. Nam
cum Veneris fortè sacra celebrarentur, Crasso
prodeunte è templo, filius offenso pede còcidit,
statimque eodem casu pater prostratus est. In-
eunte ergo vere, ex hybernis exercitum duxit,
nec oratores Parthorum regis audire voluit, Ar-
tuasdis Armeniorum regis pollicitationibus in
spem victoriæ inductus, vix terram hostilem in-
gresso, renunciatum est, hostibus sagittario-
rum cataphractorum multitudinem maximam
adesse, Surina duce, viro fortissimo & præter hu-
manam staturam procero, ac pompa maxima in
castris vtente, milleque camelos impedimentis
onustos, ac pellices mille ducentas habente, cum
cataphractis equitibus, & totidè leuiter armatis,
ad corporis custodiam adiecta seruatorum mul-
titudine. Quæ omnia tamen si Romanorum ani-
mos terruissent, Crassum tamen non perturba-
runt. Accessit ad hoc, quòd sereno die tonitrua
fulguræque micarent, quòd ventorum rabies
pontem diruperat, quòd castrorum locus ful-
mine percussus erat, quòd imperatorius equus
nullo agitante in Flauium desilierat, & aquis ob-
rurus, nusquam apparuerat. His omnibus con-
temptis Crassus in Parthiam intus perrexit. Tum
Arimanes Parthus quidam, homo ad fallendum
callidissimus, simulans odisse se Parthos, vt insi-
dias Romanos duceret, ad Crassum venit, & hor-
tatus est vt iter in hostem trepidum ac iam iam
ad Scythias fugituum maturaret. Cui cum fidem
haberet Crassus, dux itineris ille factus, primò
per peruia, mox per inuia, subinde per vastas so-
litudines Romanos duxit, tam diu calliditate,
blanditiis

Manditiis & persuasionibus tegens dolos, dum ad insidias peruenit. Tum enim ihico nocte proxima se subduxit. Die verò comparuerunt è syluis hostes. Nec mora, adorti sunt vndequaque Crassum: quibus cum in primo cornu Crassi filius resistere voluisset, victus cū Censorino Planco, & optimatibus multis, mortem sibi conscivit. Reliqui sagittarum nube obruti interierunt. At hostes in Crassum conuersi, diro cruentoque certamine ad noctem vsque Romanos fatigauerunt. Crassus autem re malè gesta, pendens animi, è loco migrare statuit: ac nocte intempesta, quanto silentio potuit, relictis circiter quatuor sauciorum millibus, Carras cum exercitu concessit. Sed deceptus ab Andronico, qui fugam inde suadebat, in sequenti nocte ex oppido abiit. Deprehensus autem à Parthis, vix in colle quodam cum Octauius se tutatus est. Quem vbi Surinas minimè superari posse perspiceret, ac fraudes ac dolos conuersus, colloquium & pacem obtulit. Ita denudò volens nolens illusus, circa locum colloquio definitum, à barbaro quodam ense peremptus est: sequenti verò die circiter viginti millia Romanorum trucidata sunt, capta decem. Crassi caput dexteramque Hyrodi in Armeniam donomisit Surinas. Tum actus à barbaro Seleuciam fastuosus veluti triumphus quidam, in quo capita Romanorum contis affixa miserabili spectaculo præclara fuerunt.

*Crassi in
noctis in-
teritus.*

*Crassus
dolo per-
emptus
vnde
strages
Romani*

COMPARATIO NICIÆ
Crassique.

SI inuicem utriusque vitā comparabimus, honestiores Niciæ diuitiarum ortus fuisse constabit. Nam ex mercatorum effusione huic, illi verò ex Syllæ incendiis & proscriptionibus, quasi ex fenore incrementa fuerunt. Fuit sane Crassus lucrandi gratia multis obnoxius criminibus, quorum ne minimam quidem Niciæ partem attingit. Hic tamen etiam timidus nimis, Crassus verò audacior & promptior. Largus Niciæ in sumptibus circa decorum culum, Gymnastiorum & palæstrarum. Iste profusior in publico epulo, & quotidiano victu. Niciæ simplex ac purus, Crassus fraudulentus & superbus, siquidem per vim vlcimam usurpauit consularium. Hic quoniam tyrannice nunquam se gerebat, ille quoniam pauidus formidolosusque erat, reprehensione non caruit. Pacis autem & ocij Niciæ tamantissimum fuisse liquet, Crassum imperij se audidissimum. Deliquit præterea Niciæ, quòd Cle. rabula clamosa & impudens cessit, militandi periculum reformidans, repub. periclitante, Crassus pariter, cum per Al. roneam expeditionem, sine causa Parthicum bellum aggressus est, per multa ille præclara in bello edidit, neque omnia errata sua culpa euenerunt. Crasso omnium errorum attribuitur causa. Niciæ portenta verebatur, iste prodigia aspernatus est. Finis utriusque non laudabilis. Niciæ ad hostium genua procubuit turpiter. Crassus non timori, non labori parcens, inimicorum fraude perijt.

Agefilaus.

S

Erant
ximè.
filius
tas Ag
cente
sarum
marig
tantis
ratoru
præue
rum a
pherni
tes in
stitit,
petrar
cem, se
sia dig
uis reg
pherni
quod p
propiti
Cariam
ctas est
illuc on
gentem
lites de



Agefilaus.



AGESILAI genus ab Hercule ducitur, à quo quotus fuerit, non facile dinumerari potest. Certum autem est quòdeoràm gubernationem Spartanà ciuitas nunquam detraxerit. Erat Agefilaus ante regnum imperio dignus maxime. Nam Agide mortuo, cum Leotychidas eius filius, regiam dignitatem peteret, vniuersa ciuitas Agefilau in prætulit, Rege igitur eo adolescente adhuc factò, haud multò post contra Persarum regem, tanquam aduersus Græcos terramarique exitium semper molientem, cum Spartanis L. & ingenuorum millibus tribus, confederatorumque, sex millibus soluit in Asiam, ut præueniret nimirum hostes, priusquam Græcorum agri bello vastarentur. Quo audito Tissaphernes & pacem querere, & Græcorum ciuitates in Asia liberar se facturum polliceri non destitit, si mensium trium inducias ab Agefilao impetraret. Verùm mentitus cum à rege non pacem, sed exercitum exorasset, Agefilao, nisi ex Asia digrederetur, bellum minatus est. Qui quantum regio esset apparatu inferior, tamen Tissapherni renunciari iussit. nò mediocriter letari se, quod peritio suo deos sibi insecos, & Græcis propitios effecisset. Atque expeditis omnibus, in Cariamiturum se iactitans, in Phrygiam profectus est. Eam igitur imparatam ostendens, quod illuc omnes copias Tissaphernes conuertisset, ingentem prædam omnis generis acquisiuit. Miles deinde sapius commonuit, ut captiuos mi-

Tissa-
phernes
triū men-
sum in-
ducias
flagitas.

Agefilas
humans-
tus

tius seruarent, nec iniustus cruciatibus afficerent. Paruos etiam infantes ac confectos senio captiuos, ne feris relinquerentur dilaniandi, in tutum deportari curauit: eius igitur humanitate tanta comprehensi præter spem captiui, maxima eum beneuolentia & amore prosequerantur. Vrbes itidem, quas expugnabat, seruilibus muniis exhibebat, liberas esse permittens. Et sic vrbes, quas vi capere non poterat, humanitate adipiscebatur. Et quoniam Pharnabazo equitatu inferior erat, ut equitatum compararet, edicto imperauit, ut vrbes equos alerent, adolescentes armis & equis instruerent, & ad rei militaris peritiam acuerent. Coacto deinde in Ephesum ad hyberna exercituum, turmis melius equitantibus peditibus robore & agilitate præstantioribus, dona constituit, Sagittariis, scutatis, funditoribus præmia declarauit. Hinc gymnasiis, hinc equorum studiis & dignis spectaculis honestioribusque certaminibus illa vrbs referta. Fora autem variis armis, equis & bellicis instrumentis venalibus abundarunt, tum etiam mechanicis omnes ferè ciuitatis partes. Videbatur denique ciuitas bellicorum instrumentorum officina, & religionis norma, quasi de nouo constituta esset. Nam redeuntes è gymnasio cum Agesilao, reliqui milites coronas in certamine partas, Dianæ semper offerebant. Nouo autem vere milites educens, citato itinere Sardiniam ditionem occupauit. Mox exercitum accitè instructo, peractisque sacris, fortiter hostes inuasit, multos trucidauit, reliquos uertit in fugam, ac castra cepit, confestimque castra longius in

Agesilaus

Asia igne, ferroque populo

latur. Tissapher

Regiæ

Asia mouit, igni ferroque cuncta populatur. Itaque perfecit ab iis Græcos honorari, quos a dorare antea cogebantur. Rex autem in Tissapheruem hæc cuncta refundens, eum per Tisra-

stem

stem
bes,
nes i
scisc
rum
Aus e
quod
trian
fitus
si pri
patri
riuma
zaren
Asiat
gesila
reret
vno a
doni
miis,
pente
delu
quod
postr
finia
rinth
pro c
maxi
sacra
plos
comp
laus,
fecto
fangu
rendu
Poste
præfe

stem truncari fecit. Hinc prima barbarorum labes, hinc Agesilæi fortuna melior, ad quem omnes in fidem confluebant, & libertatis avidi descisciebant, ita ut innumerabilis cum barbarorum turba sequeretur, quorum etiam dux factus est. Sed viri continentiam in hoc tueri licet, quod nihil tantarum rerum felicitate elatus, patriam continuè dilexit. Nam à magistratu requisitus ut civitati succurrere, haud secus paruit ac si priuatus, declarans vniuersi orbis imperium patriæ postponendum. Hoc quoque imperatorium fuit. Cum ciuitates captæ seditionibus agitantur, composuit eas ille magno studio, & Asiaticarum rerum finis fuit. Rediens igitur Agesilaus, Helleponto traiecto patriæ ut succurreret, tot terras mensis spatio permensus est, quot vno anno Artaxerxes peragrauit. Hinc in Macedonia in Thessaliam transiens, Larissæis, Cranomæis, Scotustensibus, Pharsaliis, ac Thessalis repente circumseptus mira solertia hostem primum delusit, deinde magna cæde prostrauit. Propter quod etiam insigne trophæum erexit. Achæis postridie montibus superatis, in Bœotiorum confinia progressus, à Thebanis, Atheniensibus, Corinthiis præclusum iter offendit. Tum laudatis pro concione militibus, & ad spem præmiâque maxima erectis, in Coronæ campo Cephiso adiacente, cum hostibus conflixit, vbi tandem ipsos in fugam vertit, & ad Heliconem fugere compulit, Quos à fronte iterum petens Agesilaus, ex loco pepulit, fudit, peremitque. Triste profecto spectaculum erat, cernere pugnæ locum sanguine taboque concretum, cadaveribus horrendum, clypeis, telis, pugionibusque stratum. Postera verò die exercitu instructo, Syllæ belli præfecto iussit, trophæum ut in loco constitue-

*Agesilæi
erga pa-
triam a-
mor.*

*Descri-
ptio crue-
ta victo-
ria.*

ret. Petentibus paulò post Thebanis, inducias dedit. volensque potius domilicite imperare, & in aliquibus obtemperare, quam Asia tota potiri, in patriam reuersus est. Per idem ferè tempus Argiuorum agro depopulato, ad Corinthij angustias transcendens, muros ad Lecheum vsque protensos, occupauit. Mox ad Pyreæum diripiendum animum intendit. Ciuitatem itaq; petere se simulans, cum essent digressi custodes à Piræi custodia, vt urbi succurrerent, conuerso exercitu Pyreæum occupauit, diripuit, prostratisque maris domum rediit. Haud multò post Achais auxiliium orantibus id illis præstitit, & Acarnanes grandi prælio superauit: multisque trucidatis trophæum constituit, nec prius destitit, quam Acarnanes, & Aetolos Achais amicos, sibi verò Argiuos socios effecit. Post Thebanos cogit atque Corinthios, vt Lacedæmonios, qui ab eis exulabant, domum reuocarent. Verùm ij sunt ab aduersa factione breui tempore simul omnes trucidati. Vt igitur hanc iniuriam vlcisceretur Agésilaus, Thebanorum & Corinthiorum agros igne ferroque vastauit. Anno etiam sequenti, ad Scolimi vsque fossas cuncta depopulatus est. Accepta autem in Leutricis clade, Lacedæmones suos à Bœotiis Arcadibus & Eleis solus ipse defendit. Haud multò post contra omnem Græcorum voluntatem, Spartam muris circumsepfit. Digrediente verò hostili exercitu, operam studiumque omne, senex ià in ciuitatis decorè vsurque conuertit. Nec recusauit, quanuis imperator esse consueuisset, publicæ utilitatis gratia, legati officio postea fungi, & plerumque id illi maximè tuit dignitati. Nam solo suæ legationis nomine, Anticrates ab obsidione Assi recessit. Cotis etiam rex est. Seston cum obsideret, abiuit. Mausolus quoque

Piræum occupauit

*Corin. Pa-
phlagonu
rex est.*

vtraque

vtraque
Agesilaus
iam a
exercitum
cicula
nem
tem
Agesilaus
infer
firm
mag
est. In
runq
gesilaus
deder
Phar
cum
rex, P
missi
dis g
dis fa
eius o
multa
quit
psum
mune
ret na
nò oc
sic in
Perfa
adoles
tur,
ma q
cum h
ciem
picat

utraque centum nauibus Ephesum oppugnans, Agesilao persuadente recessit. Octogenarius verò iam ab Ægyptiorum rege aduersus Persam cum exercitus imperio accitus, deinde frustratus, desiccatis à rege militibus, & ob metum in Sidonem Phœnicie ipso rege fugiente, Ægyptiis autem simul duos per seditionem deligētibus reges, Agesilaus amicitiori Græcis adhæsit, atque victor infensum sibi cepit, alterum verò in regno confirmauit, ac Lacedæmonis amicitia deuinxit: & magna ab eo accepta pecunia, domum regressus est. In tanta fide postmodū floruit, vt hostes plerunque in contrahendis inter se rebus, potius Agesilai arbitrio, quàm suorum voluntati considerent. Spitridates, quoniam sine matrimonio Pharnabazus filium eius volebat, ad Agesilaum cum vxore filiaq; confugit. Coris Paphlagonum rex, Persarū regem fugiens, Agesilai fidei se commisit, neque enim beneficia vendidit, aut mercedis gratia fœneratus est. Etiam omnia quæ Agidis fuere, cum à ciuitate sibi dara fuissent, accitis eius cognatis erogauit. Cùm autem Tichraustes multa polliceretur, suo si ex agro decederet, inquit: Imperatori pulchrius est exercitū quàm ipsum se ditare, & ab hostibus potius spolia quàm munera reportare. Sobrius ita fuit, vt vix sumeret naturę sufficiētia. Dicebat imperatorē decere, nō ocio, sed fortitudine delicias superare. Ex quo sic in venereis continens fuit, vt cū reges osculo Persarum more, honorari solerent, à Megabare adolescente formosissimo, cuius amore tenebatur, osculari non sustinuerit. Fortitudinis maxima quoque præbuit argumenta. Nam quoties cum hostibus confligendum fuerat, primus in aciem prodibat, nunquam de fuga meditans. Sapientiam verò multa ab eo gesta declarant. Ha-

*Agesilas
quanta f
des adhe
bita.*

*Imperato
ri magni
officium.
Agesilao
apoph-
thegmata*

stes enim pro tempore praeueniebat, decipiebat, & ludificabatur, celer item & animo pleaus, inimicis terrorem, fiduciam suis roburque ingerens, à nemine vituperatus, ab omni laudatus mortalium genere, & dilectus est. Qui neque à patria, neque ab amicis calumniis unquam affectus est. Et ut paucis perstringam, non labores, non pericula, non sumptus detrectauit, non senectuti pepercit, patriæ dummodo opitularetur. Qui cum rex esset, legibus etiam optemperabat, asserens regium munus esse, ciuitatem sedare, errantes increpare, bonis adesse, calamitosos consolari, egenis subuenire, nullum ciuem inimicum habere, vaiuersosque seruare. Tristabatur si quando cui præter tempus mori contigisset. Et gesto ad Corinthum bello, ægè tulit ex suis octo occubuisse, licet ex hostibus X. milia desiderata fuerint. Dicebat enim: Heu quòd tot mortui sunt, quot ad delendos barbaros uiui satis esse potuissent. Cum etiam à transfugis per prodicionem Corinthum habere potuisset, recusauit, asserens non decere Græcas vrbes in seruitutē capere, sed oportere corrigi. Humanitatis præterea specimen exhibuit, cum non insidiis, sed vrbis consensu sibi regnum vindicauit: hilaris, non elatus, mirificè modestus. Animi eius magnitudo vel maximè patuit, quum Persarum regis hospitalitatē aspernatus est, quia Græcos odisset. Non auri, non argenti vim sibi parabat, ut inania sic animo cogitaret. At eo tantummodo illas consecretabatur, ut sibi nihil deesset. Non elatior propterea fiebat, quòd in Olympiis curuli certamine vicisset, verum supra omnē orbis gloriā ciuium suorum beneuolētiam aestimabat. Deos coluit, iustitiam seruauit, sibi impetravit: nec tam aduersus hostes, quàm contra il-

licita

Boni Regis munus.

Agessilai virtutes.

licit
dis b
pia l
Be
tor
dere
gum
di ex
effin
reliq
ter e
glori
à suo
ri læ
glori
non e
bis.
chron
Magn
rias i
nerati
diore
in bel
ab ini
dis an
gilaba
non se
ris nul
ridem
ætatis
ira per
bris reg

licita militauit. In aduersis hilaritatem, in secundis benignitatem præ se ferebat. Improbos inopia laborare, probos diuitiis abundare gaudebat. Beneficiorum immemores, odibat. Calumniatoribus magis quàm furibus inimicus erat: esse deterius asserens, amicis, quàm rebus priuari. Regum execrabatur errata, quoniam malè viuendi exemplo aliis essent. Sui corporis simulachrum effingi noluit, at animi monumenta omnibus reliquit. Pecuniis non modò iuste, sed liberaliter etiam utebatur. Non tam bene viuentē, quàm gloriosè morientem, fortunam dicebat. Nec nisi à suo opere gloriam quæritabat, Et ab iis laudari lætabatur, qui turpia improbabant. Laudari gloriosius, quàm ditari esse dicens. Fortitudine non temerè utebatur. Sapientia verò, re, non verbis. Amicis benignus, inimicis terribilis, & pulchrorum operum, non corporum laudator erat. Magnanimitatis esse dicebat, remittere, non iniurias inferre. Elatos in contemptu, humiles in ueneratione habebat. Tenui apparatu sese, splendidiore ornatu exercitum honestabat. Acerrimus in bello, in uictoria facillimus. Amicis credulus, ab inimicis difficillimè decipiebatur, in stabilendis amicorum rebus inimicorum delendis inuigilabat. Itaque solus ipse declarauit, corporis uim non senescere, animi verò robur præstantibus uiris nullo tempore deesse. Cuius tamen senectæ uiridem superauit ætatem. Ad longissimum igitur ætatis spacium perueniens, sanctissimè obiit. Et ira per uniuersum orbem terrarum summè celebris regio apparatu in patria sepultus est.

Agefilaus sui imaginē non uult.



Pompeius.

POMPEIUM Strabonis filium populus Romanus ab eius usque pueritia ingenti beneuolentia persecutus est. Non tamen patris gratia, quem oderat Romani propter auaritiam, sed propter aspectum popularem, & uitae modestiam, ac linguae dexteritatem, necnon amabiles reliquos mores. Ita uero Alexandri regis reddebat aspectum ut à nonnullis per iocum Alexander appellaretur. Hinc in quadam eius defensione L. Philippus: Non miremini patres, inquit, cum Philippus sim: si Philalexandros uideor. Eius consuetudinem Flora scortum non uulgate, est consecuta: in his tamen cautè se gessit. Et ut huiusmodi effugeret infamiam, Demetrii liberti sui coniugem incomparabilis uenustatis foeminam, praeter naturam suam non liberaliter se habuit. Sobrietatis uero tantae fuit, ut cum ualerudinarium à medico moneretur, turdum utsumeret, appetitus ac uendi gratia, qui nusquam hoc temporis nisi apud Lucillum inueniretur, noluit: sed praesenti postulato cibo, Si igitur, inquit, Lucillus non esset, ego non uiuerem? Postea sub patre militans aduersus Cinnam, uix L. Terentij insidias effugit. Qui quanquam eius contubernalis erat, à Cinna tamen precio corruptus, necem illi parabat. Defuncto subinde patre, peculatus accusatus, multis adiuantibus, tandem ab Antistio praetore qui filiam ei in uxore sponderat, liberatus est. Ducta paulò post Antistia: ad Cinnam profectus est. Sed mox sal-

*Pompeium
Alexander
appellatus.
Flora Pō
peium ada-
mauit.
Aegro
Pompeio
medicorum
insuetur-
dus per-
quiritur.*

fo accusatus, inde se clam abripuit. Cùmque à
 Cinna interfectus fuisse diceretur veteri odio in-
 citati milites, Cinnam trucidarunt. Huic Carbo
 longè crudelior successit. Et eùm interim in Pi-
 ceno Pompeius agros possidens, vitam ageret,
 seruata, quam illi pater reliquerat cum ciuitati-
 bus, amicis, commoto Piceno copias sibi com-
 parauit. & annūmagens tertium præter viceffi-
 mum, cùm se ipse prætorem in Auximo ciuitate
 fecisset, medio foro confedit: atque eiecta ciui-
 tate Carboniana factione, habitoque delectu, cæ-
 teras ciuitates parti sibi studio deuinxit. Tum tri-
 bus comparatis legionibus, continuò ad Syllam
 proficiscens, per Italiam omnium animos in Car-
 bonem sollicitabat. Insurgentibus igitur aduer-
 sus eum Carinna Celio, Brutoque tripartitis co-
 piis, nec quicquam exterritus, contra Brutum co-
 pias egit, in quo conflictu præfectum Gallorum
 hasta transfodit, reliquis in fugam versis, & du-
 cibis seditione dissipatis, ciuitates ad eum de-
 fecere. Cùm interim Pompeium, Scipio consul esset
 aggressurus, sentirétq; milites suos ad hostem defi-
 cere, fugam arripuit. Moxque Pompeius Carbo-
 nem aduersus se exercitū concitātem, in angusta
 adegit, atque omnes in deditiōnem compulit.
 His Sylla auditis in Pompeij auxilium festina-
 uit. Eius igitur aduentum cùm intelligeret Pom-
 peius, militari apparatu acies componens, hono-
 rificentissimè, vt imperatori, obuiam progressus
 est. Quem ubi Sylla aspexit, cùm ob robustissimū
 exercitum, tū ob res strenuè gestas, equo desiliens, *Sylla p̄o.*
 imperatorem salutauit. Et quanuis præter multa *peratore*
 beneuolentiæ signa aduenienti assurgeret etiam *salutari.*
 Sylla, capite audato, tamen nihil ob hæc super-
 buit Pompeius. Cùmque in Italia victor Sylla, di-
 scaturam obtineret, magno præsidio Pompeium

*Cinna
 crucida-
 tur.*

sibi futurum existimauit, si cum eo affinitatem iunxisset. Quare Pompeij amicis transigentibus, Emilia Syllæ priuigna in uxorem ducta, Antistiam repudiavit. Interea nunciatum est, à Perpenna Siciliam occupari, Carbonem classicinstructum, & Domitium ex Africa aduentare. Mox ergo Pompeius grandi cum apparatu in Siciliam missus. Ad eius autem aduentum Perpenna fugiente, vrbes omnes Pompeius perhumaniter in fidem recepit, præter Messanam ciuitatem, in Carbonis tamen necem immitius consulens, à se damnatum occidi fecit. Cæteros Syllæ inimicos palàm comprehensos, supplicii affecit: alios, quibus licuit latere, reliquit, nonnullos abire passus est. Cum hæc agerentur à senatu Syllæque, per literas Pompeio iniunctum est, in Africam contra Domitium vt traiceret. Qui relicto Mummio cognato suo, Siciliæ præfecto, cum nauibus C. viginti longis, & octoginta onerariis, soluit in Africam. Et cum exercitus pars Carthaginiem, pars Vticam applicuisset, ex hostibus septem millia ad eum defecere. Quæ cum audiuisset Domitius, compositis aciebus festinauit in Pompeium: sed imbre ventoque prohibitus, ad stationem rediit. Pompeius autem citato agmine, quanuis hyme procellaque sæuiente, tumultuantes hostes inuasit, ac cæde non parua superauit. Sic ex millibus hostium viginti, tria vix millia euaserunt, omnibus tum quidem Pompeium imperatorem appellantis. Domitius ipse interemptus, rexque Hiarbas captus. Numidiam inde discurrens Pompeius, domuit quicquid habuit obuium. Annum autem tum agens quartum & vigesimum quadragesima dierum spacio hanc victoriam reportauit. Arbitrèque inter reges factus, multa composuit. Nec prius Vticam rediit, quam à Syllæ

*Domitium
victum à
Pompeio.*

la literas acciperet. Italiam ut dimisso exercitu
 regrederetur. quo exercitu tanta dilectione ve-
 nerationeque tenebatur, ut discessum eius audire
 noller, viri tamen precibus & persuasione tan-
 dem vix acquieuit. Cum igitur ad Syllam redi-
 ret, in congressu post dexteram iunctas, ab eo
 magnus appellatus est, quod in posterum cogno-
 men maximè percreebuit, & ob consuetudinem
 inuidia quoque caruit. Paulò post Pompeius cõ-
 sul in Hispaniam missus, adepta victoria trium-
 phum petiit. Cui Sylla inuidens, rogationem im-
 pedidit. At cum Pompeius minimè terreretur, O-
 riantem (inquit) solem plures quàm occidentem
 adorare, senectutem Syllæ perstringens. Ita per-
 missus quatuor elephantibus currum ad portam
 vsque trahentibus. postea equis totidem eorum
 loco suffectis, honorificentissimum triumphum
 egit. Ab eo tempore Sylla quidem tristari cæpe-
 rat, inspiciens, quò gloriæ Pompeius peruenisset.
 Nec latuit id odium: Sed sciuit abundè Pom-
 peius, quòd Syllam infestum haberet, mortuo ta-
 men illi & multis obstantibus ne in campo Mar-
 tino tumularetur, iusta tamen ei honorificè per-
 solui curauit. Mox in tyrannidem Syllæ Lepidus
 succedere voluit. Aduersus quem Pompeius dux
 electus, è citeriore Gallia eum pepulit, cætera
 facillimè subigens. Obseditque Brutum Mutinam:
 qui paulò post non sine Pompeij nota, trucidatus
 est. Ex hoc enim Brutus ille qui in Casarem
 conspirauit cum Cassio ortus est. Lepidus autem
 in Sardiniam confugiens, morbo interiit. Inua-
 dit Hispaniam tunc hostis valde timendus Sertorius
 missus è Pompeius, præter præclara
 multa, Perpernam & Herennium duces Serto-
 rianos, non procul à Valentia fudit. Et caesis vl-
 tra decem hostium millibus, in Sertorium con-

*Pompeius
 à Sylla
 magnus
 appellatus.*

*Sylla in-
 uidia e-
 stuans
 Pompeio
 aduersa-
 tur.*

uersus est, cum quo iuxta Sucronem fluium con-
 gressu facto, alter alterius cornu fudit. Postero
 die innouata pugna æquo Marte dirēpta est: se-
 piusque pari discrimine certauere, donec Pom-
 peij iunctis cum Metello copiis, Sertorius abire
 cogeretur. Ad eò tamen repentinis excursionibus
 ipsis comœatum corruptit, ut regionem popula-
 retur, tandem ea Hispaniæ parte amissa, quam
 acquisiuerant, excedere coacti sunt. Interea Ser-
 torius à domesticis casus est. E quibus Perpen-
 nam rebus maximè florentem dispositis insidiis,
 Pompeius profligauit occiditque. Sedatis deinde
 apud Iberos bellis, in Italiam exercitum seruili
 bello fluctuante reduxit. Contra quod Lucollus
 eum dux factus esset XII. millibus ac trecentis
 casis, victoriam consecutus est. Quinque autem
 millia, quæ euaserant: Pompeij gloriæ fortuna
 referuauit. De Hispania itaque ac Sertorio se-
 cundò triumphauit. Tum consul iterum factus
 cum Crasso, nihil in magistratu dignum egit,
 propter contentiones perpetuas. Creuit interim
 piratica vis, & omnibus maximè metuenda, &
 ad naues usque mille numero. Oppressæ etiam
 vrbes quadringentæ: Clarium, Didymæum, Sa-
 mothracium templa vastata, & in Hermione
 Telluris phanum, in Epidauro Æsculapij, in
 Isthmo & Tenaro ac Calabria Neptuni, in Actio
 & Leucade Apollinis, in Samo Argis & Lu-
 cania Iunonis direptum. Hinc in summo dis-
 crimine tota ora maritima Sextilius & Belinus
 prætores capti, Antonij triumphalis viri filia,
 rapta, in dies nefas hoc serpebat in peius, non
 commercia tuta erant, non maria, omnia in-
 uia, omnia metu plena. Ad istam expedi-
 tionem Pompeius tanta plebis acclamatione,
 tantòque tumultu delectus imperator est, ut
 super-

*Sertorium
 à domesti-
 cis casu
 cadit.*

*Pompeius
 inspiratus
 Imperator.*

super
 medi
 gent
 milli
 partu
 eos c
 Latro
 bycu
 diebu
 tem
 conc
 nore
 scrip
 tamu
 vltra
 in Ca
 Cora
 que,
 tion
 mens
 ad vr
 vrbes
 tribu
 rico
 niam
 chide
 copiis
 grane
 ctis, &
 gredi
 millit
 Mith
 circut
 tem i
 misso
 super

superuolans coruus, vocum repercussione in
 mediam turbam cecidisse feratur. Cum quin-
 gentis igitur nauibus, & peditum C. & XX.
 millibus, equorum millibus quinque, maria
 partitus, & venatoris instar piratas ambiens,
 eos omnes dissipauit, fugauitque, eorumque
 latrocinia deleuit. Tyrrhenum mare, ac Li-
 bycum, Sarduam, Cynzum, atque Siculum,
 diebus quadraginta expurgauit. Athenas au-
 tem delatus, peractis sacris, & populo pro
 concione salutato, abiit. In cuius quidem ho-
 norem ad ciuitatis portam versus ij duo in-
 scripti fuere. Te miramur, te videmus, comi-
 tamur, colimus. In interiori parte. Quantum
 ultra viros cernis, tantam deus ipse es. Tum
 in Ciliciam vsque piratas persecutus, eos apud
 Coracesium pugna profligauit. Vrbes insulas-
 que, quas in ditione sua tenebant, in dedi-
 tionem accepit, & non maiore quam trium
 mensium spacio hoc bellum confecit. Itaque
 ad urbem reuersus, deposito exercitu, vicinas
 vrbes per otium inuasit. Interea Manlij plebis
 tribuni rogatione obtinuit, ultra quæ in Pira-
 tico bello fortitus fuerat, Phrygiam, Lycæo-
 niam, Galatiam, Cappadociam, Ciliciam, Col-
 chidem superiorem Armeniam, ac loca cum
 copiis cum quibus Lucullus Mithridatem ac Ti-
 granem iam fermè debellauerat. His autem pera-
 ctis, & Lucullo è prouincia (quanuis inuito) di-
 grediente, Pompeius cum peditum triginta
 millibus, & duobus equitum millibus contra
 Mithridatem contendit. Quem muro primam
 circumsepsit, mox euadentem vsque ad Euphra-
 tem insecutus est. Deinde intempesta nocte com-
 misso prælio, eum deuicit fugauitque. Ille verò
 superatis Euphratis fontibus, per Colchidem ef-

*Atheni-
 si porta
 inscripti
 duo ver-
 su ad
 Pomp. glo-
 riam.*

*Tigranes
ante Pom-
peij pedes
coronam
deponit.*

*Amazo-
nes.*

*Pompeius
in Syriâ.*

fugit. Pompeius hinc per Armeniam discurrens, in Tigranem profectus est. Is à Lucullo in extremum fermè deiectus, confusus Pompeij clementiæ, eum adit, ac deposita ante eius pedes corona, ad genuaque præcidens sese dedit. Firmata itaque præsidio Armenia, per Caucasii montis aspera Mithridatem persequens, deuiçtis Iberis Albanisque, & ad nouem millia cæsis, atque millia decem captis, in Colchos properauit. Mox Cydno flumine superato, aduersus Cosim regis fratrem castra mouens, commisso certamine eum stricto interemit ense. Ex quo ad sexaginta peditum millia deleuit, ac equitum duo, & decem millia leuiter armata, proque armis ferarum pellibus utentia. Inter horum arma quoniam reperitæ peltæ cothurnique sunt, Amazones illi pugne interfuisse creduntur. Subinde cum per Hircaniam ad Caspium mare exercitum duceret, à pestiferis animalibus retroactus, per minorem Armeniam iter habuit. Et Elymeorum ac Medorum regibus sibi conciliatis, Parthum in Gordianam incurrentem, ac Tigranis populos infestantem, per Afranium ad Arbēlica vique fugatum insecutus est. Nulli tamen in iis præliis ex Mithridatis pellicibus, quas cepit, se immiscuit: verum patribus ac cognatis eas omnes reddidit illibatas. Cupido præterea ingens Pompeium incessit Syriæ occupandæ, ac per Arabiam rubri maris attingendi, vt Oceanum trophæis vndique suis illustraret. Primus igitur Romanorum per Lybiam ad exterius vsque mare progressus, ad Atlanticum etiam Pelagus Romanorum fines protendit. Albanos verò ad Hircanum fermè sinum insequens, perinde ac orbem ambitu circumiturus, exercitum duxit. Et vt Mithridatem fame potius, quam persecutione comprehenderet, negotiatoribus interdi-

inter
deind
gressu
man
bolo
uitate
rasqu
fecto
nitati
autem
tram
cepit
tione
quæc
Quæ
nuo c
ptisq
regia
uer a
bus,
phan
abiit,
lestiã
defor
peius,
ius er
nã du
omni
asper
iuge
uolis
prim
milit
exerc
buit,
ne pe

interdixit, ne Bosphorum ingrederentur. Arabiâ
 deinde iuxta Amanum subacta, in Syriam pro-
 gressus est. Quam veluti regibus carentem, Ro-
 manorum prouinciam fecit. Capto tum Aristo-
 bolo rege Iudæam subegit. Aliquas præterea ci-
 uitates condidit, multas libertate donauit, plæ-
 rasque inter se dissidentes composuit. Tum pro-
 fecit Pompeij nomen, tum virtutis, tum huma-
 nitatis fama percrebuit, si vnquam aliàs. Cum
 autem ita Mithridatem persequeretur, & ad Pe-
 tram vsque Arabiæ castra duxisset, per literas ac-
 cepit, Mithridatem propter filij Pharnacis sedi-
 tionem, mortem sibi consciuisse. Pharnacemque
 quæcunque pater possederat, esse consecutum.
 Quæ cum audiisset Pompeius ex Arabia conti-
 nuò castra mouens ad Amisum peruenit, rece-
 ptisque à Pharnace splendidis muneribus, multa
 regia corpora assumpsit. Mithridatis verò cada-
 uer ad Synopem deferri iussit. Et compositis re-
 bus, ad Mytilenem profectus est: quam Theo-
 phanis gratia libertate donauit. Isthinc Rhodum
 abiit, mox lætus in Italiam. Verùm fortuna mo-
 lestiâ viro aspersit, Mutia vxore domum infamia
 deformante. Huic ergo cum repudiû dedisset Põ-
 peius, ad urbem propius accessit, sed nihil tum e-
 ius erat reditus gratus: nam quod exercitum v-
 nâ duceret, tyrannidem ciues verebantur. Quorû
 omnium Crassus, vt in Pompeium inuidiam ex-
 asperaret, sublatis liberis pecuniisque cum con-
 iuge ab vrbe secessit. Pompeius autem vt male-
 uolis hanc criminandi ansam auferret, quam-
 primùm Italiam artigit, laudatis pro concione
 militibus, ad triumphumque futurum inuitatis,
 exercitum per ciuitates municipiisque distri-
 buit, & omnium animos contraria ab opinio-
 ne per hoc distraxit. Romam itaque aduectus,

*Iudæa
subacta à
Pompeio.*

*Mutia re-
pudiata.*

*Pompeij
triumphus.*

paulò pòst, multis licet prætermisissis, de Ponto, Armenia, Cappadocia, Paphlagonia, Media, Colchide, Iberia, Albania, Syria, Cilicia, Mesopotamia, Phœnicia, Palestina, Arabia, atque piratis triumphauit. Notabantur castella mille, ciuitates fermè noningentæ, octingentæ piratica naues, & trophæa complura: postquam primùm ex Africa, secundum ex Europa triumphum egisset. Sic igitur nunc ex Asia triumphans, de vniuerso orbis ambitu triumphasse visus est; quod nemini profectò vsquam contigit. Erat tunc quidem annorum quadraginta. Sequens autem inuidiam illi, cladésque attulit innumeris. Nam eo cum Lucullo, mox cum Catone, deinceps cum Crasso dissidente, Cæsar militia functus resp. se ingressit, & stantibus iis odiis maximam sibi beneuolentiam interim potentiamque comparauit. Ut autem etiam iter facilius ad consulatum sibi strueret, Pompeium ac Crassum conciliauit, quorum sanè suffragio consul cum Bibulo designatus est. Nec mora, Pompeio Iuliam filiam in uxorem dedit. Ipse Calpurniam duxit, legemque de diuidendis agris promulgauit, ac vtranque Galliam cum Illiricis in provinciam, & legiones quatuor obtinuit. Interea Clodius omnium audacissimus in Pompeium conuiciari cœpit. Quia repub. foròque derelicto, coniugis amore in hortis agrisque leniter teneretur, & impudicitia laboraret. Quod cum ægrè ferret Pompeius, ægrius autem adhuc quòd senatum ex hac contumelia latari videret, in forum, quando Clodius magistratum gessit, non amplius descendit. Sed domi se continens, de Ciceronis reditu procurauit. Tandem in forum productò semel cum magna manu Ciceronis fratre, quibusdam trucidatis

*Clodius
omnium
audacissi-
mus.*

*Ciceronis
ab exilio
reditus.*

cidati
exilio
natiui
mentis
destin
Africa
uit fru
terim
quàm
comp.
Alpib
gens v
eo pro
exple
sulatu
missur
terum
les cr
latum
que fr
bis tri
& in P
est &
bus, l
trum a
indul
cum i
psum
que d
iam p
marit
iterum
igitur
subino
moto,
dò Ca

cidatis, Clodium superauit, Ciceronemque ab exilio reuocauit: cuius yri opera Pompeius senatui statim reconciliatus est. Paulò post rei frumentariæ dux creatus, amicos ad diuersa loca destinauit, atque in Siciliam & Sardiniam, in Africamque ipse nauigans, urbem tanta impleuit frumenti copia, vt maiore non posset. Interim Cæsar non minus re Gallica bene gesta, quàm largitione, beneuolentia ciuium sibi comparata factus elatior, ac potens, superatis Alpibus Lucam ad hyberna se contulit. Cui ingens virorum matronarumque numerus obuiam eo prodiit. Cæsar autem omnes vbi spe donisque expleisset, cum Pompeio Crassoque pepigit, si cõsulatum petere vellent, se milites ad suffragia missurum, vt exercitum saltem & Gallias in alterum iustrum illi decernerent. Itaque consules creati, dominationem potius quàm consularum gesserunt: Marcellino, Domitio, Catonèque frustra renitentibus. Tamen Trebonij plebis tribuni rogatione, Cæsari Gallia, Crasso Syria & in Parthos expeditio, Pompeio Africa decreta est & Iberia. Cæteris ad prouincias proficiscentibus, Pompeius vxoris amore implicitus, theatrum construxit, spectaculisque & ocio interea indulfit. Illam enim deperibat, vt illa eum. Hinc cum in comitialibus ludis saucij quidam ad ipsum venientes, tactu vestem cruentasset, illèque domum eam misisset permutandam, vxor iam prægnans cõspecto cruore, veluti casus esset maritus, collapsa abortum fecit. Grauida autem iterum facta, pariendi dolore interiit. Extincta igitur affinitate, discordia incepit. Renunciata subinde Crassi clade, quasi ciuilibus belli obice remoto, quisque diuersum ab altero sentiens, modò Cæsaris, modò Pompeij partibus adhæsir. Cæ-

*Pompeium
vxoris a-
more de-
tenuit, o-
cio indul-
get.*

Consularē ad genūa proci dētem Pō peius cū fastu pra terit.

ferum quo magis in dies Cæsaris nomen in vrbe florebat, hoc magis etiam in horas Pompeio de Cæsare suspicio oriebatur. Ex quo Bibuli sententia, & Catonis comprobatione, solus consul Pompeius in tanta rerum perturbatione factus est. Acceptaque in uxorem Cornelia Scipionis Metelli filia socero non sine infamia profuit, qui tum damnari videbatur. Cum item Placum apud iudices laudasset, seruare tamen non potuit. Hypseum præterea virum consularem ad eius genūa proci dētem, cum fastu præterit, sicque iniquior visus, probri lacrobatur. Cæteris verò rebus ordine compositis, in aliud quadriennium Senatus decreto prouincias obtinuit. Quæ omnia cum ægrè ferrent Cæsaris amici, vt eius etiam ratio haberetur, secundo consulatu dignum esse dicebant. Cui muneri cum fauere se simularet Pompeius, Catoni obfistēti facilè acquieuit. Breui postea tempore, cum apud Neapolim Pompeius languens cōualuisset, tot tantaq; per omnē Italiam lætitiæ signa fuere, vt omnia loca victimis, libaminibus, choræis, spectaculisq; repleterentur. Momenta profectò non parua inuidiæ. His igitur rebus elatior factus, Cæsaris res verbis deformare, suas in alto ponere cœpit, atque ad pedis strepitum vbiq; sibi scaturituras copias dicere. Cæsaris verò fama semper illustrior fiebat: qui multis ex primoribus largitione sibi placatis, consulatui studiosus inhiabat. Fauebant ei Curio, M. Antonius, & Paulus cons. Sed cū Marcellus prædonem Cæsarem appellaret, hostēmque iudicaret, ni arma deponeret, Curio tribunus pl. à Pompeio exercitum etiam repetendum censebat, ne dum alter deponeretur, alter interim in tyrannidem cresceret, maior autē populi pars Curioni adhærebat: vt victor igitur Curio exultabat.

Magna lætitiæ signa quod Pompeius cōualuēbat.

Admirāda Pompeij iactātia de copiis habēdit.

tabat.
Cæsar
ra,
com
defen
stola
bus of
rum se
plebis
factus
liation
cū leg
sulatu
Pompe
tone e
bicon
tūsq;e
ad Po
lites e
Pomp
vrbis
modò
peius a
dilucu
multit
lò pot
teris b
no pec
Accept
est. Qu
securus
Italia
Scipio
sus. Se
perrex
magna

tabat. At Marcellus consul cum superasset iam
 Cæsar Alpes terribilis legionum decem armatu-
 ra, mutatis vestibus veluti in publico luctu,
 comitante ignatu Pompeium adiit, patriamque
 defendere & militum delectum habere iussit. Epi-
 stola tamen à Cæsare tum simul allata sunt. Qui-
 bus ostendebat, de prouincia sine armis excessu-
 rum se, si modò Pompeius exercitum dimitteret, ac
 plebis iudicium vnà subiret. Lætulus interim consul
 factus, in Cæsare inuehebatur. Cicero autem concili-
 ationi inuigilabat, idem idem cõsulens ut Cæsar
 cum legionibus duntaxat duabus in Illyrico con-
 sulatum expectare permetteretur. Sed indignante
 Pompeio contradicente Lentulo, clamante Ca-
 tone eum falli, nihil effecit. Interea Cæsar ad Ru-
 biconem vsque venit: quo audito, metus tumul-
 tusque maximus omnes inuasit. Hic Phaonius
 ad Pompeium, Pulsa nunc (inquit) terram, mi-
 lites euocaturus, ut promiseras, modestè tamen
 Pompeius hanc petulantiam tulit. In tanta igitur
 vrbis & Italiae perturbatione dubius quisque,
 modò fugam, modò reditum sibi proposuit, Põ-
 peius autem territus, mœstus, anxiusque, circiter
 dilueculum consulibus comitantibus ac ciuium
 multitudine magna, urbem reliquit, quam pau-
 lò post Cæsar admotis castris, apprehendit. Cæ-
 teris benignè exceptis, Metello soli plebs tribu-
 no pecuniam ex ærario deneganti, asperior fuit.
 Accepta deinde pecunia, Pompeium insequutus
 est. Qui in munitissima etiam vrbe Brundisio nõ
 securus, cum consulibus, & cætera multitudine
 Italia relicta, Dyrrhachium traiecerat. Socer
 Scipio in Syriam ad classem construendam mis-
 sus. Sed Cæsar in Hispaniam itinere reuocato
 perrexit. Per quod tempus terra marisque vires
 magnæ Pompeio conuenerunt, quingentæ vi-

*Cæsar ad
 Rubico-
 nem.*

*Cæsar vr-
 bem in-
 gressus.*

*Eorū nu-
meru qui
ad iuen-
das Pōp.
parte i
conuente-
rant.*

delicet naues ad pugnam expedite, speculatoris
Lyburnicæque in ampliori numero, militum
delectorum millia septem, peditum verò nu-
merus maximus. Confluxere itidem reges, &
nationum principes: ex Italia verò primarij viri
tot, quot senatus numero fermè competebant.
Cæsar interea superatis in Hispania Pompeij
copiis, Italiam deinceps discurrens. Brundu-
sium ropetiit. Cumque Pompeij amicitiam fru-
stra tentasset, & loca omnia maritima portuo-
sæque Pompeius occupasset, vti ad eum solum
commeatus adueheretur, Cæsar inopia rerum

*Cæsaris
ad Pōpeij
militibus
iudiciū.*

ad pugnam coactus semel profligatus est. Adeò
quòd etiam Cæsar dixerit, victoriam illo die pe-
nes hostem fuisse si rectè vincentem habuif-
set. Coactus posthac rursus aliò castra moue-
re, per Athamanos Thessaliam petiit, Pom-
peianis acclamantibus Cæsarem fugere. Eum
multis habitis consiliis Pompeius tandem in-
sequi statuit, animi quidem certus non pugna-
re, verùm per obsidionem virum contere. Ru-
mor autem emanarat, debellato Cæsare Pom-
peium statim priuatè victurum. Quod aliorum
opinionem cum non facturus esset, fortasse segnitè
hostem insequi videbatur. Ob hoc igitur mul-
tis eum criminantibus, compulsus est pudore
optimam rei totius gerendæ rationem omittere,
& affectibus illorum obsequi, qui de Cæsaris
pontificatu iam contendebant: tanquam contra
Tygranem conflicturi, & non aduersus eum, qui
ciuitates mille expugnarat, regiones trecentas
subegerat, qui decies cetera hostium millia per-
sequenda ceciderat. Tanta autem confidentia
pugnam efflagitarunt, vt cum in Pharsalicum
deicendissent campum, coacto senatu, Labienus
iureiurando primis affirmauerit, non priùs à pug-
nant

gna
tisse
peiu
rem
lan
anin
anin
dilu
Cæf
Cæf
luce
tage
ocul
furo
los f
vt h
pug
ne i
extir
disti
rò d
Sub
dem
à Cæ
petu
Vbi
dem
tue
Cæf
iustū
terga
petu
attor
ad ca
tur, m
tibus

gna discessurum se, quam in fugam hostes ver-
 tisset. Hoc idem cæteri receperunt. Interim Pom- *Pompeij*
 peium sopor paululum inuasit: viditq. per quietem *somnium.*
 plaudente populo Veneri victrici se immo-
 lantem. Mox cum è somno expergiscret, vt
 animaduertens ex Veneris stirpe Cæsarem dici,
 animo sollicitus erat. Vltima item in vigilia sub
 diluculum, flamma quædam emicans visa est è
 Cæsaris castris, ad Pompeij castra euolasse. Quod *Hostes*
 Cæsar etiam ipse vidisse se retulit. Deinde prima *altius per*
 luce cõpositis vtrinque aciebus, Cæsar hoc stra- *cuiendi:*
 tagemate suos instruxit vt altiùs hostes ferirent,
 oculos facièmque ferro peterent: non perman-
 suros, inquiens, iuuenes, simulatque sibi in oculo-
 rum ferrum adigi conspicerent. Pompeius autem
 vt hostium vidit acies, tum ordine, tum silentio
 pugnam expectare, suosque tumultuantes ferri,
 ne in ipso certaminis initio sui dissoluerentur,
 extimuit. Pro tempore tamen monuit, vt soli-
 dissimè in congressu hostes exciperent. Cæsar ve-
 rò duobus tantum & x x. millibus imperabat.
 Sub Pompeio sanè multo plures quam bis xoti- *Militum*
 dem militabant. Signis igitur ab vtrisque datis, *Cæsaris*
 à Cæsare prior C. Crastinus procurrat, atque im- *ac Pom-*
 petu magno cum aliis decem hostes adortus est. *peij nu-*
 Vbi multos cædendo vulnerandoque strauit: tam- *mersu.*
 dem cupidis ictu transfossus occubuit. Quo mor-
 tuo, æquo Marte pugnatum est. Verùm postquam
 Cæsariani hostium ora cupidibus ferirent, vt
 iussu erat, territi Pompeiani oculorum periculo
 terga dederunt, maximè cum decimæ legionis im-
 petus accederet. Pompeius igitur fugicibus suis, *Pompeius*
 attonitus & suspirans, nemineque compellato, *victus.*
 ad castra abiit. Cùmque ferro omnia vastaren-
 tur, mutata veste cladi congrua, paucis comiran-
 tibus Larissam contendit. Inde fluuiali cymba de-

uectus ad onerariam nauem, Mytilenem transit. Corneliam ut susceperet, & infantem filiū. Multaque ibi simul sunt conquesti: demum accepta vxore, cum amicis Attaleam Pamphiliæ ciuitatē ingressus est. Multis autem illuc ad eum è senatoriis viris militibusque confluentibus, multaque consultantibus, decreuit Ægyptum petere: sicque è Cypro nauigauit. Cūque cognouisset Ptolemæum apud Pelusium aduersus sororem bellum gerere, præmissis ad eum nuncio, eò deuectos, ancorisque affixis, responsum expectauit.

Exiiale Pompeio Theodati consilium Ptolemæus habito cum Photino, Theodato, Achillaque consiliariis sermone, Theodati consilium laudauit, salubrius futurum, si Pompeium potius occideret, quam reciperet, quia Cæsar per hoc conciliari posset. Achillæ igitur demandata est tanti facinoris cura. Is Septimium quendam militum iam olim sub Pompeio tribunum, & Saluium quondam centurionem, socios secum assumpsit. Ingressusque scapham, ad Pompeium nauigauit: mox Septimium latinè Pompeium imperatorem salutauit. Achilles verò græcè. Et cum scapham eum ascendere monuissent, vidit Pompeius littus omne armis regisque nauibus completum esse: tum illachrymans, vxorem complexus est, ac cum Philippo liberto in scapham receptus. Sed cū deueheretur ad littus, Septimius à tergo incautum percussit. Saluius item, Achillæque gladios nudauerunt: ita corpus capite truncatum eiecerunt ad littus. Id in suam tunicam Philippus inuoluit: cū cremare vellet, accersit

Pompeius incautus occiditur ac eius caput Cæsari offertur. senex quidam, qui à primis annis cum Pompeio militiam egerat, officiumque extremum hoc adiuuit. Sexagenarius verò iam Pompeius isto modo periit. Cuius quidem caput, cū Cæsari presentaretur, lachrymans oculos auertisse dicitur.

Reliquis

Reliquiæ autem ad Corneliam delatæ in Albano conditæ sunt.

COMPARATIO

Agefilai & Pompeij.



*P*erissima ratione Pompeius ad potentiam & gloriam contendit, sua ipsius industria, Agefilai iu violasse videtur in occupando regno, dum Leorhychidâ spurium esse arguit, & de Claudio rege eludit oraculum. Deinde Pompeius Syllam & viuum mortuumque semper voluit. Agefilaius Lyfandrium leui occasione arrepta proiecit, ac summus affecit contumeliis. Quæ in Reipub. administratione peccauit Pompeius, effinitate impulsus, peccauit: Agefilaius Sphodriam morti adrudicantem, vt filio gratificaretur, eripuit, Phœbidaque fœdistrago opuscularius est. Omnino autem quæ Pompeius reuerentia aliorum aut ignoratione damna Romanis dedisse culpatur, ea Lacedæmonis ob iracundiam & peruisoaciam iniunxit. Agefilaius, Bœoticum bellum incendendo. Romanis Pompeiana clades insperata fuit: Agefilaius autem Spartano: præscientes & præmoniti nō passus est sibi à regno claudocauere. Contra, quod de desertoribus post Leueticam eladem consilium excogitauit. Agefilaius, vno die leges silere iubens, nullum tale in Republica commencium Pompeij extar: quinimo hic ne à se quidem ipso positus legibus standum putauit, dum amicis suâ potentiam demonstraveret. Aiqui Agefilaius in ea necessitate constitutus, vt pro salute ciuium leges dissoluenda sibi videretur, rationem excogitauit eam, vt neque nocerent ciuibus leges, neque abrogarētur. Ciuili quoque virtuti factum, Agefilai illud, quod imitando æquatum à nemine est, appono: quod accepta Scythala statim res Asiaticas omisit. Non enim id quod Pompeius fecit, sic

modo rebus patria profuit, quibus sibi ipsi magnam po-
 tentiam pararet: sed patria commodum spectans, tan-
 tam potentiam dimisit atque gloriam, quantum neque
 priorum, neque posteriorum, Alexandro excepto, quis-
 quam habuit. Porro numero trophaeorum Pompey ne
 ipsum quidem Xenophontem puto victorias Agesilai
 conferre ausurum fuisse. Clementia item erga hostes
 Romanis Græco præstitit. Etenim Agesilæus Thebas
 euertere & Messena habitatores eiicere cupiens, prope
 eò rem deduxit, ut Spartam amitteret: imperium qui-
 dem amisit. Pompeius & piræis penitentibus vrbes
 dedit, & Tigranem cum in triumpho ducere posset socium
 fecit: vnius diei splendore sempiternam gloriam præfe-
 rent. Caterum si boni ducis nomē maximus & summus
 momentum habentibus factis consiliisque belli tribuitur,
 permulto prior Romano Sparianus habendus est.
 Primum hic hostibus septuaginta milium milia addu-
 centibus, paucis ipse instructus, usque ad Leuctram nu-
 per victus, urbem tamen non destituit: ille cum Casar
 exercitum trium milium ac trecentorum ducens, vna
 Italia urbē occupasset, Roma præ metu cecidit, reliqua
 ciuicem familias defensore nudas relinquens: cum aut
 pugnando pro patria vincendum, aut à victore condi-
 tiones accipiendæ fuissent. Nunc qui Casari tempus im-
 perij prorogari, aut consulatum decerni rem iniquam
 putauerat, eidem occasionem dedit ut occupata urbe
 Metello diceret, & ipsum & ceteros omnes captiuos
 suos esse. Deinde quod præcipuum præclari ducis est of-
 ficiū, ut qua parte præualet, ea hostem ad prælium
 committendum cogat, qua infirmior, ea caueat ne confi-
 gere cogatur, id Agesilæus obseruando inuictus perman-
 sit. At Casar quibus rebus Pompeium præstare intelli-
 gebat, ab eis ne detrimentum acciperet, curauit: qua
 verò parte pedestribus nimirum copiis superabat Pom-
 peium, ea congregari eum cogit, & summam rerū amitte-
 re: ab eoque prælio statim pecunia, commeatu, marique
 peritum

poritum est, qua omnia Pompeius, si viciasset pugnam, retinisset. In Aegyptum necessitate urgente confugit Pompeius: Agesilauus autem neque honeste neque necessario profectus eo est, operamque suam Barbaris locauit, qua Gracos oppugnare posset. Ad haec quod nos Pompeii causa Aegyptus, ad Aegyptum, Agesilao crimine obiciunt. Nam ille fidei eorum se committens iniuste perijt, hic ab iis quibus opitulatum venerat, quique se ei crediderant, defecit ad hostes eorum.



Alexander.



ALEXANDRUM regē ab Hercule paternum genus, maternum vero ab Aëaco traxisse ferunt: ab altero enim Philippus pater, Olympias mater ab altero originem habuit. Hæc prima coniugij nocte in somniis videre visa est, fulmē sibi in vterum illabi, & mox incendium emicare, in flammāsque diffundi. Philippo etiam per quietem visum est, coniugis alio insignem bullam, cum leonis imagine affixam adherere. Per hæc mulierem gravidam esse dixerunt vates, quoniam rebus vacuis bulla affigi non solet: infantem verò parituram, qui leonis animum naturamque habiturus sit. Caterum cum paulò post Philippus apud eam draconem per ianuarum rimulam noctu vidisset accubantem, ab amore charitatēque remisit, magicas artes, siue cuiuspiam numinis contubernium cum illa reformidans. Olympias tamen Alexandro conceptum aperuit, vt dignos genitore sumeret a-

nimos. Subinde dictitans, cœlaret rem, nec eam
 Iunoni faceret inuisam. Idibus autem Sextil. A-
 lexandrum enixa est. Qui statura licet egregius
Alexan- fuerit, tamen ad laeuam ceruicem paulum de-
dri os ac clinabat, & candor quidam rubore perfusus fa-
eius mem ciem honestabat. Tantus autem, tum ex ore, tum
bra sua- è membris odor exibat, vt eius interiores tunicæ
nius à mirabilem quandam spirarent fragrantiam.
partu re- Quæ cum ex feruentis corporis temperie fortas-
dolentia. sis emanarat, sic scilicet ab ipso innato calore
 bibax, & iracundus extitit. Adolescentulus ad-
 huc Alexander, & præter ætatem à voluptatibus
 continens, magnam animi generositatem prætu-
 lit. Quem cum æquales percontarentur, nonquid
 Olympicum stadium libenter decertaret: Liben-
 ter, inquit, si cum regibus esset contendendum.
 Mirabili pedum pernitate excelluit. Grande et-
 iam cogitauit semper aliquid, & illustre, vt sibi
 gloriam compararet. Itaque Persarum regis le-
 gati, adolescentis generositatem magnopere mi-
 rati sunt: cum ab eis humile nihil aut puerile
 interrogaret, sed regionum situs, & itinerum
 difficultates, regis & Persarum potentiam. Vide-
 batur sanè patris victoriis succensere, quòd æqua-
 les affatus diceret: Quid mihi à patre restabit, si
 præclara facinora ille iam cuncta peregit? Per ea
 fortè tempora Philippus Bucephalum tribus &
 decem talentis emerat equum ferocissimum, re-
 bellem, indomitum, fessorisque impatientē. Hoc
 igitur neminem admittente, Alexander iis iratus,
 qui timore aut imperitia equum cicurare nequi-
 bant, obtulit illum se domiturum. Cui pater: Si
 secus feceris, pro iactantia, qua vis affici (inquit)
 pœna? Tum ille, Precium ipsum equi soluam, re-
 spondit. Ad hæc subridens Philippus argento
 modum dedit, Mox equum corripiens Alexan-
 der,

Mira A-
lexandri
indoles.

Bucepha-
lus equus

der, & quanuis afflantem, arenâque pedibus qua-
 tientē, tamen reiecto pallio, iubis simul manibus
 attrectatis, equum insiliit. Inde dimissis habenis,
 acriusque vociferans, belluam calcibus in cur-
 sum egit. Deinde attractis habenis, equum
 facillimè retorsit. Sublato omnium clamore,
 pater præ lætitiâ collachrymans, descendentem
 exosculatus est, addens: Macedonia te iam non
 capit: aliud, fili, te dignum ut regnum quæras,
 oportet. Animaduertens postea Philippus Ale-
 xandri ingenium, comitate potius quàm minis
 ad virtutem accommodari posse, eum Aristoteli
 dedit philosophiæ præceptis erudiendum. In
 quibus & in medicina sic profecit, aliquando ut
 ægrotantibus amicis opem tulerit. Iliadem ab
 eodem Aristotele perdidit: militare viaticum
 illam appellens, atque vnâ cum pugione sub pul-
 uino semper reponens. Dum autem sextum &
 decimum annum ageret, patre in Byzantios
 bellum gerente, Macedonia regnum ipse rexit.
 Et cum Megarenses ab eo deficerent eos prælio
 victos subegit, eorûmque urbem expulsis barba-
 ris, Alexandropolin nominari voluit. Primus i-
 tem contra sacram Thebanorum cohortem pro-
 rupit. Quapropter Macedones eum regem, Phi-
 lippum verò imperatorem appellarunt. Nec mul-
 to post obruncato Philippo, Alexander viginti
 natus annos imperium accepit. Mox cum bar-
 bari descuiissent, nonnulli istos clementia & co-
 mitate placandos arbitrabantur. Tum Alexan-
 der, non humanitate quidem, sed vi, inquit, & a-
 nimi magnitudine regnum tueri nos oportet,
 ne si quid ab excelso animo deflexisse videamur,
 aliis contemptui simus: proinde coactis copiis
 barbarorum motus compescuit, Tribalorum
 regem fugauit, Thebanos etiam fudit, vr-

*Alexan-
dri præce-
ptor Ari-
stoteles.
Alexander
in re
medica
versatus.*

*Alexan-
dri stre-
nuæ gesta.*

bem diripuit : ac solo penè æquavit. E ciuibus
 autem ad triginta millia venundedit, reliqui vl-
 tra millia sex occubuerunt. Audientes interim
 Græci Persas breui aduenturos, Alexandrū ducē
 elegerunt. Qui simulac in Isthmo conficit, Dio-
 geniē adiit, eūque ad solem se apricantem of-
 fendit. Tum homine familiariter salutato petiit,
 num re quapiam opus haberet ? At ille solum
 hoc respondit, vt ab sole parumper recederet. A-
 lexander viri constantiam admiratus discedens
 inquit, Ni Alexander essem, Diogenes esse vellē.
 Oraculum deinceps pro expeditione sciscitaturus,
 Delphos se contulit. Erat tum dies nefastus,
 quo fari vaticibus non licebat. Alexander nihilo-
 minus ad templū properans, vatem secū per vim
 fermē trahere cœpit. Tum vates: Fili, inquit, inui-
 ctus profectò es. His ille lætus verbis, nullo mihi
 opus est, ait ampliùs vaticinio. Et ad castra re-
 uersus, vbi exercitus erat triginta peditum mil-
 lium, equorum quinque, non antea nauem con-
 scendit, quàm opes omnes suas, & villas & agros
 inter amicos distribuisset. Hic Perdix dicenti:
 Quid tibi rex reliquum erit? Spes sola, respondit.
 Post Hellepontum traiciens, ad Ilium transit.
 Inde & Achillis tumulum profectus, statuam ei-
 us coronis honestauit. O te fœlicem, inquit,
 cū viuo tam fidus comes, mortuo tam illustri-
 bus præco contigit. Interim Darij Persarum regis du-
 cibus magna manu Granicum transmittersse festi-
 nantibus, Alexander ad eiusdem fluminis ripas,
 illis obuiam se dedit: ac vorticibus superatis, non
 priùs suos in aciem disposuit, quàm cum barbaris
 manus conseruisset. Incrudescēte vtrinque
 bello, Rhœfæces & Spithridates Darij duces, ille
 hasta, iste bipenni in Alexandrum cursu contē-
 derunt. Erat Alexander tum pelra, tum cassidis
 iuba

*Alexan-
 dri ma-
 gnanimi-
 tas.*

*Pugna
 ad Grani-
 cum.*

iab
 ma
 Rh
 ter
 A
 str
 à C
 lex
 qui
 qui
 qu
 pra
 liis
 na
 adu
 si e
 etis
 Ind
 gia
 reg
 celi
 ne
 ta
 xan
 flui
 hoc
 rich
 Ph
 dit
 epi
 cau
 esse
 que
 Sed
 ter
 dus

iuba spectabilis, cui quaqua versum candidissi-
 mæ insurgent pennæ. Alteram ergo declinans,
 Rhœfacem hasta percussit, ense correpto in al-
 terum properavit. Nec moratus Spithridates,
 Alexandri cassidem bipenni ad crines usque per-
 strinxit. Sed dum in alteram plagam se libraret,
 à Clyto hasta confossus est. Victor ita ducem A-
 lexander, reliquos hostes in fugam vertit. In qua
 quidem pugna ad viginti barbarorum millia, e-
 quitum duo cecidere. Alexander verò non ultra
 quatuor & triginta milites desideravit. Hac ade-
 pta victoria, Sardis urbem munitissimam cum aliis
 etiam oppidis expugnauit. Miletum Halicarna-
 ssumque subegit. Post cum de rerum summa
 aduersus Darium regem decernere decreuisset,
 si configendi facultas daretur, omnibus suba-
 ctis finitimis Phœniciam Ciliciamque recepit.
 Inde in Pamphyliam excurrens, Pysidas & Phry-
 giam domuit. Capto demum Gordio, ubi Midæ
 regia quondam fuerat, Paphlagonem Cappado-
 cesque superavit. Darius autem rex magnitudi-
 ne copiarum superbus, coegerat enim ad sexcen-
 ta hominum millia, Susis castra mouit. At Ale-
 xander, qui propter summum æstum in Cydno,
 flumine gelidissimo, se lauarat, & in subitam per
 hoc agrotationem incidit, interim de vita pe-
 riclitatus est. Itaque cum cæteri valde timerent,
 Philippus Acarnanus salutem breui tempore re-
 dituram esse promisit: & quanuis à Parmenione
 epistola venisset, monens ut ab insidiis Philippi
 caueret, qui magnis nominibus Dario obuinctus
 esset, tamen portionem intrepidè exhausit, simul-
 que literas Philippo tradidit. Ille per anxius legit.
 Sed Alexander esse bono animo virum iussit. In-
 terim dum potio in intima laberetur, moribun-
 dus rex aliquandiu iacuit. Cæterum tanta fuit

*Barbarorum
 clades.*

Darij copia.

*Darijela
des.*

medicinæ vis, vt statim pristinâ valetudinem recuperarit. Adueniente deinceps Dario, Alexâder eminentiorem nactus locum, acies instruxit, atque post ingentem cædem barbaros in fugam vertit: caesa decem millia, capta multò plura, Alexander ipse vulneratus. Castris autem direptis, tentorium, pecuniam, auream suppellectiliem, currum, arcum Darij, omnia auro lita Alexander adeptus est. Quinimo Darij mater, eius vxor, duæque virgines filia cum cæteris captæ sunt. Quas eùm lachrymantes euulantesque contempseret, sortem istam miseratus, & Darium viuere, & ipsas nihil esse mali passuras dixit. Et sic, quod dignum regali laude fuerat, nihil indignum aut turpe passæ sunt. Sed velut in sacris ædibus virginumque cubilibus, nullis prospectæ oculis vixerunt. Alexander autem ab iisdem, à cæterisque se continuit, vt per iocum diceret, dolores oculorum esse Persicas puellas. Cibi etiam fuit temperantissimus. Neque ad vinum præceps, vt creditum est. Nam confabulando ad vnumquemque calicem, tempus saepe longius protrahabat. Dispartita verò barbarorum præda, ad occupandum maris imperium se conuertit. Et subasta Cypro, cunctam Phœniciam sibi subiecit, Tyro excepta. Quam quidem aggeribus, machinis, ducentisque triremibus per menses VII. obsedit, tandem post varia certamina vi expugnauit. Cùm autem Ægyptum omnem subegisset, ad Hammonem proficisci statuit. Iter sanè

*Iocosum
Alexan-
dri dictū*

*Ad Hæ-
monem*

*Al. profi-
ciscitur.*

*Alexan-
der Iouis
natus sa-
lutatus.*

tum longum, tum aquarum inopia & arenarum copia formidandum hoc: verum diis iuuantibus superata solitudine, tamen eò loci sine molestia peruenit. Templum igitur intrans, antistitem salutauit: quo respondente, Et tu Iouisnate sis saluus, tanta voluptate id accepit, vt in posterum

pos
Da
run
po
mi
ita
hu
cõ
ad
ex
tra
Da
in r
cen
imp
ad
hor
riã
sce
del
fa
vrg
em
dec
sub
fri
rum
no
effa
luit.
pen
Sub
ropt
supp
Finc
res f

posterum insolentior semper fuerit. Post hæc Darij regis legati ad eum cum mandatis venerunt, decem millia talentorum, totamque Mesopotamiam, ac filia matrimonium offerentes, & amicum Darium, sociumque si bello desisteret. His ita respondit, ut Dario renunciarent, omnem eum humanitatem percepturum à Græcis, si ad illos se cõsulisset. Quod ni faceret, scire debere, eos ipsos ad illum volentem nolentem breui venturos. Mox ex Ægypto in Phœniciam descendens, omni intra Euphratem regione potitus est, & aduersus Darium secundò castra mouit. Quare constitutis in mutuo iam conspectu castris, Darius rex decies centena militum millia in acie composuerat. Et impulso in Macedones Bactrianorum equitatu, ad pugnam Alexandrum impulit. Qui cum suos hortatus Iouem precaretur, ut auxilium victoriãque præstaret, aquila supra eius verticem descendisse dicitur, ac recto volatu in hostes fuisse delapsa. Quo augurio lætati Macedones impetu facto hostes fregerunt. Alexander cedentes acrius vrgens, Darium inter confertissimas cohortes emicantem aspexit. Is procera erat statura, facie decora, aspectu regali, & circumlito curru auro sublimis insidebat. Huc scilicet Alexander stricto ense contendit. Ad eum autem creuit occisorum circumcirca numerus, ut Darij currus exitum non haberet. Itaque Darius relicto vehiculo effortam equam insiliens, saluti suæ fuga consuluit. Huius victoriæ dignitas Persarum imperium penitus euertit, & Asiæ regem fecit Alexandrum. Subacta deinde Babylonia, & Susis, vrbe regia dirupta, eam auri argentique copiam præciosæque suppellectilis vim acquisiuit ut inexplicabile sit. Fines etiam Persidis ingrediens, non minores sanè thesauros adeptus est. Nam mu-

*Darij ex
exercitus.*

*Darij for
ma deseri
bitur.*

*Thais
scortum.*

*Alexan-
der muni-
ficius.*

lorum dena millia, camelorum quina fuerunt. Tum inhybernis ibi menses quatuor commoratus est. Et cum sub aureo laqueari regalis aulae conuiuium celebraret, dixisse fertur. Tum laborum suorum fructum se esse consecutum: quando intra superbissimi Xerxis Palatium tam magnifice conuiuaretur. Aderat isthic & Thais quaedam Atheniensis, scortum venustissimum, quae regem blanditijs attentans: O me Graecarum inquit, omnium fortunatissimam, si Xerxis regiam, qui meas olim concremavit Athenas, in tanta hac hilaritate ipsa succedere auderem. Moxque subridente rege, domum succendit meretrix. Rex quoque vino blandimentisque dementatus, cum caeteri incendium adiuerent; tam insignem regiam conuerti in cineres permisit. Erat Alexander natura munificus. Et quandam dignitatem seruabat in largiendo: quam infinitis profecto beneficentiae suae testimonijs illustrauit: aegrius quidem recusantes, quam petentes ferens. Erat insuper laboris patientissimus, & cum semel uenationi daret operam, leonem eximia magnitudinis strauit. Regiam itidem in capitalibus iudicijs institutum obseruabat: nam accusatore orante, alteram sibi occludebat aurem, utreo omnis expers calumniae ea remaneret. Sub idem tempus Darium tertio iam exercitum reparasse cognouit. Tum Alexander itineribus maximis per loca aspera, & aquis carentia exercitum ducens, vna & decem diebus tria millia & ducenta stadia emensus est. Sic confecto siti ferè vniuerso exercitu, miles quidam gregarius Alexandro galeam aquae plenam attulit. Is cunctos circumspectans aestu sitique anhelantes, illibatam reddidit: indignum existimans, caeteris languentibus se solum recreari. Cuius continentiam milites admi-

ad
dun
rem
D
qua
don
gen
nim
reru
der,
& su
add
cen
Hir
adia
thi
fici
nes
ferre
ad
potu
ex e
ret.
regi
barb
mon
prof
Cum
perg
fima
mox
cum
temp
thric
cet st
vuln

admirati, omnem proferre laborem decreuere
 dummodo diu sequerentur tantum imperato-
 rem. Collatis itaque post aliquot dies castris *Alexan-*
 Darij exercitus, Macedones non prius aspexit, *dri conti-*
 quam terga daret. Fusis hoc modo Persis, Mace-
 dones, qui fugientes insequerentur, Darium re-
 gentem multis confossum vulneribus, ferèque exa-
 nimem, & vix pauca dicentem, in vehiculo repe-
 rerunt. Cum autem fortè eò venisset, & Alexan-
 der, tam indignam viri mortem acerbè acerbè tulit,
 & superiniecta cadaueri eius chlamyde, regisq;ue
 additis insignibus, ad matrem illud honorifi-
 centissimè deferendum curauit. Deuicto Dario
 Hircaniam cunctasque ciuitates Caspio mari
 adiacentes, in potestatem redegit. Post in Par-
 thiam descendens, medium quendam inter Per-
 sicum Medumque habitum induit, ut Macedo-
 nes assuefaceret, quò patientius ipsam adorari
 ferrent. Cum Scythis subinde bellum gerens, eos
 ad centum studia profligauit. Nusquam enim
 potuit reprimi, licet aliquando vulnus accepisset,
 ex eo quòd primus semper periculis se obiecta-
 ret. Tandem verò Roxanes Darij filia venustatè
 regioq;ue mores conspicatus, ut per hoc sibi
 barbaros perpetuò conciliaret, eam sibi matrimo-
 nio iunxit: quam tanta etiam veneratione
 prosecutus est, ut non nisi solenniter attingeret.
 Cum autem ad reliquam subigendam Asiam
 pergeret, Philotam Parmenionis filium, amplis-
 sima dignitatis virum, ob suspicionem primò,
 mox detrahentium calumniis obrutum, vnà
 cum patre necari fecit. Ebrius item post aliquod *Cliti*
 tempus, Clitum summi animi virum, qui eum à Spi-
 thridarum bipenni liberauerat, telo transfodit: li-
 cet statim pœnitentia ductus, correptum ex Cliti
 vulnere telum in se conuertere conaretur: fuit

Alexan-
dri conti-
nentia.
Darij
mors.

Cliti
mors.

autem ab astantium vi retentus. Deinceps in Indiam castra mouit. Ibi conspicuus exercitum prædæ magnitudine tardum, ne ob id milites fierent inertiores, impedimenta cuncta succendit. Itaque ceu inexorabilis castigatō, suis terrore iam tum esse cœpit. Cùm quoddam oppidum in altera parte fluminis occuparet clypeo incubuit, & flumen traiecit. Sed non paruam profectō ei inussit maculam, quòd barbaros quos per inducias securos fecerat, ad vnum cunctos trucidauerit, Porum post Indiæ regem debellauit, cepitque: à quo cùm quæsiuisset, si ipsum suæ potestati subiecisset quid facturum fuisset: & Porus respondisset, pro vtriusque regalis fastigij dignitate se fuisse facturum: quia id barbarum nihil oluit, Alexander in regnum eum multis adiun-

Pori Regis proceritas.

Bucephalus occumbit.

ctis vrbibus restituit. Erat Porus proceritatis cupidiorum quatuor & palmi vnus longè potentissimus. Multas deinde nationes præliis consumpsit Alexander, oppidorum quinque millia vicos innumerabiles. His autem in præliis Bucephalus occubuit: cuius morte ita doluit Alexander, vt urbem eo nomine condiderit. Rursus à canis cuiusdam nomine, quo multum delectatus erat, urbem exadificauit. Milites interim iam diuturnæ militiæ tædio affecti, cùm intelligerent eundem penetrare ad intima Indiæ destinasse, & militiam & Gangem transire recusarunt. Quare vota sua Alexander videns finem opratum haud posse fortiri, mœstus intra tentorium se continuit: nullamque eos gestarum rerum gratiam reportaturos comminatus est, si non Gangē transissent. Verùm tandem precibus & lachrymis militum victus, cœpto ab itinere destitit. Cæterùm Oceanum visere gestiens, coactis carinis per flumina eò deuenit. Vbi multis vrbibus subactis

apud

apud
datu
prin
vi l
& z
turè
dien
tis p
uert
cear
tor
catu
pera
circ
stri
litat
& v
vix
mun
hon
omn
com
illec
ea N
Arab
leas
re o
plur
hau
das
gata
gibu
dere
Ipse
xit v
fune

apud Mallos Indorum pugnacissimos ferè trucidatus est. Nam quum intra urbem de muro, quem primus ascenderat, desilisset, tanta barbarorum vi laboravit, ut nisi sagitta grauius vulnerato & ictu mallei in ceruice percusso, Macedones mature succurrissent, mox ibi summum profectò diem in ista temeritate obiisset. Attamen à mortis periculo liberatus, vrbes & loca plurima euertit. Septem consumptis sic mensibus, ad Oceanum vltimò cum exercitu peruenit. Tum littora contemplatus, sacrisque peractis, deos precatus est, vt expeditionis suæ terminos nemo superare posset in posterum. Subinde Nearchum circa Indiam cum classe manere iussit: ipse terrestri itinere ad Oritas contendit. Sed hocorù sterilitate, æstu, morbis sic afflictus est, vt ex centum & viginti peditum millibus, equitum quindecim, vix illi pars quarta superfuerit. Post sexagesimum inde diem Gedrosiam attigit. Vbi à regibus honorificentissimè exceptus, incommodorum omnium memoriam obliterauit: vt pote qui comotationibus, epulis, cantibus, mulierum illecebris die noctuque vacarit. Redeunte postea Nearchò, statim per Euphratem nauigauit: Arabiamque, & Libyam emensus, ad Herculeas vsque columnas per mediterraneum mare cursum instituit. Verùm quòd exercitus plurimum succenseret, viarum molestiis exhaustus, remisso ad maritimas oras custodiendas Nearchò, ipse in Persiam rediit. Et erogata mulieribus omnibus pecunia (nam regibus id moris erat, quoties Persiam ingrederentur) Susis sociorum coniugia celebrauit. Ipse etiam Statyram alteram Darij filiam duxit vxorem. Epulo deinde sociis magnificentissimè dato, conuiuiarum ad nouem millia ha-

*Alexan-
dri apud
Mallos
periculis.*

*Alexan-
dri in
suo muni-
ficentia.*

buit, quorum vnumquenque aurea donauit
phiala. Cumque totum sese Alexander Persis cre-
didisset, satellites ex eis & apparitores, corporis-
que sui custodes constituisset, Macedones dolore
permoti, illum precibus adierunt, petentes ne
tanquam micos & inutiles eos abiceret: se enim
ingratos fateri, veniamque orare. Tandem Alexan-
der eorum lachrymas habitumque miseratus, mul-
tos muneribus maximis cohonestatos missione
donauit. Ceteros pro dignitate complexus est.

*Ephesio-
nis mors.*

Cum autem ad Ecbatana Mediae profectus, ludis spe-
ctaculisque indulgeret, Ephesionem amisit. Cu-
ius desiderium tanto dolore & luctu tenuit, vt
nulla re leuari posset. Ad mitigandam igitur ani-
mi solitudinem in praelium, seu ad hominum ve-
nationem descendit. Et sic Coelæorum vniuersam
gentem, seu faciens Ephesioni inferias, deleuit.
His peractis rebus, ne Babyloniam peteret, à qui-
busdam Chaldaeis monitus est. Ipse autem nihilo-
minus eò profectus est, vbi iterum ab aruspibus
multis modis turbatus, non solum suos omnes,
sed etiam lares penatesque suspectos habuit: ad
extremum recreandi corporis gratia, cum in bal-
neo fortè paululum recubisset, astuare, cœpit a-
critter. In cubiculum ergo relatus, post paucos
dies inualecente scilicet febre, inter principes

*Alexan-
dri mors.*

de imperio constituit: & in diem suum obiit. An-
tequam verò corpus conderetur, per loca calida
diu iacuit. Sed cum integrum maneret, incorru-
ptumque, per hoc omnis veneni suspicio penitus
evanuisse videri potest.

Caesar.



Cæsar.

CÆSARIS vitam conscripturus, corporis primùm habitudinem ostendere debet. Erat itaque Cæsar statura excelsa, colore candido, corpore macilento, oculis nigris vegetisque: Capitis autem dolore crebro distorbatur. Comitiali etiam morbo bis tære corruptus, calicem agrè ferens, medicina capillum prouocauit. In expeditionibus & in itineribus, celeritate incredibili utebatur. Quippe ab vrbe semel, ad Rhodanum, octauo die peruenisse dicitur. Nec minore etiam ingenij celeritate præstitit, elegantissima quadam ciuili eloquentiæ præstantia florens: quin in perorandis causis, cum maximam in plebe beneuolentiam, tum secundum sibi in vrbe locum quæsiuit. In Anticipationibus certè suis, & militaris hominis facundiam, & præclari oratoris grauitatem repræsentauit. Gallici verò belli commentarios tanta elegantia conscripsit, vt huius ampliandæ materię studium sumere sibi nemo sit ausus in posterum. Primus vxorem demortuam laudatione profecutus est. Marij quoque vxorem, amicam suam, luculenta pro rostris oratione honestauit. Quo tempore Marij etiam statuas, nusquam à Syllæ dominatu conspectas, tanquam ex inferis produxit in publicum. Consueuerat itidem aliquando, exercitationis gratia obequitans, duobus vel pluribus librariis epistolas dictitando suppeditare. Tanta denique munificentiâ om-

Cæsar calicem ferens

Eloquentia.

Comment. Gallici belli conscripsit.

Munificentiâ.

tribus gratificari solitus est, vt pro ipsius gloria milites non fatigem, non labores, non mortē reculerent. Quid enim? Nonne in ciuili bello multi gratuitam illi militiam obtulerunt? nonne capti à Pōpeianis quidā, prius mori, quā contra eū arma mouere voluerunt? nonne radicibus vesci potius, quā ab eo desciscerēt? Quid Scruā cērurionē referamus? quid Acciū, nauali apud Massiliā pugna?

Præclarū Quare cum tā charus esset plurimis, facile maximā sibi in republica potentiā construxit. Dicere *Cæsaris* solitus erat, se vel tum imprimis ditescere, cum *dictum.* bene merētes aliquo munere prosequeretur. Non ergo incommodi sui gratia diuitias cumulauit, verum vt fortibus aliquando viris vsui esse posset. Semel cum Mediolani apud hospitem cenaret, & vnguentum ille pro oleo asparagis instillasset, eaque Cæsar comendasset, abis indignantibus, ne hominem pudore afficeret, humanissimē conticuit. Pronū tamen in libidines fuisse constat: & plurimas nobilissimas fœminas corrupisse. vt Posthumiā, Lolliam, Terulliam, Cn. Pompeij Mutiam, Seruliam Marci Bruti matrē, & alias complures reginas duas, Euricem Bogudis Maurorum regis vxorem, Cleopatrāque Aegyptiam. Sed à Sylla rerum potiro, non potuit adduci, vt Corneliam Cinnae dictatoris filiam repudiaret. Itaque tum primū Sylla Cæsarem odisse cœpit, quem etiam vxoris dote mulctauit, sacerdotium petentem repulit. Mos exitio veri inuigilans, cum ab amicis interPELLARETUR: Amētes, inquit, estis, si multos in Cæsare Marios non videtis. Cauendum est à puero malè succincto. Nec multò post Cæsar dum noctu domicilia fugiens permutaret, à Syllanis inquisitoribus tandem correptus, duobus se talentis redemit. In Bithiniam verò hūc elapsus ad Nicomedem non

*Cæsar pæ
vum con-
vinens.*

sine pudicitia nota cum eo moratus est. Inde discedens, apud Pharmacusam insulam in piratas incidit. Quos idem aliquando per dies illos, antequam pecunia afferretur, subridens se cruci suffixurum comminatus est. Et re quidem prestitit. Nam quinquaginta redemptus talentis Miletum abiit, classeque parata, praedones eosdem, ibidem adhuc per oceanum residentes, pro maiori parte captos ita necauit. Mortuo interim Sylla, ab amicis in patriam accitus, Rhodum ad rethorem Apollonium nauigauit, sub quo ita inclaruit, ut cui cedere deberet Cicero, se videre negauerit. Deinde Romam reuersus, in beriam quaestor creatus est. Quod munus praclare gessit. Reuersus autem in patriam, defuncta iam Cornelia, Pompeiam duxit uxorem: eam tamen intra breue tempus a Clodio corruptam suspicatus, qui nocte semel in muliebri veste, dum Bonae deae sacra celebrarentur, ad ipsam peruenire tentarat, repudiavit. Aedilis posthac, ut plebem magna sibi beneuolenti deuinciret in gladiatorum spectaculis, conuiuiorumque numeribus, tanta magnificentia & sumptus profusione usus est, ut superiorum omnium magnificentiam obliterasse videretur. dispersas quoque Marij sttuas, tum auro micantes, in Capitolio noctu erexit. Quae res magnos in vulgo statim sermones excitauit: ad spectandum omnium traxit vniuersos. Et quanquam Catulus vir auctoritate insignis, acerbè diceret, eum non per cuniculos, sed aperte reip. aggredi: tamen ita Caesar obiecta diluit, ut eum longè maiore cultu & admiratione iam tum quam antea populus prosequeretur. Quare elatior factus, Catuli, Isauricique competitorum in publicis petitione potetiam non formidauit, quinimo matris eius ab incepto deterrenti, inquit: Vel pontificem me hodie mates.

*Pompeium
repudiat.*

*Cæsaris
prætura.*

vel videbis exulē. Sicque pecuniarum profusione pontifex declaratus, & senatus & potētibus terro-
ri fuit, plebem enim suo nutu agere videbatur. Prætor deinde creatus, cum in coniuratione Ca-
tilinæ Cicero cōsul in vnumquemq; extremo sup-
plicio aninaduertendū decerneret, Cæsar luculē-
tissimè differens, municipatim eos diuidendos cu-
litadiēdōsq; publicatis quidē bonis censuit, quo-
ad esset Catilina debellatus. Et ea sane fuit elo-
quētia variis, vt cæteros in sententiā omnes tra-
xisset, nisi contrarium acerba Catonis oratio per-
suasisset. Ex prætura Hispaniam sortitus, à credi-
tōribus multum interpellatus est. Quippe ante-
quam munus aliquod gereret, mille & trecento-
rum talentorum æs alienum sibi constarat. Ve-
rū Crasso sponfore permotus, in prouinciam
contendit. Quā paucis interiectis diebus Calæcis
Lusitanisque superatis, ad Oceanum vsque perdo-
muit. Et dum depicta Alexandri gesta contem-
plaretur, suspirans desiderium suam detestatus est,
quod in ea qua erat ætate vniuersum ferè terra-
rum orbem Alexander subegisset, ipse verò nil
adhuc memoria dignum egisset. Pacata per hunc
modum à bellis prouincia, longè factus opulenti-
or, & militibus præda simul ditatis, imperator
salutatus est, ac urbem petit, triumphum deni-
que consecuturus. Sed instante comiciōrum con-
sularium tempore, dimisso triumpho, consul vni-
cum Bibulo designatus est. Pompeium igitur

*Cæsar cō-
sul desi-
gnatus.*

mox Crasso reconciliauit, vt ad legem agrariam
promulgādam largitionesque impartiundas eos
factores haberet. At cum Bibulus repugnaret,
armis foro expulsus est. Et vt maiore nomine
Pompeium sibi deuinciret, filiam Iuliam ei sociā
uit. Seruilio Scipione cui fuerat desponsata, re-
iecto: ipsēque Calphurniam Pisonis filiam duxit
vxo-rem.

vxorem. Quare Pompeius in promulgandis legibus referto armis foro, ei socius fuit, Caesarique transalpinam Galliam adiecto Illyrico administrandam adiudicauit. Ei rei Catonem obnoxius repugnantem, Caesari in Carcerem iussit. Finito autem consulatu, Caesari in provinciam contendit cum exercitu, per quinquennium imperaturus. Caeterum prorogato sibi in aliud quinquennium imperio, IX. annis acerrimè militans, Galliam vniuersam à Pyrenæo salu Alpibusque, adusque Gebeannam & Rhenum Rhodanumque r. r. subegit, stipēdia in singulos annos imposuit. Germanos trans Rhenum ponte extructo claudibus affecit. Britannis obsides pecuniamque imperauit. In Gallia quidem octingenta sex oppida, trecentos populos perdomuit. Atlanticum primus Oceanum ingressus est. Et quamuis per varios casus & rerum discrimina semper terenderit, quem tamen ad Alexiam oppidum laborem pertulerit, non præter eundem puto. Nam cum superatis Heduis Aruernisque, multi cum Vercingetorige duce in Alexiam confugissent, Caesari eam obsidione circumsepfit. Deinde certior factus, CCC. armatorum millia in Alexianorum præsidium maturare, binis celeri diligentia, & à ciuitate, & versus aduenientes hostes extructis muris se munuit. Erant in oppido ad C. & LXX. bellatorum millia. Relicto igitur prius promurorum defensione præsidio, hostes post ingentem cædem fudit, profligauit, & maiori pro parte deleuit. Ex quo talem sibi peperit fortitudinis gloriam, qualem antea habuerat nunquam, oppidum deinde per deditonem vnà cum Vercingetorige consequutus est. Parata sic Gallia, Caesari præmissis amicis, qui verbis ipsius consulatum peterent, cum paucis ad Rubiconem peruenit.

*Gallia
Ro. imperio adiecta.*

*Hedui
Aruerni
que à Caesare superati.*

ut si Tribunis pro eo intercedentibus, à Senatu
 grauius aliquid constitueretur, præstò suis ad-
 fect. simul autem ac Pompeium audiit omnia in-
 fensò animò cogitare, in petitione consulatus
 obnoxius institit, offerens arma deposurum se,
 si Pompeius idem fecisset: iniquum scilicet esse,
 altero deposito, alteri exercitum confirmari. Tã-
 dem cum Antonius Curioque tribuni plebis, ma-
 gna cum ignominia ex vrbe eiecti, in Galliam ad
 ipsum venissent, vltèrius differendum esse non
 censuit. Ita Rubicone traiecto, vrbe versus iter
 direxit. Roma, vt in huiusmodi procellis fieri cõ-
 suevit, variis studiis sententiisq; cognita re, flu-
 ctuabat. Increbescente autem rumore de Cæsaris
 aduentu, Pompeius præmonito senatu, ciui-
 búsque, si rempublicam saluam esse vellèt, vt eum
 sequerentur, vrbe excessit. Cæsar interea capto
 Corfinio, & adiunctis sibi Domitij copiis poten-
 tior factus, Pompeium insequi statuit. Is autem
 Brundisium primò, deinde Dyrrachium, cum
 consulibus & exercitu traiecit. Cæsar verò Ro-
 mam profectus, sexaginta diebus omnem sube-
 git Italiam: deinde senatores perhumaniter hor-
 tatus est, vt ad Pompeium pro pace componen-
 da, legatos destinarent. Sed obtemperauit nemo.
 Paratis igitur ad bellorũ ministeria necessariis,
 ad Hispanense bellum contra Varronem & A-
 phranium duces castra mouit. Quò vbi peruen-
 tum est, licet laboribus & fame plurimum apud
 Massiliam exercitus laboraret, tamen ab expedi-
 tione non destitit, donec debellatis Pompeianis
 ducibus, ea terra potitus est, & exercitum per
 deditionem accepit. Inde Romam rediit, mox in
 Macedoniam è Brundisio cum copiarum parte
 traiecit. Vbi metatus castra non procul à Pom-
 peio, magna comæcatuum indigentia labora-
 uit,

*Rubicone
 superat
 Cæsar.*

*Cæsar I-
 talia po-
 tuit.*

uit, adeo ut radicibus commixto lacte exercitus
vesceretur, ac ex iis nonnunquam panem conficeret.
Quem Pompeius suis ostendi noluit, ne Caesarianorum
obstinatione deterriti, timidiore fierent. Interim
tamen quotidie tumultuariis pugnis certatum est,
& Caesar semper victor, excepto quodam vno
conflictu, quo exercitum quasi penitus amisit.
Nam dum fugientibus suis suppetias afferre
intenderetur, parum absoit, quin ab hostibus
deprehenderetur. Reuersus autem in castra dixit,
Vicissent hodie profecto Pompeiani si victoriam
ignouissent. Tum speculatus Scipionem Pompeij
mandato in Macedoniam descendere, ut incautum
adoriretur, castra mouit. Hoc itinere Thessalia
ingressus, Gomphos (fertile oppidum) expugnauit.
In quo non solum exercitum refecit, verum & aluit,
tum diu quasi ægrotantem confirmauit. Hinc cum
in Pharsaliam transisset, Pompeius eum mox
insecutus, haud longè ab eo castra locauit.
Erant Pompeiani equites sextuplo plures Caesarianis,
pedites verò tantundem adhuc plures. Attamen
Pompeius eundem potius hostium vires terendas
debilitandasque censebat, quam concertando.
Et propterea prælium detrectauit. Sed tanta
molestia maledictisque exagitatatus est, ut præ
radio tandem ad pugnam consenserit. Caesar
autem nunciantibus speculatoribus hostes in
aciem descendere, lætus exercitum & ipse
duxit: vniuersosque præmonuit, ut non
pectus, non inimicorum latera, sed faciem
oculosque gladiis ac telis impeterent: causam
hanc addens, quod adolescentes, ut ætatis
flore & coma decori, tales plagas formidarent.
Inito itaque prælio, cum Caesariani mandatorum
memores, haud ferirent aliter hostes, tela
illi ante oculos versantia ponitus horrentes,
in fugam se vert-

*Pugna
Pharsalica.
Caesaris
calliditas.*

*Pompeius
prodito-
rio inter-
fectur.*

*Cesar in-
terfecto-
rum Pom-
peij alre-
ru inter-
fecit.*

*Cesar na-
tando ad
suos fuge-
re cogi-
tur.*

*Subira
Cesaris
victoria
tribus ex-
plicata
verbis.*

runt. Cæteri à fugientibus disturbati, non sine strage maxima cesserunt. Pompeius ut suos fugientes aspexit, incæstus in tabernaculum se recepit. Et paludamento deposito. Imperatorisq; insignibus ad Ptolemaum, ut in eius vita scriptum est, contendit, à quo per prodicionem, Achilla & Photino ministris, interfectus est. Cæsar hostium castris potitus, vidensque suos truculentius ferire: alta voce clamavit. Cuius milites parcite. Sic uniuersos à cede retraxit. Cum deinceps Pompeium insequeretur, quotquot ex illius factione habuit obuios, omnes liberalitate & humanitate sibi conciliauit. Paulò post Alexandriam appulit. Hic ei Theodato Pompeij caput afferente, oculos lachrymans auertit. Cleopatram autem reginam cum fratre in gratiam reduxit. Mox admonitus de Achillæ eunuchi Photinique insidiis, Photinum quidem occidit: Achillas verò ad exercitum euasit, & Cæsarem in graue bellum implicauit. Tandem commisso ad Pharam cum rege & Achilla nauali prælio, volens Cæsar suis adesse è continenti per scapham ne in scapha deprehenderetur, coactus est in mare desili- re, & natando suorum naues assequi: ita prælium instaurans, multis cæsis, hostes profligauit. Cleopatram porò rege non comparente, Aegypti reginam constituit, cum qua aliquandiu in contubernio permansit, & consuetudinem habuit. Audiens interim Pharnacem Mithridatis filium Domitium profligasse, Bithyniam Cappadociamque subegisse, Armeniam verò iam inuasurum, magnis itineribus illò cum legionibus tribus profectus est, & collato Marte regem fugauit eius exercitu penè deleto: tanta quidem celeritate, ut cum ad amicos Romam scriberet, hanc tribus victoriam notaret verbis, Veni, vidi, vici. Cum autem

autem Cato, Afranius, & Scipio in Libyam ad regem Iubam exercitum reparaturi profugissent, eò Caesar pauco interiecto tempore traiecit, commissisque aliquando leuibus pugnis, quoniam in partes tres erant diuisi, demum Scipionem in Thapso oppido muniendo intentum, à fronte tergoque adortus in fugam vertit. In Afranium mox conuersus, eum castris exiit, & eandem impetu Iubam. Quare vna die tribus profligatis ducibus, tribus etiam est potius victoriis. Ex Africa Romam rediēs, vno anno quatuor egit triumphos: primum quidem Gallicum, post Alexandrinum, rursus Ponticum, huic proximum Africanum de rege Iuba. Cæterum ut militum & plebis in se studia conuerteret, militibus quidem magna dedit congiaria: plebi verò spectacula ad iucunditatem, ac conuiuia ad volaptatem exhibuit. Quippe die vna duobus & viginti millibus tricliniis epulum præbuit. Iulix etiam eius dudum defunctæ filix gladiatorium naualeque munus celebravit. Aucto subinde cæsu, centum, & quinquaginta hominum millia reperta sunt, cum trecenta antè & viginti fuissent. Ciuilibus bellis tantæ stragis causa attribuitur. Tum quareò consul creatus, aduersus Pompeij filios in Hispaniam abiit. Erat Cæsar ab adolescentia equitandi peritissimus, equumque habuit validissimum, humanis propè pedibus & ungulis in digitorum formam scissis, nec alterius sessoris patientem. Hispaniam igitur ingressus, post magnam fortunæ varietatem, ad extremum Pompeij filios superato exercitu profligauit. De quibus vltimum egit triumphum, non sine vrbis torius dolore, cum non ex regibus barbaris, verum ex nobiliss. ciuib. ageretur. Quia tamen spes erat sub vnius hominis principatu ab intestinis aliquando dis-

*Scipione
Afranium
& Iubā
vna die
Caesar
profligauit.*

*Quare
spectacula
& conuiuia
exhibentur.*

*Caesaris
equus describitur.*

*Triumphus totæ
vrbis molestus.*

Ces. per- sensionibus respirare posse temp. Caesar perpe-
petuus di- tuò dictator creatus est, eiusque nomine Clemē-
tiar & tiz templum positum. Non ei etiam imperato-
patris pa- ris, & patriæ patris cognomen defuit, quinimo
tria ap- inter reges statuam habuit, & suggestum in or-
pollatui. chestra. Ipse verò largitionibus, epulis, in frumē-
 to diuidendo, in magistratibus tribuendis, om-
 nium animos deuincite nitabatur. Cūque ab
 amicis moneretur, vt se praesidio muniret: Mori
 satius est, inquit, semel, quam timore semper
 torqueri. Animaduertens idem pontificum vi-
 rio menses ad anni ambitum esse confusius di-
 stinctos, & ob intarealandi ignorantiam, neque
 ferias neque sacrificia congruis temporibus ac-
 cidere, dimēso solis cursu, & quarto quocunque
 anno vno intercalato die, annum de trecentis &
 sexaginta diebus composuit: Iuliumque à se no-
 minari voluit, qui Quintilis antea dicebatur. O-
 dium autem apud quosdam hoc factò sibi con-
 citauit, quod tanquam regij nominis appeteret,
 Flauium, Maruliumque plebis tribunos digni-
 tate priuauit, qui eius statuz regiū diadema de-
 trahi, & hominem qui coronam imposuerat, in
 carcerē duci iusserunt. Adiecit paulò post inci-
 uilitatis, & arrogantiz iudicium: nam venienti
 senatui, vt honores ei longè humana conditione
 celsiores deferret, sedens in rostris, non assurre-
 xit. Antonio tamen consule, in lupercalibus pro
 rostris eius capiti regium diadema admovente,
 quoniam id paruo populi applausu fuerat rece-
 ptum, repulit, Iouisque Capitolino deferri iussit.
 Qui regiū Cæsari dignitatē astruebant, ex sibi-
 linis portendi libris dicebant, Parthos nō esse
 nisi à Romanorū regibus subigendos, & quoniā ex-
 peditionē Cæsaris in Parthos sibi animo destina-
 rat, Regē scilicet desolandum. Solebat etiā Cæsar
 dicere,

dicere, Si ius violandum est, regnandi gratia violandum est. Propterea ne rex appellaretur, hi quibus nunc dicitur. *Cæsariæ dictum.* iusmodi res cordi fuit, M. & Decium Brutum in Cæsarem acrius instigarunt, eum asserentes Brutos omnes seditiosos homines appellare, cui rei non parvam præstitit fidem, quod Cæsarem non semel dixisse constabat, se non crinicos pingueſq; verum pallentes & macilentos formidare, *Cæsariæ Pallentes* sum Brutumque norantem. spargebantur etiam *& macilentos Cæsariæ* noctu multa ad Bruti tribunal scripta, Brute quid dormis? Brutus non es. Cæsar enim proſar reformidato Pompeio, Brutum Cæsariumque magna *midavit.* benevolentia profecutus, prætores honorifice constituit. Attamen efficere non potuit, quin conspirationis essent principes. Et licet multa prodigiorum portenta proueniret: nihil tantum Cæsari tamen suspicionis indidit, quam Calphurniæ trepidatio, quæ nullis vſpam superstitionibus fidem hætenus habuerat, tunc autem perinde ac futurorum præcia, à curia eum deterebat. Victus igitur illius lachrymis precibusque, senatum dimittere statuerat: verum Bruto superueniente persuasus, à sententia destitit. Hunc hæredem Cæsar secundum instituerat, tantum vſquequaque viro fidei habens. Is ita coniurationis particeps, dedita opera Cæsarem multis *Brutus,* verbis à cura cogitationeque reuocabat, quoad *& Cæsariæ* intrò in curiam veniret. Multi tamen Cæsarem *Cæsari in* volebant de conuratione reddere certior: *ſidiarum.* sed tanta fuit coniuratorum industria, tum loquendo, tum adentes retrudendo, vt nequicquam tunc laborauerint, nec ipse quidem libellor ob id dum iret datos inspicere potuerit. Senatum tunc ingrediens, ill'argentibus patribus honorificentissime susceptus est. Tum Cymbel' quidam, qui partes sibi primas sumplerat,

cum pro exule fratre precari se simularet, propius accessit, vehementiusque urgere cœpit. Cesare verò rem differente, Cymber utraque manu togam illi detraxit è collo clamanti tum, Hæc quidem vis est, Casca primus iuxta iugulum enses adegit. At Cæsar apprehenso gladio, Quid agis (inquit) scelerate Casca? Mox Brutus ei femur transfodit. Quem simul ac aspexit Cæsar, obducta circum caput toga, nihil amplius, nisi, Et tu fili? inquit, ita tribus & viginti saucius plagis inierit. Ortus primò tumultus est, non tamen grauis. Sed ibi per eius testamentum innouit, legata quædam ampla clauibus virgum distribui debere, versus in furorem populus, ad percussio-

*Cæsaris
cades.*

*Rogus in
Cæsari
honorem
extructus*

*Cæsaris
statua
erecta.*

*Ex percussoribus
triennium
nemo praeteriit.*

rum ades cucurrit, vt supplicium parricidij darent. Ex congestis autè in forum cancellis, subsellis, trabibusque, rogi extructus est. In quem tibicines scenici, acciticesque detractas sibi vestes iniecerunt. Hoc idem exarmes veterani milites, hoc legionarij fecerunt. Pluraque itidè matronæ ornamenta filiorumque bullas cum prætextis, in rogi decorem comburendas dedere. Quid multum è tanto luctu vrbanoꝝ, prouincialium, exterorūque funus celebratum est, quanto nullius vnquam alterius. Statua etiam in foro propè viginti pedum ex Numidico lapide posita, cui inscriptum erat, Patri patriæ. Obiit anno ætatis sexto & quinquagesimo, & in deorum numerum relatus: cometa scilicet id significante, per septè continuos dies. Curiam in qua occisus est Cæsar Senatus obstrui iussit. Idus verò Martias, in quibus in futum incidit, parricidiales nominari, nec ea die in posterum senatum amplius cogi. Ex percussoribus sanè triennium vixit nemo, nam horribili quisque fato periit.

COM.

COMPARATIO ALEXANDRI
& Iulij Cæsaris.

Alexander & Cæsar nobili prosapia orti, e-
ruditionis, eloquentis, liberalitatis, mode-
stia, mansuetudinis, fortitudinis bellica lau-
de claruerunt. ab adolescentia uterq; vere
magnus, virtutis futura ambo præclarum præbuere spe-
cimen. duo belli fulmina seu potius miracula, eademq;
fortuna sapientis vti sunt. Quamvis à variis de morte
impenderis scrio admoniti, nihilominus tamen mortu-
relum in pectora sua acuisse traxisseque videntur. Por-
rò in Alexandro gloria mundana cupiditas nobilior, Alexan-
& aliquatenus orationior apparet. Cæsar autem re-
liquos omnibus contemptu seipsum amplectitur, aut si stantia.
quos fovit, is usus est, quibus veluti scali ad Respu-
blica Romana fastigium ascenderet. Quum ad Mace-
donia regnum pervenit. Alexander, ararium publicum
exhaustum, Græcia libertatis cupida se ad bellum civi-
le accingens, artes Regis Persici per Oratores pecunia
corruptos ad defectionem urbium Græcarum rectores
solicitantis, principem adolescentem, quadraginta milium
millibus tantummodo. & commoatu ad triginta dies,
pecuniæq; exigua summa instructum à bello Persis co-
tingit, Orienti inferendo non deterruerunt. Intra Duode-
cim annorum spatium velocissimo quodam ac pene in-
credibili cursu maximam orbis partem vidit & vicit. Cæ-
sar per multos solus regressus sua tendens retia, Crassum
tandem opportunè sponsorem obtrudit immensa illius
pecunia undecunque, & ex privatorum cistis corrasta,
ut Rempublicam suam faceret. Dein execrandum cum
Pompeio pactum fœdusque ferens Gallias malis arti-
bus aggressus est, quas dum pessundat Romam elancu-
lum, & velut à tergo adortum argenteis lancem trans-
fixit. In Alexandro virtutem fere omnium Chorus ap-

paret: adeo ut Plutarchus eum tanquam numerum omni-
 bus absolutam perfecti Principis effigiem, cum Xeno-
 phontem Cyri proposuisse iudicetur. Et patria, id est
 charissima patrie, turpem vim inferret Caesar nihil
 pratermisit, crudelique voto tandem potitus est. Ale-
 xander sola virtute impulsu gente: multas sub felicis
 imperij sui iugo transmiserit. Huius arma Graecia ciui-
 tibus lachrymas minime excusserunt. Caesaris vero gla-
 diis incendii famincoque ululatu rotam repleuit. Ita-
 liam. Suorum auxilio Barbaros Alexander ad vita
 ciuiliu iter deduxit: Caesar amicum partim in fugam,
 partim in exilium aut sepulchrum versi, in Romanum
 orbem innumerarum arumnarum confusionumque se-
 mina proiecisse videtur. Magnus ille. Et re vera ma-
 gnus est Alexander, si castos eius mores, si Persicarum
 heroicarum pudorem intactu. si impuri Philoxeni nun-
 tium explosum respicu: magnus proculdubio, bellu hand
 cauponans, a Dario Graecorum hoste condiciones pacis
 oblatas magno animo respueni, non cunctabundus hostiu
 occisi sortem despens, ac Besti proditori aquisimus in-
 dex, regique necis vindex senerissimus, offensarum
 priuatarum inimicior, ut pote qui benefaciendo uale
 audire regium esse existimaret, amicorum, domestico-
 rum, familiarium, militumque suorum comoda pro-
 curaret perpetua cura inuigilans, Ebrietati tum sicca-
 rum madida, faceor, aliquoties indulsit: at tamen ad
 Clementiam et temperantiam illum fuisse propensum
 ex historiis constat: hac qua Alexandri delicta, si ad
 Caesaris intemperiem referuntur, exigua apparebunt.
 Porro tanti regis excessus, tot principes ex illo Monar-
 cha uelut e nobilissima stirpe, exorti, Alexandri nome
 supra aliorum hominum sortem a totum immorta-ita-
 tique consecrati. Et hac quidem in Alexandri gratiam
 Praestant- pauci dicta sunt, De Cesare autem qui digna sua
 dia Casa- referret. Adol. es. et a limite, rix pratergressus, Pirati
 tu, indicat se nec socium nec dominum unquam tolerat.

nam, se nulla vitarum pericula, ut tandem inter & supra mortales omnes emereret. Eius eloquentiam, stili facundiam quae sanos omnes olim à scribendo deterruit, libens omitto: unum illud mihi concedet lector candidus Casarem in re militari omnes quosquos eum praecesserunt & sunt sequuti longe superasse. Pueriles sanè sunt Alexandri pugnae & victoria dum ad Casarianas comparantur. Nulla apparet ad Casarem militariae disciplinae aut felicitas, Quae providentiam, promptitudinem, ad omnia paratum, indefessum & inuictum Casari animum pro merito admirari queat? Huius Clementiam Cicerois eloquentia parentis diserta vox iterum commendat. Prostratos hostes erigit, superbos debellat, astutos opprimit, debiles effert: inanis gloriae nequicquam cupidus, sed solidioris: pugnae simul apparet & placidus, misericors ac fortis: ad largiendum paratissimus: strenuorum militum emptor & remunerator liberalissimus: patientissimus laborum suorum & avarus & avarus, sed promptissima manus occasionis laetissima quaeque momenta arripiens. Viginti dierum spatio Italiam sub iugum misit, Brundisio Romam reuerso penetravit in Hispaniam, belli adversus Afranium, Perreium & Masilienses extremam periculosissimamque aleam subire coactus. Hinc in Macedoniam rediens, Pompeium vicit, fugavit, in Aegyptum usque persecutus est. Deinde, Syriam & Ponti regnum aggressus, Pharnace debellato Africam perivit, Scipione & Luba fractis ac interfectis. Italia relicta Hispaniam iterum ingreditur, Pompeique filios redegit ad nihilum. Nec enim in superando moneium verticillu suu sanorum vadu, sed in hostibus oculo, pede & brachio valentibus domandis viri virtus eueret. Fuit equidem Casaris ambitio intoleranda, malorumque in eo omnium perpetua radix quam tamen cor rebus praestare gestu, tantaeque domi & fori testata Clementia, fortitudine, prudentia & liberalitate occultavit, ut Reipublica Ro-

mana fatum, & Pompeij aliorumque insanabile morbi tam acri medico opus habuisse videantur. Violenta manu Caesar e mundo sublatus est, sed ab iis quibus vitam largitus erat, & qui paulo post fide, nec sine numini peculiari vindicta, perierunt. Contra Alexandri mater, uxores, liberi, nullo genere mortis e vita sublati sunt: eius exercitus veluti corpus exoculatum remansit, & successores alij in alios conturati, belli que mutuis atque continuis confecti veluti umbra somnium evanescere. At in Augusto, Caesar reuixit, & ex sanis adis hęc ruina extructa est. Monarchia illa Romana, mundi decus, qua etiamnum veneranda antiquitatu vestigia quedam ostentat. Casari memoria usque adeo honorifica persians, ut fortes in bello, ipsiusque Romani Imperij Capita Casari nomine glorificentur & gaudeant.



Phocion.

PHOCION Atheniensis, quibus ortus sic parentibus non satis liquet. Eius tantum excelsa eminentisque virtus ac morum maiestas, magno est argumento, non ignobili natum fuisse loco. Eo enim in omni vita grauitatis accessit ut ridere vel flere nunquam visus sit. Pede etiam nudo semper incessit: nisi forte nimium atrox esset hyems. Id ergo militibus inter iocandum erat intentissimi frigoris argumentum, cum calceatus fuisse diceretur Phocion. Et quamuis natura esset comis ac pectus humanus, tamen tristitiam
 præ se

præ se tulit aspectu, ut plerique etiam ex Famili-
 liaribus viri consuetudinem formidarent. Fuit
 præterea dicendo vehemens, & acuta quadam
 breuitate, ut quo breuior eius esset oratio, hoc
 præceptis sententiisque maior: nummorum in-
 star, qui eò præstantiores sunt, quò in parua
 quantitate plus valoris complectuntur. Proinde
 aliquando concionaturus ad populum, dum for-
 tè cogitabundus esset in scena, amico tam sus-
 pensæ cogitationis causam interroganti, respon-
 dit: Ut quoad passim, orando breuior fiam. Ex
 quo Demosthenem sapius dixisse ferunt Phocionem esse verborum suorum gladium. Primam
 sub Chabria duce militiam egit, à quo discendi
 cupidus nusquam discessit, & ita rei bellicæ dis-
 ciplinam accepit. Nec minori ipse suo duci fuit
 adiuumento, quippe cum in obeundis periculis
 tardior esset, cunctantem illum exacuebat: cum
 verò discrimina ingressus, nimio furore res præ-
 cipitaret, concitatum sua prudentia & consilio
 moderabatur. Et propterea Chabrias eius opera
 libenter vsus, maxima cum primis illi credere
 solitus est. In nauali deinde bello aduersus Na-
 xios, eum dextro illorum cornu opposuit, ubi
 omne erat militum robur. Re autem bene gesta,
 omnes Phocionis virtutem imperio dignam ex-
 istimarunt. Mortuo breui Chabria, Phocion
 præter belli munia, quæ libenter obibat, ciuilia
 negotia aggredi orsus est, quietem pacemque
 reipub. rebus omnibus anteponens. Et sic neque
 petens, aut multum ambiens, neque etiam præ-
 fens, sed simplici ciuium assensu, quintum & qua-
 dragimum imperium consecutus est: non ta-
 men ad contumelias aliorum iniuriisque hac po-
 tentia abusus. Publicam porò dignitatem con-
 stantissimè defendit, pro qua nullum periculum

*Demosthenis de
 Phocione
 dictum.*

*Phocio-
nis man-
suetudo.*

adire recusavit. Et licet in vita captandæ popularis auz gratia, ne verbum quidem prompserit, quinimo plebi semper aduersatus fuerit, animo tamen in omnes fuit miti ac perbenigno, etiam in improbos aliquando. Quod amicis ægrè ferentibus, Bonos non indigere præsidio, inquit. Cùm autem Aristogitonem sycophantam in carcere clausum petitus adiret, amicis facilitatem istam damnantibus, quòd hominem scelestum adiuuare veller: Imò, respondit, vbinam locorum Aristogitonem, quàm in v. aculis iucundius inuisere possumus? Apud insulas vrbèsque socias, non in minori fuit beneuolentia, quàm in autoritate, adeò vt cum à Pyrezo classem solyeret, omnes scaphis obuiam irent, eumque plausibus, ser-tis, & floribus domos ac villas offerentes exciperent: cùm duces alios exeuntes, tanquam hostes semper horrerent, diffugerent, portus munirent, liberos, vxores, mancipia, iumentaq. in vrbes reducerent: propter ipsorum videlicet libidines, & rapinas. Per ea fortè tempora, Eretrientes à Philippo bellis infestabantur. Ex quo missis Athenas pro impetrando auxilio legatis, Phocionem cù exercitu mediocri obtinuerunt. Is vt primum in Eretriam appulit, omnia diligentissimè perlustrauit, & quodam occupato tumulo castra locauit. Cùm verò se præter Plutarchi Eretriensis opinionem (is enim ciuium suorum copiis præerat) diutiùs in castris moraretur, credens ille Phocionem bellum ob ignauiam detrectare, in Macedones impetum fecit. Vt igitur rem inconsultò suscepit, sic maxima accepta clade, vix pedes peruenit ad castra Atheniensium. Quem dum hostes insequerentur, Phocion instructa acie occurrens, multis cæsis, reliquos terga dare coegit. Tum continuò recollectis ex persecutione militibus,

*Phocion
pro Ere-
triensibus
dux.*

litibus, paulumque relictis, citato cursu hostium castra inuasit, ubi commissa pugna, diu ancipiti & craento utrinque Marte pugnatum est. Tandem equites suos in fugam verios conspicatus, illo equum vehementer adegit, & dulci cum exhortatione orauit ut à fuga desisterent. Tum milites imperatoris persuasione erecti, assumptis ferocius animis, in hostem conuersi sunt tantis viribus atque impetu, ut Macedones arrepta fuga eis victoriam reliquerint. Exacto posthac prouinciae tempore, Phocion Athenas reuersus est. Plebs autem nouarum semper rerum auda, cum praestantium viri nullo examine perpendisset, Molossion in eius locum subrogauit. Qui re malè gesta, viuis ad Philippum perductus, Athenienses vsque adeò perturbauit, ut neque sociorum, neque suis rebus afferre consilium possent. Philippo interim Hellepontum inuadente, Carerem tanti belli du-

*Carerem
Dux.*

cem Athenienses constituerunt. Is autem libidine, auaritia, & rapacitate cecus, non quod è re publica esset, neque quod sociis conducere, neque quod apparatu tanto quadraret, curauit. Et propterea Macedone Byzantios bellis infestante, populus mutata sententia Phocionem ad praestandam sociis opem, imperatorem constituit. Parata classe continuo Byzantium soluit. Eius tunc aduentus fama mirum in modum percrebuit. Itaque intra urbem omni cum exercitu humanissimè receptus, adeo strenue se gessit, adeoque hostes reuertit: ut Philippus potiundae urbis desiderio frustratus, Helleponto libentissimè cesserit. Digredientis itaque Philippi nonnullas Phocion naues cepit, ciuitatesque aliquot subactas praesidio muniuit. Paulò autem post à Megarensibus accitus, eos à Boeotus de-

ficientes, Atheniensibus conciliauit. Hæc dum agerentur, populus in Philippum hostiliter irritatus, absente Phocione alios delegit duces. His Phocion cognitis, ratus è republica non esse, sapius cum potenti hoste bellum gerere, omni studio eos ab armis abducere conatus est. Tandem cum nequicquam laboraret, Philippus magnam Atheniensibus infixit cladem. Trepidante igitur vrbe, Phocion de integro exercitui imperator datus. Qui tanquam sapiens in republica ciuis, de tentanda prius cum Philippo pace, quam de gerendo bello consilium habuit. Nunciata inter hæc Philippi morte, ciuibus hoc tam felici faustoque nuncio dies festos decernentibus, Phocion contradixit, asserens, non id pro ciuitatis dignitate fieri, sed ignobilium illud esse, ex aliena morte petulantius exultare, nec hostium quidem vires imminutas esse: quando Alexander adhuc superstes patris iniurias vindicare possit. Per id ferè tempus Alexander composito regno, Thebis exercitum admouebat. Demosthenes autem in eum maledictis publicè agebat. Sed cum Alexander Thebas expugnasset Demosthenem, Lycurgum, Hipperidem, Charidemumque sibi ad supplicium dari petiit: alioquin aperto eos Marte petirurus. Athenienses tristi hoc nuncio admodum prostrernati, armatique hostis impetum formidantes, per legationem Alexandriam delinire tentarunt. Quem ubi rex non admisit, Phocionis virtuti fideique confidentes, legatum eum constituere. Is non solum familiariter admissus est, sed singulari etiam honore affectus, atrocem illius ita flexit animum, vt vtorum omnium composcederit. Priuatim autem eum familiarem amicumque appellans, ei in epistolis in posterum salutem dixit, quod deuicto Dario

Philippi
mors.

Ex alie-
na morte
exultare
ignobilium
est.

Phocion
Alexan-
drum mi
sigat.

scum

(cùm Magnum sese cognominari voluit) mortali-
 um nemini, excepto Antipatro, deferri sole-
 bat. Cui etiam non multò post centum talenta
 dono misit. Ea cùm i, se multis rationibus recu-
 sare, legatos petiit, quare Alexander vnum se in-
 ter omnes claros Athenarum viros munerandum
 delegisset: responderunt illi, Tua bonitate pelle-
 ctus: cum Phocion, Bonum (inquit) me esse per-
 petuò sinat, ne si aurum sumpsero, in inuidiam
 ego cum ipso incidam. Atqui huius tantæ virtu-
 tis fama, omnem Græciam peragravit, dubiũ-
 que inter philosophos fuit, horum vter ditior es-
 set: num deferens, an sua egestate contentus. An-
 nimaduertens Alexander Phocionis continentia
 esse suam liberalitatem superatam maiora rem-
 misit munera: addens, eum sibi amicum non es-
 se, ab se qui nihil accipiat. Phocion iniquum re-
 putans, Regis liberalitatem omnino contemne-
 re remissa pecunia, quatuor sibi philosophos do-
 no dari petiit, quos in vinculis rex detinebat.
 Quibus continuò liberatis, Alexandrum ferunt
 Cratero imperasse, vt Phocioni, ex quatuor Asiæ
 vrbibus vnam eligendi optionem daret: testare-
 tũque, nisi aliquam desumpisset, indignaturum
 regem: nullis tamen potuit firmissimi hominis
 continentia muneribus labefacturi. Qui cùm rem
 angustam domi haberet, nullasque ædes deco-
 ras, nihilominus in tanta fuit veneratione, vt
 Tragædo reginæ personam acturo, multas pe-
 tenti ancillas, ludi præfectus alta voce responde-
 rit: Nonne vides improbe Phocionis vxorem, v-
 ni tantum comitante ancilla in publicum pro-
 dire? Vis hoc tuo exemplo matronalem defor-
 mare continentiam? Vnam habuit Phocion vxo-
 rem. Hæc, cùm quædam ei Ionica insignis femi-
 na, pro muliebri fastu, aureos torques, armillas,

*Phocionis
 mira con-
 tinencia.*

*Mulierū
ornatus
splendor
vñ mari-
torum.*

*Leosthe-
ni duci
verba,
cupresso
compa-
rantur.*

*Missioni
elader.*

& gemmata monilia, sui que corporis ornatum ostendisset. Ornatus autem, inquit, meus est Phocion, Atheniensium iam vicissimus Imperator. Erat mortuo tum Alexandro Leosthenes magna vir autoritate. Is ad inferendum Græciæ bellū, continuis stimulis populum agitabat, & multa de se iactabundus pollicebatur. At Phocion: Profectò, ait, tua verba cupresso comparanda sunt, quæ cum in proceram assurgat celsitudinem, nullos edit fructus. Nec quicquam tamen laboravit, nec enim potuit populum ab armis abducere. Nam Leosthene duce in prælium contra Thebanos descenderunt. In qua expeditione cum dux idem occubisset, Phocion imperator electus, usquequaque populum ad pacis ocium reuocare cœpit. Cum eos denique in arma ruere videret, calliditate insigni usus est. Nam edicto imperavit, à puberibus omnes ad septuagenarios usque arma sumere, & quadriduum comæritus secum deferre, seque in Bœotiam sequi. Conquerentibus autem ætate confectis, & lege naturæ emeritis, ac edicti impietatem accusantibus, Phocion respondit: Quibus vos iniuriis afficio, si octogenarius vobiscum in aciem descendendo? Hoc igitur pacto eos à pugnandi ardore, ad pacem ociūque traduxit. Hæc dum sic agerentur, Micio maxima cum manu maritimas oras populatus, ad Rhamnesium usque cuncta vastavit. Cui Phocion coacto exercitu obviam se dedit, collatōque Marte, fudit fugavitque. Leonarumque paucos post dies, omni cum exercitu consumpsit. Sed à Cratero ex Asia descendente, tum etiam fermè victus est. Non multos tamen amisit, cum reliquis autem Athenas rediit. Per ea tempora omni Antipater Græciæ ferè domabat, atque Athenas infesto Marte petere ani-

mo destinarat. Athenienses in tanta rerum disturbatione trepidi Phocionem, ut de pace cum Antipatro ageret, legatum miserunt, à quo honorificentissimè susceptus, mandata diligenter executus est. Rursus cum legatis aliis Thebas missus, nihil durius ab Antipatro inter pacis condiciones reportauit, quàm quod præsidium in Munichia suscipi deberet. Id enim tanto more populum tantæque tristitia affecit, quanta nunquam aliàs cum hoc tanquam seruitutis iugo depressi, antiquè vrbs decorè libertatèque amisisse se putarent. Nec eos sefellit opinio: nam hoc factò præter Demosthenem & primores alios ad xii. millia ex plebeis in exilium simul eiecta fuerunt. Prostrata sic libertate, Phocion ciuitatis curam suscipiens, faciliores magistratibus honestauit, seditiosiores autem ad colendos agros accommodauit. Multos etiam Antipatri consensu ab exilio reuocauit. Et cum grandem ei pecuniam ille domum misisset, ea modeste repudiata, sua egestate contentus esse voluit. Quam veluti præcipuum vitæ suæ decus exoluit. Cum aliquando per internuncios Antipater quidpiam, ab eo minus fortasse iustum peteret, respondit, Non rectè profectò credit Antipater, si amicum me eundemq. assentatorè habere se credit. Ex quo illud sæpius ab Antipatro dictum esse constat. Duos Athenis nosse se amicos, Phocionem & Demadem: quorum alterum, ut ab se quippiam acciperet, adhuc adducere se non potuisse, alterum largitionibus nondum explere. Paruo interiecto tempore Antipater iam moriens, Polypercontæ, cui cura Alexandri filij sui demandatæ, imperatorem constituit, Cassandrum verò militum tribunum. Hunc mortuo rege, regnandi cupidè inuasit. Itaque nondum regis vulgato obitu, Ni-

*Athenicè
sum cum
Antipatro pax.*

*Phocion
Antipatri largitione repudiat.*

canorem Athenas misit, ut arcem à praesidij praefecto susciperet. Succedentibus ex sententia rebus, Phocion in Nicanoris amicitiam se contulit. Polypercon odium ob id in Phocionem concipiens, per regias literas Alexandri Athenienses suis legibus vivere permisit. Tumultu igitur aduersus Cassandrum orto, Nicanor populi colloquium petens, in urbem Phocionis hie venit. Verum sentiens sibi à Dercilio regis Alexandri praefecto insidias parari, Phocione adiuvante, in Munichiam recurrit. Dercillus ita incensus, urbi bellum minitatus est. Quamobrem populus excandescens, Phocionem post crebras criminationes prodicionis accersuit. Is vim potius quam iudicium reformidans, cum paucis ad Polypercon se recepit: à populo autem legati contra missi. Quibus facta in regis conspectu accusandi potestate, Phocion à Polyperconte detentatus, suam causam neutrquam potuit perorare. Propter hoc enim Polypercon libertatem dare se diuibus simularat, ut Phocionem tollerent. Quare eum mox in custodiam traditum, & paulò post in plaustis latronum more legatum, una cum sociis Athenas per triuia & compta, & per scortorù diuersoria pertrahi curauit. Tandem nulla reorum audita ratione, Phocion cum reliquis admiratus, pro laude inuidiam, pro gratia odium reportauit. Inde cum in carcerem duceretur, ab aduersariis etiam conspicui sustinuit. Et licet iniustū hoc & lachrymabile spectaculum plerique desererent, veneno tamen sumpto cuncti perierunt. Sed Phocioni ad potionem vltimo venenum defecit: tūc carnifice pecuniam negante se habere, qua venenum emeret, accersito Phocion ex amicis uno, rogauit ut pretium persolueret. Itaque nisi empta nece, mortilli

*Phocion
custodia
traditur.*

Athe-

At
non
da
D
pt
mu
nib
int
Vo
tiff
fi q
aut
cior
que
did
nib
terr



rior
ner
men
rio p
tem
eloq
Cap
catus

Athenis nō licuit. Eius tam indigna necē inimici *Phocionis indignissima mors.*
 non contenti, nec tantis satiati contumeliis; ca-
 dauer etiam extra patrios fines deferri voluerunt.
 Delatum in Eleusinam ex agro Megarensi sum-
 pro igne crematum est. Tum ex indigenis quædā
 mulier, collectis cineribus primò, deinde diis ma-
 nibus, Phocionisque vmbra parentauit, & egesta
 intra domum tellure, eos his verbis tumulauit:
 Vobis ego sacri charique penates, hos innocen-
 tissimi viri cineres custodiendos commendo, vt
 si quando postulentur, patriæ restituatis. Paulò *Sera facti pœnitentia.*
 autem post populus pœnitentia affectus, Pho-
 cioni arcam in foro statuam constituit: publico-
 que sumptu repetitos cineres ciuili sepulchro cō-
 didit. Aduersarij quoque dignam suis proditio-
 nibus pœnam breui luerunt omnes: sunt enim te-
 rrima morte precepti.



Cato Iunior.

C A T O Iunior à proauo Catone, viro
 graui summæque sapientiæ & nobi-
 litatis, traxit exordium. Cuius ea
 constantia & gravitas à pueritia
 fuit, vt supra ætatem etiam seue-
 rior, nec rideret, nec os ad risum facile compo-
 neret. In iram quoque labebatur raro: verumta-
 men excandescens, haud facillè leniebatur. Inge-
 nio præterea tardus ad discendum, memoria au-
 tem erat longè tenacior. Apud Drusum summæ
 eloquentiæ virum, auunculum suum, vñā cum
 Cæpione fratre & Portia sorore ac Seruilia edu-
 catus est ingenuè, quo tempore Latinorum legati

*Catonis
adhuc
pueri con-
stantia.*

cupientes ciuitate donari, Drusum adierant, vt eis in senatu esset auxilio: cum autem in domo pueros offendissent, orarunt vt apud auunculum pro ciuitate impetranda precibus inniterentur. Quibus cum Cæpio omnia nauaturum se polliceretur, Cato constantissimè negauit: vnde legatis frustra rogantibus, quidam eorum rapuit puerum, è speculâque suspensum tenens, truci vultu in terram demissurum se minatus est, nisi precibus annueret. Sed cum puerû à sententia distrahere non posset, sociis, inquit, si vir hic profectò esset, nunquam in ciuitatē admitteremur. Posteaque ad cœnam cum nonnullis inuitatus Cato, audiuit vociferantem ex consociis puerum, quo abuti quispiam annitebatur. Tum rei fœditate commotus, illò cucurrit, & repulsis aditum prohibentibus, puerû à violentia turpitudinèq. liberauit. Ex quo ita inter pueros autoritate effloruit, vt semel in publico quodam equestri ludo, ommissis patritiis pueris, cum è duobus esset eligendus illis alter, L. Sylla proponente, omnes vno consensu Catonem sibi in ducem adseuerint. Per ea etiam tempora frequenter à pædagogo in Syllæ domum deducebatur: nihil tunc à carnificina differentem: quandaquidem eò non sine affranti nausea, nobilium hominum capita ferretur. Hæc animaduertens puer, pædagogum petiit, cur aliquis hominem tam improbum non transfoderet: illo respondente, quia maiori omnibus esset timori quàm odio: Cur mihi inquit, gladius non tradis, vt patriam ab hac peste liberem? Admiratus pædagogus adolescentis animum, sapiens, An ita vellet, interrogauit: cui Cato, seuerius id cõsèper respõdit: Veritus ergo pædagogus, ne quid temerè in Syllâ ille moliretur. (erat enim annorum sexdecim) in posterum diligenter cauit. Ca-

*Genero-
sus Cato-
nis ani-
mum.*

tonis

tonis sermo nihil iuvenile sonabat, qui licet durus esset, sententiis tamē erat refertus. Eum abundantanti voce, & per vniuersam diem, sine intermissione locutus firmiter proferebat. Caloris frigorisque patientissimus erat. Vestimentorum etiam nouitate non tenebatur, verum sisco amictus pallio, nudisq; pedib⁹, & sine tunica plerunq; prodibat in publicum. Fuit præterea tantæ tolerantia, vt æger aliquando solus degeret, nec vllum ad seruitia admitteret. Libidinis item admodum expers fuit. Nam ante Lepidæ matrimonium, fœminæ nullius habuit consuetudinem. Quam cum accepisset, pœnitentia ductus missione donauit, & Attiliam Serrani filiam duxit vxorem. Militauit Cato sub Gellio prætore, atque ita claruit, vt à priore Catone parum differre videretur. Post tribunus militum factus, in Macedoniam ad Rubrium prætorem missus est. Vbi rationibus & verbis milites ad veram rei bellicæ disciplinam pulchrè reuocauit vt dubium haberetur, humaniorēne an ferociores vel iustiores essent. Et quoniam eodem vi-

Cum militibus familiaritas beneuolentiam conciliat.

ctu, habitu, & labore vnâ cum militibus utebatur, permagnam sibi conciliauit beneuolentiam. Itaque cum è prouincia excederet, militum lachrymis & amplexibus multum honoratus est. Romam reuersus quæsturam accepit, sed antequam eum magistratum iniret, perlectis huius ordinis legibus, ita ministrorum & scribarum fraudes redarguit, ita errata correxit, atque quid agendum esset ostendit, vt multis esset miraculo. Summa verò diligentia ærarij rationes annotauit. Hinc ei ordini singularis maiestas accessit, vt consularem dignitatem quæsturæ addidisse videretur. Sylla rerum potitus, plurimas pecunias effuderat in ciuium grassatores, quos licet

Catonis

omnes alij ciues odio persequerentur, in eos tamen animaduerti nemo. Cato autem cum impunitatem tantam agro ferret animo, ad restituendas pecunias omnes adegit. Sicque omni diligentia publicæ utilitati inuigilans, in senatu semper primus, in discedendo vltimus erat, ne superflue alicui, aut per gratiam publica vestigalia pecuniæque condonarentur. Propter hoc collegis gratus fuit, quod improbe postulantis se excusare poterant, dicentes, id fieri non posse contra Catonis voluntatem. Ea itaque ratione prætrium pecuniis repleuit, quod Sylla euacuauerat. Mox populus incredibili eum veneratione excoluit, & orator quidam in concione, cum dixisset vnico testi minus esse fidendum, addidisse fertur, & si is Cato foret. Si quis etiam aliquando incredibilia narraret, quasi trito prouerbio responderi solitum est: Ne Catoni quidem hæc crederentur. Multaque id genus alia, in ipsius gloriam ferebantur: quare eum amici ad tribunatum petendum hortati sunt. Ipse autem animaduertens ea tempestate reip. haud posse se proficere, aures illis non adhibuit. Verum paulò post cum Metellum Nepotem ad tribunitiam dignitatem aspirare videret, priore relicto consilio tribunatum petiit, cum tanta suffragantium frequentia tribunus creatus est, vt vix potuerit sospes à turba se explicare. Deinde videns consularia comitia venalia esse, populum acerrimè increpauit, ac Murenæ diem dixit, quod per largitionem cum Syllano obtinuisset consularium. Absolutus tamen ille, Catoni semper gratias egit, quod iustitiæ tam diligens esset custos, in cæteris sanè moribus tam ciuilibus & humanis. Sic etiam ante tribunitiam dignitatem multa pro republ. gessit, quorum omnium fuit illud raximum

*Catonis
fides ac
de eadem
prouer-
bium.*

*Consula-
ria comi-
tia venalia
dam-
nat.*

xim
pra
rat
m
per
in f
affi
tan
qu
qu
diu
tali
Cat
fuit
uili
Sup
ne,
rem
ad
rau
nee
tis f
fena
qua
fuit
Mes
nes
peti
trin
ad P
mod
stra
timu
fite
bere
leger

ximum, quod in coniuratione Catilinae patriæ
 præstitit. Nam cum in frequenti senatu de coniu-
 ratorum supplicio ageretur & plerique nece
 mulcandos eos esse censerent. Cæsar solus eos
 per municipia distribuendos iudicauit. Et iam
 in suam fermè sententiam omnes traxerat, cum
 assurgens Cato in eum acriter inuectus est, quòd
 tanta impudentia parricidas seruare niteretur,
 quòd patriæ fermè pessundata non miseretur,
 quòd vellet perditiss. homines in reipub. incen-
 dium sua sententia liberare. Dum autem hæc &
 talia conclamaret, literæ Cæsari allatæ sunt.
 Cato putans illas à coniuratis venire, subito ce-
 nit illas publicè recitari debere. Sed erant à Ser-
 uilia Catonis sorore, propemodam amatorix. *Catonis*
 Supprimebat ergo Cæsar: tandem instante Cato-
 ne, illas ei legendas dedit. His ille lectis, in Ca-
 rem schedam reiticiens: Capias, inquit, ebre. TA
 ad sermonem reuersus, tanta vehemènter ero-
 rauerit, vt mutatis animis, omnes in coniuratum
 necem consenserint. Sumpto igitur de coniu-
 ratis supplicio, Cato ad sedandos populares motus
 senatui suasisit, annonam plebi esse largiendam:
 qua distributa populus conquieuit. Sumptus is
 fuit, M. & CC. & L. talentorum Paulò autem post
 Metellus plebis tribunus, ciuiles alias contentio-
 nes excitans, legem promulgaturus erat, vt Pom-
 peius eù exercitu in vibè reciperetur, ne resp. de-
 trimenti aliquid caperet. Sed rei veritas erat, vt
 ad Pompeij nutum resp. redigeretur. Huic Cato
 modeste primò obstitit, simulatq. verò vidit fru-
 stra se sic laborare rem asperius egit. Itaque non
 timuit armato foro ad Metellum vnà cum Ca-
 sio pro tribunali sede rem accedere, ac prohibe-
 re legem promulgari. Et cum legem Metellus
 legere aggrediretur, è manibus Cato illà eripuit.

Cato legi
promul-
ganda
obstat.

C.
f.
de
pro
bit.

Pompeij
affinitas
à Catone
repudiata.

Conanti autem verbo ipsam explicare, quam memoria teneret, Munatius ori manum apposuit. Quare Metellus ore percitus, armatos in forum decurrere iussit. Cunctis itaque fugientibus, Cato solus remansens, nisi à Murena, quam ante ambitus accusauerat, fuisset in Castoris ædem abstractus, inter medios hostes fustibus lapidibusque concidisset. Mox redeuntibus iis qui è foro fugerant, in Metellumque tumultuantibus, timens ille vim, urbem exiit, & in Asiam ad Pompeium nauigauit. Cato autem in tantam omnium reuerentiam peruenit, ut vix vllus Senatorum æque. Per id temporis Lucillum Seruiliæ sororis virum à bello Mithridatico redeuntem, à C. Memmij plebis tribuni accusatione defendit, ne ei triumphus denegaretur. Cùmque post Pompeium ab exercitu rediret, & à senatu per literas peteret, ad suum usque aduentum consularia comitia dissonantem contradixit Cato, & eius potentiam spremeret omnem repressit. Itaque Pompeius nihil se posse amplius efficere existimauit, nisi cum Catone per affinitatem se cõnecteret. Et propterea vnam è filiabus eius petiit. Cato autem per mulieres capi se non posse respondit, neque aduersus rempublicam obsides daturum se. Sed si Pompeius rectè agat, amicitiam suam benevolentiamque illi præstiturum. Et sic Cato reipub. cura tanti viri affinitatem repudiavit. Põpeius verò ob id indignabundus, Cæsari adhæsit, eiusque filiam uxorem sibi sumpsit, ac operam ad cõsulatum eodem nauauit. In quo dum Cæsar de agris diuidendis, deque colonia deducenda legem ferret, tunc et si vniuersus senatus partim gratia, partim timore assentiretur, Cato reipub. exitum perspicuens, adeo se pertinaciter opposuit, ut in carcerem trahi eum Cæsar iusserit: postea tamen po-

doce

dore affectus, per tribunum plebis licitoribus ipsum eripi fecit. Breui deinde P. Clodius plebis trib. P. factus, volens Ciceronem vrbe pellere, necessarium existimauit, Catonem aliquo prius ablegari. Et propterea vt quaestor in Cyprum solueret, magnopere flagitauit. Eo reuente, clamanteque id sibi ac reipublicae ad insidias fieri, Clodius plebis scito firmavit Catonis missionem. Quare discedens Cato Ciceronem, cui Clodius diem dederat, monuit, ne in arma cademque caderet. *id est* ea dum Cato nauigaret, rex diem in *id est* propter regiam gazam, pocula, menfas, gentias, pueras adras assequutus, in publico vanum exponit. *id est* Caterum ob suspicionem auctionibus confutis non confidens, post ministros, praecones, amicosque omnes cunctis ipse rebus adesse, etiam supremae licitationi voluit. Vnde demum ad septies mille argenti talenta coegit. Romam itaque cum omni pecunia reuertenti, ita honorificis omnibus ordinibus & magistrato obuiatum est, vt a triumpho non multum differre videretur. Senatus etiam extra ordinem praeturae ei decreuit, vt & purpura in veste ludos spectaret. Interea Pompeius & Crassus habito cis alpes cum Caesare colloquio, consulatum secundo petere constituerunt: vt prorogatis ad secundum quinquennium Caesari Gallias, ipsi pecunias, prouincias, delectusque inter se sortiretur. Remque pub. pro arbitrio regerent. Quibus rebus cum ceteri timore potius quam gratia consentirent, Cato obnixissime se opposuit, asserens Pompeij & Crassi vires non esse contemnendas, tanquam eorum qui non consulatum, sed principatum affectarent. Pompeij autem familiares cum viderent plebem L. Domitio fauere, (is enim eorum erat competitor) dispositis insidiis eo manere in campum des-

*Pomp. &
Crassus
consules.*

collega & Catone rursus legi contradicentibus,
 ille armis, hic minis è foro electus est: ita multis
 casis, plerisque vulneratis, Trebonius legem pro-
 mulgavit. Paruo interiecto tēpore prætor factus,
 nudis tantum pedibus, ac sine toga processit, ca-
 pitales causas iudicaturus. Erat tum Pompeius
 Catoni infensus, in eumque clandestine calum-
 niatores summitebat. Inter quos P. Clodius Ve-
 nus erat qui magnis criminationibus Cæionem
 insectabatur, quasi ille è Cypro ingrem expul-
 set pecuniam: quod & Pompeio ceu in ignis, per
 superbia filie nuptias abnegasset. Cum Cato ad
 hæc tantum se argenti solum sine exercitu è Cy-
 pro in urbem decessisse respondit, quantum Pom-
 peius uniuersum ferme orbem lacessens, tot bel-
 lis, tot triumphis, ut quam attulisset. Propin-
 quitatem verò eius nunquam perisse, non perinde
 ac indigni, sed eundem nominis gentis in rempu-
 blicam animum. Fæto pacto potus est Pompeiū
 in quem saepe alias eussulatus fido, non tam a-
 nimio inimico maloque, ut nunquam crepibus, vir-
 litati ornamentoque id se restare arbitrabatur.
 Paulò autem post cum ad consularum aratum
 intenderet, competitorum habuit P. Sulpitium,
 suum intimum. Et cum is acerrimè contra nite-
 retur, leuiter id tulit Cato: asserens haud esse ad-
 mirandum, si quæ quod sibi maximum putesse Re-
 num, alteri non concedat. Vltus igitur et con-
 titoribus, consularum haud obtinuit: præea factis
 ob id tritior, ut plerique assolent: sed sequenti
 die vnctus in campum descendit: post prælium
 sine calcæis, & tunica, per forum cum amicis ob-
 ambulauit. Cùm Caesar per ea tēpora Germanos
 bello præter fœdus lacessens, ex eis hominum fer-
 mē trecēta millia occidisset, multi pro victoria hæc
 supplicationes fieri iuebant: solus Cato censuit,

Cato iunior
rum
et.

Est egre
20NN
dicitur

Sartha
Catonis
sententia
aduersus
Caesarem.

di
pr
br

Pompeij
glades.

Caesari
fortuna
nimium
amica.

ipsum Caesare iis dedendum esse, quos bello la-
cessiuisset: & propterea non esse pro imperatoris
temeritate supplicandum, sed potius diis gratias
agendas, qui pro rupto foedere, poenas in Rom-
anos non verterint. Caesar haec resciens, in Catonem
multa maledicta congesit: a quibus Cato cum
sele in legatu expurgasset, in Caesarem palam in-
uectus est, ostendens eum longe magis quam Bri-
tannos esse formidandum. Et quonia antea pl-
runque Caesarem praedixerat reipub. vim esse al-
laturum, tunc de integro libertatis amissionem
protestabatur. Cui ei statim lucessor decerneretur.
Tandem cum paulo post Caesarem cum ex-
ercitu ad urbem properare renunciatum esset,
omnes Catonis sapientiam ceu oraculum quod-
dam, laudibus extollebant, qui omnium primus
futura praedixisset. Inde omperum aufugientem
ecutus est: a quo etiam in Asiam ad classem pa-
ranam, militatque delectum accelerandum
mitretur, singula diligentissime curauit. Itaque
Dyrrhacium ad Pompeium reuersus, ingenij sui
magnitudinem ostendit. Quippe commissa cum
Caesarianis pugna, cum Pompeius ceterique mi-
lites excitare non possent, Cato oratione habita,
sic de libertate, virtute, gloria, de contemnenda
morte disseruit, sic militum animos accendit, ut
Caesarianis ea die actum fuisset, nisi Caesari fi-
deni, & Pompeio aduersari fortuna statuisset.
Quod postea abunde patuit, quando in Phar-
satica pugna Pompeium superari permisit. Quo
deuicto, Cato in Lybiam ad Sextum Pompeij
lium se contulit, ac audita Pompeij morte, cum
Scipione proconsule copias suas coniunxit apud
Vticam. Et consilium quod semper Pompeio da-
bat. Scipioni persuadebat, ne cum Caesare ma-
nus consereret, sed bellum protraheret: futu-
rum,

rum, ut cunctando tyrannidem tēeret. Cui cum male obtemperaret Scipio, exercitū & castris amissis, ipse vix cū luba euasit. In Cato, Vtica qui cum copis erat, Romanos ibi infortiātes hortatus est, ne spera abicerent, ut acerrimē se tuerentur, velintque pro patria, ipso legibus, pro penatibus, more oppētere. Et propterea si vincant fœlicitatem, si succumbant gloriosam mortem consecuturos. Finita Catonis concione, quantum eius animi maiestatem afferrent, tamen ita trepidarunt, ut Cæsaris clementiam experiri mālent, quā in maioribus se periculis obicere. Impossibile autem esse putabant, contra eum qui Pompeium, qui Catonem, qui tot primarios viros, & ipsam Romam vicerit, se tueri: proinde opes precium credebant, ut se dederent, & victoris iram lenirent. Cato autem omnium conspicatus animos, sociorum saluti consulere statuit: postquam videret ita trepidare, & Vticenses infidos esse periculeret. De se autem quid facere veller, iam pridem decreuerat. Et propterea preparatis nauibus, omnibus abeundi facultatem dedit: ad mareque descendens, egenos pecunia donauit: & amicos hospitesque nauigaturos complexus, humanissimē dimisit. Cæteram cum filio persuadere non potuisset, ut cum cæteris nauigaret, (patre se enim derelinquere nefas esse arbitrabatur) eum monuit, ut mortem prius obiret, quā adueniret patriam arma ferret. Sub vesperam deinde cum Vticensium magistratu & amicis cœnatus disputationem acutissimam agitauit: Solum bonum virum liberum, omnes malos esse seruos. Et tanto quidē seruore obiecta refellebat, ut omnibus suspicionem iniiceret, vitæ finem se præmeditari. Tandem finita disputatione cubiculum intrans,

*Catonis
oratio ad
militē*

*Catonis
de seipso
cōsiliū.*

*Boni liberi
sunt,
mali minime.*

Platonis libro de animorum immortalitate per-
Cato sibi lecto, enssem accepit, & sub pectus sui vulnus in-
ipsum ipse mortē fluxit. Ibi cum fortē de lecto laberetur, strepitu
infert. edentis, in seruosque concitauit. Mox dum me-
 dicus non vti, adhuc, vulnus alligare curaret, ipse
 medicum repellens, viscera manu dilaniavit.
 Sicque octavo & quadragesimo ætatis suæ anno,
 Cato diem obiit. Tum lamentatione statim ubi-
 que per ciuitatem exorta, omnes vna voce bene-
 factorem suum, solum inuictum, solum liberum
 complorabant. Et quanuis Cæsar ad urbem pro-
 ferretur, tamen ornatissimo funere, longaque
 pompa corpus honestauerit; factō in littore tu-
 mulo, & eius superimposita ex ære statua enssem
 manu tenente. Cæsar autem Catonis morte audi-
 ta, inquit: Inuideo morti tuæ Cato, quia gloriæ
 tuæ viuus inuidisti,

Cæsar
 morte
 Catonis et
 act.

COMPARATIO PHOCIONIS ad Catonem Iuniorem.

In quo co-
 muni.

Hæc eorum virorum, publicæ Rei tractanda pe-
 rissimorum eximia virtutes, ad extremas
 vsque ac indiuiduas differentias eundem
 characterem, effigiem, colorēque morum
 communem præferunt impressum, quasi temperata pari
 modo cum austeritate humanitate, & cum prudentia
 fortitudine: pro aliu sollicitudine, pro semetipsis securi-
 tate: turpitudinis fuga cum sincera dilectione iustitie
 similiter in viroque cooperata, ut ad discernendum &
 eruendum quatenus discrepent arguta opus sit oratio-
 ne, quam minutatim persequi ingēris esset laboris. Ideo
 pauca quedam in viriusque gratiā annotasse sufficiet.
 ad eorum vitæ studiosum lectorem reuocantes. In pri-
 mi autem Aeschyli versu de Amphiarao,
 Neque enim videri vult, sed is esse optimus,
 Sulcum

aut turpiam rerum fugam, vel iniunctum in periculis &
 morte ipsa animum expendis, Phocioni, priores partes
 multorum iudicio sunt tribuenda. Catonis etenim auste-
 ritate ne ipsi quidem, nedum alii, tolerabilis, rigidior
 quam pars fuit, & Stoicorum placitis nimium delibuta
 sapientia, mordax facundia, mores ab aliorum omnium
 semitu aberrantes, exigua belli gesta, infelix rerum ad-
 ministratio, amicorum neglectus, aduersariorum odium,
 vigilantia immoderata, nec ad rerum statum commode
 directa, erga iustitiam amor vltra modum accensus,
 mortisque furiosa quaedam medicatio horrendo comita-
 tu conatu, iterum Phocioni gloria palmam concedere
 videtur. Ac non sine eximia laude idem corrigat Caro-
 ni, quod alieno tempore enatis fructibus. Vt enim hos
 spectamus non sine gaudio & admiratione, neque tamē
 iis vitur: sic mores Catonis ad antiqua viriutis exem-
 pla compositi longo post tempore, corrupta iam & pro-
 stituta viuendi honestate, cum laudarentur, & in ma-
 gna & in gloria, nullo tamen fuerunt usus, quod vir-
 tutis eius grauitas istis temporibus non congrueret.
 Quippe, tamesi non inclinata prorsus patria, magnata
 men tempestate & astu iactata malum & rudentes ap-
 prehensens, contra vimque maiorem luctari aggressus,
 quanquam clauo & gubernatione depelleretur, pluri-
 mum tamen negotij fortuna exhibuit: aliorum enim ar-
 tibus Rempubicam ea euertit, idque difficulter, ac diu
 Catoniana virtutis presidio subsistentem, & prope vi-
 ctoria potitiam Romanam igitur Reipubl. fata non facta
 Catonis sunt accusanda. Quandoquidem verò Phocionem
 & Catonis collaris instituitur, de Romani praestantia
 aliquid etiam in medium proferamus. Ab adulescen-
 tia futura virtutis egregium specimen edit ille, cui in de-
 ternis tum in Syllanis adibus, & quum procella Romanam
 pessundantes Athenarum calamitate longe grauiori
 existerint, qui Catonem omnibus iura tradentem pro-
 mersis laudare valeat? Felix esto Phocion, vixisti
 respectu.

respectu: parum autem beatus, siue filium siue generum
 consideras: at Cæpio, Bruttus, & Portia, ætoniana fami-
 lia si quod fuit dedecus omnino absterferunt. Porro viri-
 le illa faciendâ, decorâ gravitate, mansuetâ æconomâ,
 bellicâ fortitudinem, disciplinâ, felicemq; prudentiam,
 politicâ solertiâ, ceterasq; tum civile: tum domesticas
 laudas Catois sola virtus depingere potest, quem unus
 ille inter tot heroes ad virtutes exemplar totus effectus
 esse videatur, & quem (ut paucis multa complectar)
 virtutis vera rigidum custodê appellare debeat. Mortis
 genus & modum in Catone, Stoicorum paradoxus addi-
 cto, minime probamus. Atrox enim ille animus, non
 decuit facti vim excipiês sicuti malus miles Imperato-
 rem, in rebus deploratis nos tamê in statione manere be-
 neq; sperare iubentem, fugientem, dum sibi præclare consu-
 luisse putat, patria suisque seipsum intempestive surri-
 piens, immortale dedecus nomini suo conciliat. Nunc
 Stoicorum nihil moramur, quas detegere quem de surri-
 tionem instituere non sit huius operis) equo reuolue, esti-
 matori in præsentia nobis factus est. Denique, in reliquis
 vite partibus non modo cum Phocione verû etiam cum
 aliis præstantiss. Græcis & Romanis, meo quidê iudicio,
 Vicensis ille Cato decertare videtur, virtutisque poli-
 tica coronam omnium primus obtinere dignus est.



Dion.

DIONEM Biparim Atheniêsis filiû
 fuisse constat, Aristomachæ senio-
 ris Dionysij vxoris fratrem. Et ob id
 magno eum omnes honore prose-
 quebantur. Sed cum excelsis mori-
 bus, & animi magnitudine consilioque præstaret,
 adeo apud Dionysium gratiâ floruit, vt quicquid
 ab eo expeteret: nulla prece obtineret. Erat verò

*Dionysius
suspiciaci-
sal.*

mirum in modū suspicax Dionysius, vt filio fra-
trique fidem non haberet, & tōsoris nouaculam
formidaret. Proinde sibi per pigmentarium ex-
sariē aduri faciebat: cubiculum autem eius neque
fratri, neque filio, nisi depositis vestibus, ingredi
fas erat. Et cū semel regionis situm frater osten-
surus esset, accepto à stipatore iaculo, illum del-
cripsisset, id Dionysius grauiter ferens, stipatorē
occidit, fratremq; acerrimē obiurgauit. Hic cū
pridem antea, die vna duas duxisset vxores, alte-
ram Locrinā, alterā indigenam Aristomacham,
Biparini filiam, Dionis (vt diximus) sororem, ex
illa Dionysium iuniorem filium suscepit, ex ista
Sophrosinam & Arethabam filias. Primam Dio-
nysio filio iunxit vxorē, alteram Theacidæ fratri,
quo mortuo, coniugē eā Dion accepit, ex sorore
septem. Et propter hanc propinquitatem tum
ma mira pollebat virtute & prudentia, Diony-
sius Dionis sententiam dicendiq; libertatem li-
benssimē ferebat. Mortuo posthac Dionysio, ea-
dem in iuniorem Dionysiu fide vsus qua patrem
prosequutus erat, eum ad liberales disciplinas &
ad degustanda philosophiæ bona conuertere con-
tendebat: hortabatūque, vt principem omnium
philosophorum Platonem in Siciliam aduocaret,
ipsiq; totum se dederet, vt ab eo comparata vir-
tute & ex studiis sapientia, tanquam ad diuinum
quoddam se conformans exemplar, ex tyranno
rex fieret: quoniam eiuū amore, nō stipatorum
multitudine regni diuturnitas conseruaretur.
His ergo rationibus Dion iuuenis, animum licen-
tia & potestate tumentem, corrigere cœpit. Erat
sanē Dion colloquio asper, in compellendo dis-
ficilis, & proinde eius non gratiosa consuetudo:
tamē sub Platone eruditus, ingenio & industria
condiscipulos superauit. Et ideo ita Dionysius
in Pla-

*Amor,
nō autem
Satellites
Regem cō-
seruat.*

in Platonis desiderium adduxit, ut eum à Græcia in Siciliã accersere decreuerit. Dionis autem inimici, eius formidantes potentiam, veretésque ne is iuuenem ad se alliceret, cum Dionysio suspectum odiosumque reddere conati sunt: Itaque tyranni aures crebris accusationibus obtundebant. Cùm verò Dionysius eorum criminationibus fidem non adhiberet, sed summa cum lætitia Platonem regio curru intra atrium honorificentissimè excepisset, animùmque penitus ad illius doctrinæ præcepta firmasset: Philistus ac cæteri delatores, qui iuuenis mutationem ex Platonis consuetudine præuidebant, manifestis conuiciis & accusationibus Dionem vr gere cœperunt: tanquam Dionysio Platonis eloquentia insidiaretur, ut erepto illi dominatu Aristomachæ liberos, suos ex sorore nepotes: tyrannos institueret. Interim quædam clanculum Dionysio Dionis asseruntur literæ ad Carthaginensiu præfectos, quibus petebat, ut si de pace cum Dionysio quicquã expectarent, ne se incio verba facerent: singula enim se compositurum pollicebatur. His læctis Dionysius Dionem accersiu, à cuius amore ob delatorum criminationes iam refrixerat, & seria cõmentus, ad lectus vsq; colloquendo perduxit, ibique ostensa epistola, ei acriter succensuit, nec quicquam respondere passus est: verùm scapha impositum, in Italiam deuehi iussit. Ex quo cùm regia omnis, & vniuersa ciuitas mœrore, & nouarum rerum cupiditate moueretur, Dionysius timore perterritus homines solari cœpit: Non exulare Dionem, sed paulùm certis rationibus secessisse, ac rediturum continuò. Moxque duas eius cognatis cõcessit naues, ut ad eum quicquid diuitiarum & mancipiorum vellent, deucherent. Erant enim Dionis diuitiæ immensæ, viuendique

Dion Platonis discipulus.

Dion Platonis doctrinam arripit.

in diuasiarum in Dionem.

Dion diuissimus.

*Platonē
remittit
Diony-
sius.*

pompa supellexq; regie per simulis. Et propter-
ea inter Græcos longè clariss. habebatur, quippe
diuitiarum hæc amplitudo exulis potentiam in-
dicabat. Emergente interim bello, Dionysius Pla-
tonem in Græciam remisit, hæc data fide, quòd
sequenti verè Dionem reuocaturus esset: quie-
tam dummodo in posterum vitam ageret: quod
cum minus fecisset, Platoni per literas se expur-
gans, bella causatus est. Eius attamen intuitu
annuos Dionem ex prædijs prouentus habere
permisit: cuius quidem mores cum superbum
nihil tyrannicumve aut intemperans, haberent,
quinimo omnis eius vita insignis esset, ac philo-
sophiæ præceptorum plena, Græciæ vrbes, in qui-
bus versabatur, beneuolentia eum publicisque
honoribus prosequerentur. Quapropter Diony-
sius in suspicionem incidens, ne id sibi perniciem
venderet, ei prouetusmittere destitit, & vniuer-
sum vendidit viri patrimonium. Utque maior
esset iniuria, Aretham eius vxorè, Timocrati fa-
miliari suo inuitam nuptui dedit. Dion igitur ad
propulsandas iniurias animum applicuit, & Sy-
racusanorum studia per amicos clandestinè per-
scrutatus, vt suam occultius celaret sententiã per
alios externũ delectũ cõparauit: cum in Zacyn-
thiorũ insulã coactis octingentis militibus, issq;
strenuis ac fortitudine præstantissimis ad incitan-
dos omnium animos oratione habuit, de regni im-
becillitate, & de tyranni stulticia, à quo multi de-
fectione pararent. Quare multi audaciores facti,
præclara de se polliciti sunt. Dion sacris ritè per-
actis, & mensis pulcherrimè coronatus, in iso Zy-
cynthiorũ stadio illis epulũ dedit. Milites autem
apparatũ hunc supra primatorum vires esse dimi-
ttere. magnopere confisi sunt, ab homine diuisi-
mo, & iam ætate maturo, tam ardua & pericu-
losa

*Dion se
contra
Dionysium
instruit.*

lofa temerè non cœptari. Et licet portenta nonnulla adessent: ita tamen Dionis virtuti confidebant, ut periculosum nihil recusarent. Dion autem completis armato milite nauibus, diu fluctuante pelago tandem ad Minoam siciliz oppidum Carthaginensibus subiectum peruenit. Et cum oppidani eum hospitio prohiberent, cœtertis manibus, eos in fugam vertit: atque vna in oppidum irruens illud occupauit. Sed cognito Synalo præside, plurima sibi amicitia & hospitalitate deuincto, locum restituit: à quo etiã didicit, Dionysium nuper octoginta nauibus in Italia transfugasse. Itaq; Syracusis infestis signis properauit. in quo itinere equites ducet ex Agrigentinis, & Gelois, & Camarinæis, ac ex agro Syracusio multitudo magna ad eum confluxit. Cùmque ad nauium Anapum, decem ab vrbe stadiis distantem peruenisset, positis castris, sacrificia peregit. Erant non pauciores quinque millibus, qui cum Dione sese coniunxerant. Motis inde castris, dum ad urbem cœtenderet: Timocrates, qui, ut prædictum est, Arethim Dionis uxorem accererat in coniugem (hunc enim Dionysius vrbi præfectum reliquerat) timore perculsus, vrbe secessit ad Dionysium. Quare Dion lucidissimis ornatus armis, triumphantis instar urbem ingressus est. Et facto præconis voce silentio, huic asinodæ præconiũ edidit, Dion, cum ad abolendam tyrannidem venerit, Syracusanos iulosque omnes, expulso iam tyranno liberos reddet. Syracusij autem lætitia exultantes, hunc adeptæ libertatis diem, tanquam deo dictum libentissimè celebrarunt: ac dispositis vrinque per viam iris, flores fragetisque sparserunt, & in Dionem tanquam in vrbis Genium, vota precèque verterant. Cum verò Dion populum pro cõtionem ad vindicandam libertatem incitaret, tum

Dion amici gratia oppidum restituit.

Dion Syracusanos occupat.

Dionis edictum.

Syracusis lætis animis ipsum fratremque belli duces constituerunt. Interea Dionysius ab Italia cum classe rediens, arcem quæ suo adhuc nomine custodiebatur, ascendit, & missis tum primum ad Dionem legatis, pacem se velle simulavit: quam simulac minus impetrauit, à populo ad se legatos mitti petiit. Sed hæc omnia subdola erant tyranni figmenta. Nam coniectis in carcerem legatis, stipendiarios in circumductum arci murum emisit, qui per civitatem discurrentes, omnes in fugam vertebant. Verùm Dion opem fugientibus præstans, primus in barbaros irrupit: & hostibus acriter incumbentibus, licet ætate grauior esset, animi tamen magnitudine confirmatus, multos excipiens, obruncauit: sed manum vulneratus, cum ad tela, ad ictus per clypeum inflictos, thorax ipse vix sufficeret, plurimis tandem pulsatus iaculis, in terram collapsus est. Mox autem à militibus erectus, per civitatemque discurrens, Syracusios à fuga retraxit, animis deficientes acuit, adeoque in barbaros illos incitavit, ut dum urbem occupare sperarent, multa accepta clade in arcem se vix recipere possent. Syracusanus ergo populus hac parva victoria, Dionem aurea corona, externos verò milites centum minarum corollis ornauit. Dionysius autem aliam aggressus calliditatem, literas à necessariis mulieribus datas, in urbem per caduceatores misit, è quibus vna extrinsecus scriptæ ad Dionem erant ab Arethæo eius filio. Et cum ceteræ palam legerentur in vulgus, tabellarij hæc vnas publicari vertebant. Dion tamen mox illas soluit. Hæc verò et Dionysio erant, & verbo Dionem alloquebatur, re Syracusanos: sed ita, ut calumniis oneraretur Dion, monebant enim, ne regnum delibaret, nec populû vsquequaque beneficiorum im-

*Dionysii
redicus.*

*Dionysii
dolus.*

memorem libertate donaret: verum suæ nascenti gloria, & tutamini pariter cōsuleret amicorum. Quibus palàm lectis, populus (vt verè semper est ingratus atque instabilis) suspicari verè que cœpit, ne Dion, ob ipsas necessitudines, aliquã do fortassè tyranno morem gereret, & idcirco Heraclidem virum seditionibus assuetum, ab exilio reuocatum, classis præfectum constituit. Tum Dion ciues acerrimè increpauit, qui ad principatus sui labefactionem præfectum fecissent, nec singularum esse se imperatorem, altero rebus maritimis præsidente voluissent, paulò post iterum concione vocata, ipse Heraclidem præfectum designauit. Heraclides cum læto animo gratias agere se, & obtemperare velle dissimulasset, clandestinis susurris Dionè populo suspectum, odiosumq; reddere curabat: mentiens illum Dionysio latenter esse affectum, & propterea verendum, ne aut clanculum cum tyranno transigeret, aut obsidionem nimium protraheret, vt diuturniore principatu ciuibus, terrore percussis frueretur. Quibus verbis cum multi in Dionè mouerentur, Sossis quidã flagitiosus & procax in concione Dionis se palàm infensum indicauit. Postridèq; inflicto vulnere sibimet in capite nouacula, à Dionianis conclamabat se casum. Quod cum non æquè à Dione factum videretur, ipse in medium profliliens, ac obiecta refellès, criminationem cunctã depulit. Populus damnato Sosside, cum Dione in gratiã reuersus est. Postea dũ Philistus ex Iapigia multis trirèmbus Dionysio subsidium ferret, à Dionanis superatus & occisus est. Quo mortuo Dionysius arcem Dioni dediturum se promisit, in Italiãque se excessurum, dummodo ex Gyarte (ea erat feracissima regio) fructus percipere sibi liceret. Cõditione hac à Dione populòque recu-

*Vulgi in
gratitudo
atque in-
constãtia*

*Philisti
mors.*

fata reliquit ille Polyerati filio arcē, cūmq; preciosissimis rebus & supellectilem remigauit in Italiam. Tum Heraclides continuis odiis & calumniis populum irritans in Dionem, Hepponem turbulentissimum hominem instigauit, vt plebem ad diuidendam Gyartem accederet: quando rerum æqualitas libertatis videretur initium, inæqualitas autem seruitutis iugū Cui cum Dion vehementer obstaret, maioribus semper odiis implicabatur, adeo vt populus tantæ seueritatis odio affectus, ad nouorum magistratum comita deueniret. Creatis igitur quinque & viginti ducibus, vt ex tot tantisque beneficiis Dionis tales gratiæ referretur, armis in eum insurrexere. Ipse quum ad Leontinos secederet, orauit ne cum suis sibi dimicandum esset. Illis autem instantibus, post multas preces, vbi aut moriendum aut pugnandum esse vidit, erumpens paucis occisis, reliquos in fugam verit. Ipse à Leontinis magnificentissimè susceptus, fore sperabat, vt yracusani operæ suæ desiderio breui tempore mouerentur. Interea à Dionysio triremes in arcem per Nipsium Neapolitanam, frumesta & pecunias deferentes obsessis missæ sunt. Quas cum illi recepissent, & ciues præ lætitia sic tumerent, vt magistratui nulli audientes, voluptatibus tantum, Veneri Liberòque indulgerent, Nipsius id conspicatus, luce prima emisit stipendiarios. Hi obuios pro libidine cæciderunt, aedes diripuerunt, mulieres puerosque in arcem adduxerunt, parietes diruerunt, omnia in grege plena desperationemque compleuerunt. Ciues post hanc cladem omni spe nudati, Dionem reuocandum censuerunt, orandumque, vt obliterata iniuriarum memoria, eis opem præstare non denegaret. Qua exorata, dum expeditione accingeret,

infa-
notum in
Dionem
ingrati-
endo.

Dion ye-
uocatur.

ci
u
ni
o
In
vr
pu
ca
in
ru
tri
pro
&
in
mu
ni
pro
ta
in
ni
tar
ne
bus
qu
Jaro
rab
diff
&
in A
rem
ret,
test
sup
dus
dia
mit

cingeret, interim Dionysij milites, cum iam ad-
 uelperaſceret, in arcem ſeceſſere. Proinde factio-
 nis principes aſſerebant, Dionis amplius non eſſe
 opus, ad tuendam enim urbem ſe idoneos eſſe.
 Inter hæc denud Nipſius promptiore manu in
 urbem irruens, omnia populatus eſt, omnia diri-
 puit, & caſis vtriuſque ſexus multis hominibus,
 cætera igni ferroque mandauit. Ciues qui à eade
 incendioque euaserant, obuios ſeſe Dioni fece-
 runt, per deos obteſtâtes, vt ruenti & ardenti pa-
 triæ opem aſſeret. Dion audito urbis periculo,
 prorinus citato curſu ad urbem duxit exercitum
 & diſpoſitis per opportuna loca præſidiis, ciues
 in aciem compoſuit. Deinde peractis ſacris, pri-
 mus ipſe violenter in hoſtes irruens, certamen i-
 niit. Terribilis erat hoſtium aſpectus, inſtructa
 pro muro acie, flammis telisque ſæuentium. Mul-
 ta tandem accepta elade, Nipſius ſuos fugientes
 in arcem reduxit. Adepta hæc victoria, Syracuſa-
 ni Dionem patriæ liberatorem, Deumque ſalu-
 tarunt. Heraclides autem & plerique alij à Dio-
 ne veniam petierunt, peccaſſe ſe conſeſſi. Qui-
 bus cum indulſiſſet, ab amicis reprehenuſ eſt,
 quòd flagitiſis peperciſſet: aſſerentibus popu-
 larem ſeditionem non minus eſſe timendam, ac
 rabiſam quamque tyrannidem. Tum respon-
 diſſe eum conſtat: Cæteros imperatores ad bella
 & arma plurimum eſſe poſſe exercitatoſ, ſe autem
 in Academia diutius ob hoc verſatam, vt furo-
 rem diſceret, iracundiam inuidiamque cohibe-
 ret, & propterea velle aduerſarios non ſolum po-
 teſtate & dignitate, ſed etiam iuſtitia & bonitate
 ſuperare. Si verò Heraclides ex inuidia perſi-
 dus ſit, non rectum eſſe virtutem ſuam iracun-
 dia corrumpi, hominis fanè aliquando procer-
 nitatè, beneficiis & gratia permutari poſſe. Mox

*Nipſius
 igni ferroque
 mandauit omnia.*

*Dionem
 victoriam.*

*Popul. ſe-
 ditionem quã
 timendam
 formidanda*

ad obsidendā arcem conuersus, circumducta noctu fossa, vallo eam ab vrbe discreuit. Pōst edificato rursus muro, acrius obsessos pressit. Quibus demū nemine succurrente, & deficientibus cōmeatibus vltima cōditio subeunda fuit, de diderūt enim se Dioni, suāque. Recuperata igitur arce, Diō Arethā prius vxorem suā, alteri deinde nuptā, pristina tamē charitate cōplexus est. Cum qua subinde, restituta Syracusanis arce, priuatē quietēq; vixit. Verū vbi de integro Heraclides ei insidias tēdere pergeret, tandē Dion eius morti consensum præstitit. Quo interfecto Callippus, primus amicorum Dionis, quod sibi Siciliae principatum animo destinasset, aduersus Dionē multos instigauit, ac ingratitude suæ & conspirationis participes fecit. Dion autem post Heraclidis iaceritum tristior, quasi suam hac nota vitam maculasset, domi se continebat, exoptans potius vita defungi, quā diutius viuere, ecce coniuratum nonnulli in domum Dionis peruasurum. eūmq; victimæ instar pugionibus confoderunt. Verū Callippus ipse non diu tantum scelus impunē tulit. Nam amissis Syracusis, cū omni Sicilia propter odium pulsus esset, tandem ad tantam peruenit calamitatem, vt eodem pugione, quo interemptus est Dion, semet occideret.

*Heraclides iacerit
tus.*

Dion

D.

*Dion pugionibus
confoditur*



Marcus Brutus.



ARCO Bruto, progenitorē Iunij Brutum fuisse tradunt rerū scriptores, eum qui Tarquinius constantissimè eiecit. Tamen si in eum Cæsaris gratia quidā odio æstuant, non à

Iunio

Junio quidem deuenisse, sed plebeium patrem
 habuisse commemorant, & à Iunij dispensatore
 quodam originem traxisse. Mater eius Seruilia
 fuit iunioris Catonis soror. Hic quidem Brutus
 bonis artibus ac philosophia præclare institutus,
 cum ad rempublicam accessisset, morum
 suorum grauitate ad æquum bonumque propen-
 sius ferebatur. Et cum Græcos fermè omnes
 philosophos audiuisset, Platonicos tamen sum-
 mopere coluit, atque Antiochum Ascalonitam
 mira obseruatione profecutus est, quòd si non
 doctrinæ gloria, vitæ tamen integritate multos
 philosophos adæquauit. Eius facundia erat mi-
 litaris, bellicisque accommodata tumultibus,
 nec minùs sententiosum & graue eius erat græ-
 cum dicendi genus, quàm Laconum breuitate
 excelsum, vt liquet per quasdam eius epistolas
 græcè conscriptas, ad Patatæos: sanè huiusmo-
 di: Audio vos Dolabellæ dedisse pecuniam: si
 sponte, facti estis iniuriam: si inuiti, hoc ostende-
 ris, si & mihi sponte dederitis. Ad Samios verò,
 Consilia vestra nil pensi habent, res tardæ,
 quis horum finis, existimate. Magna pruden-
 tiæ indicia edidit, nondum fines adolescentiæ
 transgressus, sub Catone auunculo in Ptolema-
 um Ægypti regem duce designato. Nam in Cy-
 pro magna solertia grandes regias opes asserua-
 uit, & paulò post argentum ex eis redactum, Ro-
 mam integerrimè transiit. Cæsare non multò
 post, Pompeique arma mouentibus, Pompeia
 nas partes ceu iustiores secutus est, licet Pom-
 peij causa pater obierat: ipsius legatus igitur
 in Siciliam cum sexto missus est. Cum autem in
 Macedoniam in castra venisset. Pompeius as-
 surgens veluti cæteris præstantiorem amplexus
 est. Qui nisi cum Pompeio de rerum summa

Brutus
Platonico-
cum.

Græco
cōplur
Brutus
scripsit
si epistol. 10.

Pompeiu
tanquam
auiorē
Brutus
sequitur.

*Brutus
Cæsari
filius non
abere exi-
stimatus.*

*Brutus
Cæsari
suspectus.*

*Brutus
eser ty-
rannidis.*

consultaret, semper in literarum studiis, aut in componendo Polybij epiromate versabatur. Nec post Pompeianum conflictum minore fuit apud Cæsarem gratia, licet quidam ob Seruiliæ matris eius honorem, quam Cæsar adamarat, id illum fecisse ferant. Et propterea suspicatum est, Brutum à Cæsare genitum, qui cum è Pharsalica pugna per paludes euassisset, Cæsar eius salute lætatus tanti eum in posterum fecit, quanti vix vllum è cæteris alium. Quicquid enim voluit, petere potuit. Itaque Cassium ei conciliauit, Lybyæ regem ab ipsius ira & indignatione liberauit. Erat Brutus seueritatis inflexibilis: verum iuxta rationem tamen, bono magis & æquo studuit. Quare eum Cæsar urbana insignibus præturæ honestauit. Hinc prima Cassij cum Bruto fuit dissensio: nam Cassius eiusdem competitor tum succubuerat, nisi quodd aliam mox præturam obtinuit. Sed Bruti magnanimitatem, potentiam, & amicos Cæsar non sine suspitione considerabat, id ex eo probatur, quod cum Antonius & Dolabella apud eum innouandarum rerum cupiditatis accusarentur, responderit non pingues hos, & comatos, sed pallentes illos & macilentos horrere: De Bruto Cassioque locutus. Cassius quidem veluti furiosus, priuatim Cæsari infensus erat: Brutum autem tyrannidis dominationem odisse ferunt. Quamobrem, multi eum tum literis, tum sermonibus ad rem peragenda assidue prouocabant. Ad progenitoris enim statuam inscriptum fuit: Vtinam nunc viueres, & nunc Brutus esses. Eius etiam tribunal his erat notatum: Brute quid dormis? non Brutus es. Præterea Cassius dedita opera se cum Bruto conciliauit, eum vt contra Cæsarem prouocaret. Semel verò cœpit: O Brute, inquiring,

inquiens, ab aliis populus largitiones & spectacula petiit, abs te tyrannidis euerfionem: Non enim extorres lanitæ tribunal inscribere tuum, ad tyrannidum sed Romanorum primarij. Et multa id genus uerfionis incitari. Mox fide composita ad auerfionem incitari. Quos cum prætentassent, susceperunt illi assensuros se, si non tam celeritate & audacia, quam consilius res gereretur: opus enim esse præstantis viri alicuius autoritate, sine qua pulchram se habituros causam non censebant. Verum cum Brutus huic rei caput se fore diceret, assensere cuncti. Sicque eius dignitas optimos plerosque, & alios etiã audaces, ac mortis contemptores, ad tam grande facinus adduxit. Erat enim in vrbe generis, dignitatis, & virtutis claritate primus. Idibus quidem Martiis, in porticu in qua populi mandato statua erat Pompeij erecta, senatus cogebatur, & et constabat Cæsarem esse venturum. Et propterea conspiratores hinc inde in porticum profecti, occasionem tempusque expectarunt. Brutus etiã accinctus gladio sub chlamyde, illò iam venerat. Tum Cassius aliquot comitatus, Bruto adhæsit. Hic Popilius vir consularis inter salutandum, precatus illis est ut cæpta feliciter euenirent. At ipsos inde suspicio inuasit palàm esse quoddam constituisse. Cæterùm adueniente Cæsare, qui inausa sacra, grande nihil in senatu sancire decreuerat, & idcirco veluti valetudinarius lestica vehabarur, affurrexit senatus. Sedentem ita circumstetere coniuurati. Tum Tullius CyMBER, cuius prima erant partes, Cæsarem pro fratris exilio orare se simulans, supplex accessit. Illo benignius respondente, CyMBER manus vestemque exosculans, acrius institit, Cæsarem rem differente, reiicientéque nimias preces, CyMBER impudentius insistens, vestem

*Cassius
Brutum
ad tyrannidum
uerfionis
incitari.
Non tam
celeritate
& audacia
quam
consilio
res magna
gerenda
iuni.*

*Popilius
Brutum
voti com
potem fieri
exoptat.
Cæsarem
cadis apparatus.*

illi manibus detraxit. Cùm autem, Hæc quidem vis est, ille diceret, Casca exerto pugione primus illi retrò vulnus inflixit. At Cæsar conuersus, percussoris manumprehendit, & Quid agis, inquit, scelerate Casca? Sed cùm Brutum stricto gladio occurrere cerneret, Cascam dimittens, chlamyde caput obuoluit, nec amplius restitit. In cuius eadem cùm vulnera mutuò communicarent, Brutus in manu, alterius gladio sauciatus est. Et quia inter eos constitutum erat, neminem præter Cæsarem occidere, Brutus sociique cruore respersi, strictisque ensibus, in Capitolium profecti sunt. ibique Brutus populum ad libertatem hortari cœpit. At cum Cinna Cæsarem accusaret, eique malediceret, multis ira excandescens, tumultuari cœptum est. Paulò post tamen Antonio Plancoque & Ciceroe concionantibus, de abolitione cædis, de concordia, de præmiis dandis sententiæ dictæ. Quare Bruto post multas laudes Creta, Cassio Libya, Trebonio Asia, Cymbro Bithynia decreta est. Alterique Bruto Gallia, circa Eridanum Antonio deinde dicenti, Cæsaris testamentum esse aperiendum, & corpus magnifico honestandum funere, Brutus assensum præstitit. Cui cùm Cassius repugnaret, in simulates iterum incidere. Aperto itaque testamento, & funere per forum delato, Antonius pro rostris in Cæsaris laudes mirificam habuit orationem: & ostenso pallio, cruore ictibusque deformato, omnes in percussorum odium incitauit. Hi igitur clamantes, ex direptis officinarum sedilibus mensisque

Cæsaris mors.

*Cæsaris interfectio-
ribus præmia
decernuntur.*

*Cinna pro coniu-
ratore ca-*

torum sacrorum medio immolantes, cadauer flammis cremauerunt. Mox raptis torribus, ad percussorem domos currentes, in Cinnam quemdam confossus. Cæsaris amicum incidere, credentisque illud esse, qui

qui nuper Cæsari maledixisset, eum confode-
runt. Quare Brutus cæteri q. metu ex vrbe egressi,
Antium profugere. Antonius quidem hoc tanto
populi furore elatior factus, mutata sententia,
monarchiam propemodum in vrbe consequu-
tus est. Quapropter Brutus desiderari cœpit. Sed
cùm Octavianum Cæsaris adoptiuum natura
quidem sororis filium, ex Apollonia Romam ve-
nisse audiisset, ad seque ciuium ac plebis fa-
uorem allexisse, ac Cæsaris nomen assumpsisse,
rôbus iam propè desperatis Italiam linquens, A-
thenas nauigauit, vbi honoribus & decretis ho-
nestauit, philosophiæ, aliquandiu operam dedit,
atque simul ad oogendum exercitum industriam
adhibuit. Per id tempus, dum ita Brutus se para-
ret, Antistius quidem Romanus prætor, magna
cum ipso beneuolèria coniunctus, ex Asia Romã
naues cum pecuniis deuehebat. Eum Brutus per-
suasit, vt quinquaginta aris millia, nauésque a-
liquot sibi traderet. Paulò post, quingentos etiã
equites Dolabellæ abstulit, quos illi in Asiam Ca-
nutius adducebat. Sed postquam nunciatum est,
Cæsarem Octavianum præter ætatem (vicefi-
num enim erat natus annum) exercitus quasi
fortitudine consulem esse factum, ac contra con-
spiratores nitentem, iussisse Brutum & Cassium
per præconem in iudicium acciri, seque cum An-
tonio & Lepido iunxisse, tum etiam proscrip-
tis ciuibus ducentis, & Cicerone iam interfecto pro-
uincias ad arbitrium distribuisse, non mediocri-
ter turbatus est. Est igitur amplum iam & splen-
didum parasset exercitum, tamen operæ precium
duxit, Crassum ex Ægypto acciri, vt coniunctis
copiis facilius reipub. libertati consulere posset,
Cui cùm Cassius libenter annueret, apud Smyr-
nam congressi, quid in tam magnis rebus,

*Brutus
Athenas
nauigat.*

*Cæsar
Octavia-
nus cõsul
factus.*

*Cassius
copias in
git cum
Bruti co-
p.*

Cassij natura in re bellica M. Bruti ne hostibus. qui dem odio fuit.

que grauibus optimum esset factu, consilium habuere. Statimque summa cum lætitia discesserunt. Cassius Syriam, Brutus Macedoniam petiuit. Cassius in re bellica ferox erat, iracundus & asper ac extimescendus. Cum domesticis autem ad risum pronus, scommarumque audis. Brutus verò propter suas virtutes ab optimo quoque amabatur, ita desiderabatur ab amicis, ita admirationi omnibus erat, ut ne hostibus quidem odio esset. Præter hæc iracundiæ, voluptatis, & auaritiæ expertus ad fas piùmque semper inclinauit. Et idcirco virtute magis quam potentia pollebat. Sapius dicere solitus est, aut se victorem rempublicam liberaturum, aut morte seruitutem euasurum. Post ad Lycios perueniens, cum exercitum & pecuniam posceret, ipsique dissentirent, & colles aditusque præmunirent, Brutus eos adortus, caesis non paucis, loca omnia occupauit. Quos autem cepit, credens esse liberalitate deuinciendos, libera missione donauit. Sed ipsi clementia hac abutentes, secessere ad Xanthios. Brutus eos insecutus,

Xanthij cum liberis urbe inflammata in ignes insilunt.

Xanthum obsidione circumdedit. Tum Xanthij formidantes seruitutis iugum, mori prius quam seruire statuerunt. Itaque urbem facibus inflammantes, in ignemque insilienter, non solum masculos, sed mulieres ac omnia sua secum traxere: progenitores suos imitati, qui multa ante tempore Persico bellico, simili desperatione percussi, seipsum urbemque incendio perdidérant. Deinde cum quasdam Brutus Patareorum mulieres captiuas haberet, & ab omni eas militari iniuria tutas reddidisset, hæc suis Bruti modestiam continentiamque narrantes hortata sunt ut ei urbem seque dederent. Quod illi fecerunt. Interea Cassius à Sardis à Bruto vocatus, ad gerent-

gerendarum rerum consultationē accedere cepit. Tum quadam nocte silentio per castra ubi que factō, dum Brutus vigilans futura secum reputaret, speciem quandam terribilem & monstrosam ad se ingredi aspexit. Hanc cum magno animo inrerrogasset quidnam esset, aut quid sibi veller? respondit, Philippis me videbis. Genius tuus sum Brute, malus. At ipse, Videbo, inquit, mox quum euauisset phantasma accersitis pueris, an quempiam vidissent audiissentque, quæsiuit, illis negantibus accubuit. Postridie autē Cassio iam præsentē, in Macedoniam aduersus Casarem & Antonium copias duxere: vrbesque omnes passim sibi subiicientes, tandem in locis difficillimis haud à Casaris Antonique exercitibus procul castra posuerunt. Ager qui utrosque exercitus determinabat, Philippici campi vocabatur. Cernere erat ibi Romanorum vires, & vtrinque instructos exercitus, non multitudine, verum splendore solo differre. Quippe Bruti copix erant auro argenti que Casarianis ornatiores. Brutus enim milites asperiores fieri credebat, quandoquidem arma veluti diuitias cordi haberent. Et propterea tali ratione in constantiam milites adducere volebat. Lustratis igitur hincinde exercitibus, cum iam Brutus rem ferro decernere festinaret, Cassius ob prodigia quæ mala sibi obuenerant differendum censebat. Attamen cum ab aduersariorum castris pugnx signa prodissent, consensit. Tum antequam in aciem iret, Brutum sic affatus est: Cum humanarum rerum incerti sint exitus, Brute, & præliorum longè magis incerti, si aduersa fortuna pugnauerimus, de fuga, aut nece, quid decernendum putas? Tum Brutus: Insuperior, inquit, ego Catonem accusaui, quod nefas duxisset fati cedere, & nunc idem censeo. Quare

*Bruti ma-
lu Ge-
nius lo-
quitur.*

*Bruti co-
pia autē
argenti q-
ornata.*

*Cassius
Brutum
affatur.*

*Mirāda
spei &
audacia
Bruti.*

si nos deus non tuebitur, iterum delectum habere, iterum in spem altam ingredi conabimur. Mox Cassius eum amplectens subridensque: Hoc pacto, inquit, in hostes irruamus, ut aut vincamus, aut vinci non timeamus. Sic Brutus dexterum obtinens cornu, eduxit equitatum, & simul iuxta peditatum locauit. At milites moræ impatientes, non expectata tessera, ex qua prælij signū ducibus dabatur, vno impetu clamorēque ingenti, in Cæsarianos excurrerunt. Cæsar quidem ob malam valetudinem aberat. Antonius autem fertur pugnae initio in paludibus delituisse, eius tamen cornu Cassio oppositum fuit. Hic cædes maxima à Bruti militibus edita. Lacedæmoniorum, qui nuper in Cæsaris auxiliū venerant, duo millia obruncata, cohortes tres fusæ: cæteri in castra vix elapsi sunt. Sed Cassius in sinistro cornu re malè gesta, ab Antonianis fugatus, cum paucis in quendam editum collem se recepit: credensque Brutum simili fato pugnasse, ne in hostium manus incideret, in tabernaculum quoddam secessit, ac seruo cuidam ad hos casus reseruato, iugulum præbuit. Brutus autem audito Cassij conflictu atque morte, eò tristis lachrymansque aduolauit: ac post tanti viri lamentationē, Thasum corpus deferri iussit, ac ei magnificentissimè iusta perfolui. Deinde Cassianos milites humaniter solatus, pro amissis rebus drachmarum duo millia cuiuslibet dari iussit. Et si proximæ pugnae victoriam reportarent, pollicitus est Thesalonicam Lacedæmoniamque in prædam ipsis se concessurum. Licet verò Italiam fermè omnem

*Cassius
seruo iu-
gulum
præbet.*

*Ex Cæsari-
anis plu-
res duplo
cecidit.*

expulsis habitatoribus aduersarij militibus suis promiserint, tamen hoc Bruti inexcusabile erratum fuisse videtur. In hac quidem pugna ex Cassianis ad octo millia ceciderant, ex aduersariis

duplo

duplò plures. Interim occultè Cæsari nunciatura
 est, copias quas ex Italia euchi curabat, à Bruti
 classe absumptas esse. Ex quo ei Antonioque opti-
 mum visum est, armis decernere, prius quàm hæc
 Bruto nota fierent. Sicque structis copiis in aciem
 constituerunt. Brutus victoriæ navalis ignarus, cū
 hostes in acie videret, morari noluit. Sed com-
 positis hostium, è regione cornibus, certamen æ-
 quum præbuit. Qui si navalis victoriæ nuncium
 habuisset, hanc distulisset pugnam, & fortasse pro-
 pter hoc vel maximè, quòd priore nocte tetra illa
 imago, quæ in Asia ei se obtulerat, etiam tunc vi-
 gilanti apparuerat. Cæterum suos tanto impeto
 in aduersariorum cornu impulit, vt cædentibus
 illis facile vicisse videretur, nisi sinistrum Cassia-
 norum cornu ab aduersariis scissum, terga dedis-
 set. Tum hostes illud feriendo persequendòque,
 Brutum etiam circumdederunt. Verum is manu
 mentèque strenuus, omnem & militaris & impe-
 ratoriæ virtutis vim exercuit, quoad Cassiani
 priore conflictu percussis, sic & tunc trepidi peni-
 tus diffugerunt. Tum enim strages vbique fiebat,
 & fortissimi quique Bruti gratia periculis se ob-
 iectantes, perierunt. Inter quos Marci Catonis fi-
 lius, manu strenuè pugnans cecidit. At Lucilius
 Brutum ab hostium manibus sic liberauit. Nam cū
 eum perspexisset à barbaris inquiri, in eiusq. necem
 eos eniti, Brutum se esse simulauit, rogauitq. (quo-
 rum scilicet a-
 niã Cæsare extimescebat) ad Antonium se deduci
 mor.
 cui maximè confidebat. His decepti verbis hostes
 ad Antonium illud adduxere. Brutus igitur interim
 per rupem quandam arboribus densam obscura iam
 nocte in concauum eius loci, cum paucis aufugit. Et
 cum illinc etiã fugiendum esse nonnulli diceret: Non
 pedibus, inquit, sed manibus fuga mihi petenda
 est. Mox patriæ fortunam incusans, quòd præter

Brutus
seipsum
incri-
mit.

leges falsque ipsos dominari permetteret, socios salutis suae rationem habere iussit. Ipse vero cum duobus longius secedens, vertit in pectus enses, in eumque incubuit, sic momento temporis vir clarissimus diem clausit extremum. Defuncti corpus cum Antonius inuenisset, in purpuream chlamydem inuolui iussit, reliquiasque ad Seruiliam illius matrem Porciamque uxorem honorifice deferri.

COMPARATIO DIONIS & BRUTI.

Horum virumque amplissimum per occasione factum fuisse constat. Sed rerum a Dione gestarum participare fuit nemo, veluti Bruto Cassius, qui non minimam profectio de gestis rebus & consiliis contra Casarem susceptis sibi viderat. Praeterea Dion ad liberandos a tyrannide cives diuitias erogauit. Brutus autem ex bellis diuitias nactus est. Ipse ite & Cassius exorres ocium nunquam nactus, imo capitali danati crimine, ad suppliciumque petiti, propter se potius quam propter cives bellum sumpserunt. At incundiosem agens exul Dion vitam, pro Sicilia & salute in discrimina vltro se coniecit. Et licet cives Dione criminentur, quod e Syracusis Dionysium euadere permisisset, tamen in re bellica culpandum haud fuit: tum rebus optime gestis, tum quia aliorum male gestis saepe correxit. Brutus autem multa tumultuose non semel agens, infeliciterque dimicans, postremo animum & spiritum abiicit. Cui item obiicitur, quod a Casare conseruatus auctus, & cum primis honoratus fuerit. Verum Dion amicitia simplici ac sola propinquitate tyrannico coniectus, eius semper vsui, honori, salutisque consuluit. Eius vero patria, & in re lacefitus uxoria, bonisque spoliatus, vix tandem in bellum erupit. Hoc contra Bruto laudi

ro laudi datur, quod cum priuatus Casarem odio non haberet, pro patria libertate tanta susceperit pericula. Sed Dion non nisi laeessitus videlicet, bellum sumpsit. Item cum Casaris hostis esset Bruciu, Pompeio nihil quod e rep erat consuluit. Dion autem ad gratiam multum Dionysio blanditus est. Qui simulat que ipsi credere noluit, ita inimicum expertus est. Illud Bruci maxumum est, virum confodisse, cuius nomine ipsi etiam Parthi, Indi que perterreserent: nec per merum quicquam a propria animi excellentia remississe. Porro Dionis vltor fuit nemo, Bruci corpus etiam hostis Antonius funere extulit. Et Casar quidem illius honorem postea non conuellit. Quippe cum eius Mediolani statua esset, Casar eius primum increpuit, quod suum penes se hostem paterentur. Sed cum id negantes, quisnam esset, interrogarent: iste statnam intruens, Non hic, ait, hostis noiter est? Silentibus illis Lara subito fronte laudauit hanc constantiam, quod amico in aduersis etiam fidem seruassent, simulque iussit in eodem statuam loco permanere.

In Bruci corpus ac honorem non saust hostis.



Demosthenes.

DEMOSTHENES annis non maior septem, in patrimonio ferme talentorum quindecim a Demosthene patre sub tutoria potestate relictus est. Et cum tutores, cum subripiendo, tum negligendo, eius bona diminuissent, non poterat ipse deficiente pecunia praceptoribus satisfacere, neque liberalibus imbui disciplinis. Attamen annis grandior iam factus, cum Callistratum peregre concionantem semel audit-

*Demost.
amula-
tio.*

*Demo-
sthenis
studium.*

*Demo-
sthenes
lucernam
oler.*

set, vidissetque summo omnium applausu & laudatione eundem domum reduci, tanta gloria commotus, quasi omnia orationis vi fieri possent totum ad dicendi se studium contulit. Et cum sub Isæo, seu Isocrate, vel Platone (vt aliis placet) in dicendo profecisset, tutoribus suis diem dixit. Quibus conuictis, licet integrum debitum non exegisset, consuetudinem tamen dicendi audaciâque consecutus est. Eius autem oratio videbatur esse ab initio auditoribus non grata, quod confusus ageret, & argumentis abundaret. Sed ille breui studio, exercitatione, cura, & Satyri histrionis consilio tantum effecit, adeoque vocem & actionem emendauit, vt non prior Demosthenes, verum alter quidam videretur. Ferunt enim Demosthenem subterraneum locum ædificasse, in quem descendens, corporis gestum vocemque reformarit. Et hoc pacto multa in semet nouis sententiis, locis & argumentis domi commutans elimauit. Ex quo apparet, eum natura, aut ingenio, aut oratione extemporanea non multum valuisse. Propterea Pytheam dixisse ferunt, Demosthenis enthy memata lucernam olere: quoniam dicturus non assurgeret, nisi antea premeditatus. Itaque cum omnes sui temporis oratores præter Demadem superaret, Theophrastus à quodam interrogatus, qualis sibi orator Demosthenes videretur, respondit: Sua dignum ciuitate videri. Deinde de Demade rogatus, eum supra ciuitatem esse dixit. Fertur etiam linguæ hesitantiam coniectis in os lapillis emendasse, vocemque currendo, scandendo, pronunciando, confirmasse. Habuisse item magnum domi speculum, in quo se videns gestum erudiret. Tandem Phocensis belli tempore ad rempubl. se contulit. Et occasionem nactus honestissimam Græcorum liber-
berga-

bertatis tuendæ, aduersus Philippum præclare differuit, magnamque sibi gloriam comparauit. Tum verò constanter reipubl. se dedit, vt partes quas à principio fouendas susceperat, ad extremum vsque constantissimè profecutus sit. Magis *Demo-* tamen faciundia, quàm rei bellicæ peritia excel- *sthenis* luit. Nec omnino à pecuniarum corruptelis san- *auaritia.* ctus fuisse videtur. Sed quanuis in concionibus reprehendendi libertatè exercebat, tamè Atheniensibus, vt quendam accusaret iuentibus, respondit: Viri Athenienses consultorem me semper habebitis, calumniatorem nunquam. Fertur etiam octauo & vigesimo anno ætatis orationes edidisse complures, & ostendisse in plerisque, honestatem per seipsam esse experendam: vt in illa aduersus Æschinè pro Ctesiphonte, & contra Aristocratem, præcipuè verò in Philippicis liquidò paret. Nam conatibus Philippi semper aduersatus, iis orationibus in eum Athenienses incitare conatus est. Et propterea multus erat de eo apud Philippum sermo. At cum fortè ad eum vnus ipse ex legatis proficisceretur, rex licèt Æschinè & Philocratem maiori honore profeceretur, Demostheni tamen maiori verborum apparatu respondit. Et cum in discessu Philippi cæteri mitis efferrent laudibus, Demosthenes solus cauillis lusit. Quinimo tunc cunctas fermè Græciæ ciuitates in eum conciuuit, ita vt coactis pedum quindæcim, equitum duobus millibus, præter vrbanas copias, Eubœam, Achaiam, Corinthum, Megaras, Leucadeam, Corcyramque, Atheniensibus confederaret. Eodem tempore cum *Thebano* Thebanos etiam in societatem aggregare nitere- *rum cum* tur, & Philippus per legatos in *Atheniè* thebano senatu *contrarium* tentaret, tanta orationis vi vsus est, *sib. socie-* vt Thebanorum animos non difficulter in sen- *tas.*

*Demo-
sthenis
fuga.*

tentiam suam traxerit. Ex quo Philippus promisso caduceatore, pacem petere coactus est. Abundè tamen tum patuit, Demosthenem non minus apud Thebanos, quàm apud Athenienses auctoritatis habuisse. Sed fortuna Græciæ libertati finem iam impositura, Demosthenis consilio magnopere derogauit. Erat enim tum Græcorum exercitus apud Thermodontem, cum Demosthenes copiarum potentia fretus præter oraculorum omnia pugnam committi suavit. Est igitur commissa. Verùm ipse tandem eorum omnium oblitus, quibus alios succenderat, ne clypei quidem memor, in quo aureis literis inscriptum erat, Bona fortuna, fugæ se dedit. Philippus verò tanta victoria elatus, Demosthenis institutum multis verbis irrisit. Paulò autem post, audiens Demosthenem orationis suæ vi vniuersam in ipsum concitasse Græciam, valde perhorruit. Tantæ fuit etiam apud Persarum regem auctoritatis Demosthenes, vt satrapis rex scripserit, pecunias Demostheni traderent, eidemque parerent, ad abigendos è Græcia Macedones. Cæterùm è ciuibus quidam Demostheni infensi erant, ac proximæ cladis nomine eum in iudiciũ traxere. Sed à populo honorificentissimè absolutus est, iussusque demortuos pro concione, laudauit. Non multò post audito Philippi interitu, deinceps Demosthenes Græciæ, ciuitates vniuersas in conspirationem induxit, præfectisque Persarum regis scripsit, Asiæ qui præerant, vt aduersus Alexandrum, quem puerum appellabat bellum mouerent. Alexander autem in

Thebani Bœotiam exercitum ducens, fractis Atheniensium
ab Ale- animis Demosthenisq. ardore restincto, Theba-
xandro su- nos minimè per se potètes in potestatem suã re-
perati. degit. Quibus rebus Athenienses percussis, Demo-
sthenem

sthenem cum nonnullis ad Alexandrum in legatione miserunt, ad quem cum pergeret, Alexandri iram animo repetens, deserta legatione domum reuersus est. Ex quo Alexander ira percitus, Demosthenem & alios pluresque oratores ad se ab Atheniensibus mitti petiit. Ea intelligens Demosthenes, fabulam illam de lupo, canibus, ouibusque populo aperuit. Ciues ouibus, se & petitos canibus pro populo certantibus, Alexandrum ~~lupo~~ assimilauit. Nonne videtis, inquit, homines modica mensura, maximos aliquando frumenti aceruos emeriri? Haud secus, nos si tradetis, vniuersam breui tradetis ciuitatem, Hæsitantibus itaque Atheniensium animis, an illos Alexandro traderent, Demades mercedem quinque talentorum cum populo pactus, Athenienses Alexandro reconciliauit. Interea Harpalus ab Alexandro cum grandi thesauro ad Athenienses dissiugiens, mercedis spe pluresque allexit, ut eum recipiendum esse censerent. Demosthenes autem repellendum eum asseuerabat: nec propterea bellum denuo cum Alexandro innouandum. Cum hæc agitaret, & Harpalus aurum & naui vasaque in medium explicaret, Demosthenes illuc oculos conuertens, cuiusdam barbari vasculi opere plurimum delectatus est. Tum Harpalus cognito per oculorum motum hominis desiderio, noctu vasculum cum talentis viginti Demostheni dono misit. Is largitione percussus, Harpalo facile cessit. Patefacta autem corruptela accusatus, ac ad Arcopagitas, quorum ipse iudicio parere se velle dixerat, reiectus est. Quinquaginta igitur talentis multarum illi in carcerem ipsum coniecere. Sed paulo post occasione accepta fugam arripuit. Et dum aduersæ factionis homines eum sequerentur, solarenturque ac viaticum afferrent, geme-

*Facetus
Demost.
sermo.*

*Demades
orator in
signis A-
theniensis.
Alexan-
dro con-
ciliat.*

*Aurea
vasa
quantum
possunt.*

*Demosthenes
ab Har-
palo cor-
ruptus in
exilium
mittitur.*

bundus inquit, Quid ni agro non animo ciuitatem hanc relinquā, in qua tales habeam inimicos, quales in aliena amicos inuenire difficillimum sit? Exulauit itaque in Agina. Quo quidem tempore Alexandrum obire contigit. Mox Græciz ciuitates denuò conspfraverunt. Erant per id temporis Pytheas & Calymedon Athenienses ab vrbe profugi, ac aduersuspatriā Antipatro adhaerebāt. Demosthenes autē licet extorris Atheniensem tamen semper legatis aderat: nec eis gratia, studio, aut cōsilio deerat. In Arcadia sanē Pytheas & Demosthenes ad iugū in cōcione proruperūt, dū alter pro Macedonibus, alter verò pro patria cōtēderet. Quod cū Athenis renunciatum esset, adeò populum cōmouit, vt sacerdotibus, magistratu, ac ciuibus obuiam prodeuntibus, ab exilio magnificentissimè receptus est. Tetendit ipse ea die ad cælum palmas, gratulatus identidem, quòd præclarior sibi quàm Alcibiadi reditus esset in patriam, quoniam non coactis, sed persuasus ciuibus rediret. Interiecto tempore & fractis Græcorum viribus, audiens Demosthenes Antipatrum & Craterum Athenas obsessuros aduentare, multis comitatus vrbe excessit. Populus autem Demadis impulsu, capitali eum animaduersione condemnauit. Antipater itidem (vt ipse Demostheni insensus) satellites ad ipsam e medio tollendum misit. Erat satellitum princeps Archias. Is audiens Demosthenem in Calabriam ad Nepruni templum confugisse, eò annauigauit. Quo reperto multis ei blanditiis persuadere conabatur, vt ad Antipatrum se conferret, ab eo humanissimè suscipiendus. Sed quia precibus nihil effecisset, vim se adhibiturum comminatus est. Demosthenes autem vidēs se minimè à grassatoribus posse euadere. Expecta, inquit, paulum dum

*Demadis
in Demo
sthenem
adsum.*

dum domesticis pauca scribam. Simul in interiorem templi partem descendit, & accepto velati scripturus libro, calamum sæpius memordit. Tandem os veste regens, veluti se ligandum præbuit. Dum igitur ab Archia traheretur, diffuso iam per intima veneno, suspirans examinatus est. Et sic ex calamo illo, quem mordens tenuerat, venenum sumpsisse creditus est. Obiit autem XVI. Calend. sextiles, Cæceri ieiunant mulieres, Atheniensis verò populus paulò post aream ei statuam decreuit, maximòque natu ex eius genere de publico quorannis stipendia dari iussit. Sed & hoc illi statua voluit inscribi: Si pares ingenio tibi vires fuissent Demosthenes, Græciæ nunquam apud Macedones imperium fuisset.

*Demo-
sthenes
hausto
veneno
expirat.*

*Vires pa-
res inge-
nio defue-
re Demo-
stheni.*



M. T. Cicero.

M A R C I Tullij Ciceronis pater fuit Tullius, mater Olbia, natale municipium Arpinum. Est autem Arpinum stadiis quadraginta ab Aquino semotum, à dextra septentrionem versus, Melphim flunium ex amœnissimis collibus defluentem habens: à læua Lyricum, ex Scbiopoli lacu, ac Vestino agro vortice prædeuntem, ac Soram primum, oppidum inclyta principum familia clarum abluentem inde eam insulam constituentem, quæ Tulliana dici solet, cui Maricæra sylua Scyllarum copiam (Martialis testimonio) præbet. Ab Arpino Circium versus stadiis quinquaginta sex, abest Eluinium Vmbritij

*Tulliorū
familia
equestris.*

Iuuenalis famoſe celebre: quod ampliffimo Cereris ſacrario honeſtatum fuiſſe, eius adhuc monu-
menta teſtantur. Cæterum à Tullio Volſcorum
rege, Tulliorum familia deſluxit. Sed vt rerum
omnium viciffitudo eſt, ſic temporis lapſu nomi-
nis claritate antiquata, in ignobilitatem cecidit.
Nec adeò tamen obſoleuit, quin Romæ ſupra
vulgusemineret: Nam equeſtrem locum medium
inter patres & plebem obtinuit. Ex hac igitur
familia Cicero ortum habuit: cuius virtutis futu-
ræ ſigna nutritici phantaſma quoddam prædiſſe
ferunt, cum ab ipſa magnam reip. ſalutem educa-
ri narraret. Quod præſectò mox & præclare pâ-
tuit. Nam cum puer præceptores primùm audi-
ret, æquales omnes ingenui magnitudine ſupera-
uit, vt graues etiam viri ad eum viſendum non
ſemel in ludum uſque proficiſcerentur. Et tum
quidem adhuc circa poëticam elaborans, libellos
verſibus edidit. Mox ſolutæ orationi incum-
bens, dicendi præcepta auidiſſimè amplexus eſt:
tum creſcentibus annis, aliis literarum ſtudiis o-
peram dedit, nihilque loci reliquit, quin in
clariffimum virum ſe euafurum oſtenderet. Po-
ſtea cum per ætatem liceret, ad Philoſophiæ ci-
uiliſque iuris ſtudia ſe tranſtulit, nec id quidem
mediocriter, ſed in vtroque ita profecit vt mul-
ta id genus ab ipſo publicata, vbique ſumma
cum voluptate legantur. Florente deinceps æta-
te audacior factus, in militiam abiit, ac ſub Sylla
in Marſico bello rei militaris munia quædam
obiit. Sylla autem rerum ſummanadepto, pero-
ſus dominatum, hunc in urbem reuerti rerum-
que exitum quietè præſtolari conſtituit. Qua qui-
dem tempeſtate Sex. Roſcium ab Syllanis op-
pugnatum, parri-
cidij quaſtione liberauit. Ex quo-
rum Sylla odioſum ſe fore perſpiceret, ſimulata
valetæ-

*Cicero
ſub Sylla
militauit.*

valetudinis causa Athenas concessit. Vbi feruentius incumbens philosophiæ tandem sic excelluit, vt Græcos omnes in stuporem admirationemque sui conuerteret. Audito interim Syllæ obitu accedente etiam ex amicorum literis eum ad rempublicam reuocantiam auctoritate, eloquentiæ studiis maiore conatu operam nauauit. Et quamuis plerisque ipse audiuisse rhetores, multoque sudore dicendi præcepta fuisset assecutus, nunquam tantum sibi met satisfacere poterat. Rhodi verò cum semel audire Apollonio, quem & ipse prius audierat, Græcè declamasset, illum attonito similem obmutescere coëgit. Cæteris autem eius iudicium efflagitantibus, suspirans Apollonius: Non possum equidem satis, inquit, Ciceronem laudare ac admirari. Sed cum memoria repeto Græcos hætenus cæteras nationes armis & liberalibus disciplinis superasse, eamque laudem à Romanis esse pridem nobis ereptam, vnum illud videlicet decus, quod adhuc retinueramus, eloquentiam, itidem à nobis per Ciceronem Romam auferri tantopere doleo. Interea eum in vrbe amici Ciceronis præsentiam requirerent, literis sollicitabant eum ad urbem vt remigraret. Qui postquam huic suauis morem gessit, vt ad dignitates facilius ascendere posset, agendis amicorum causis animum applicuit. Ex quo quæstor in Siciliam factus, summa prudentia iustitia ac integritate se gessit: provincialibus gratus, aduenis benignus, cæteris iustissimus fuit. Laborabat per id temporis vrbs rei frumentariæ penuria. Quod sentiens Cicero tantum frumenti continuò ad urbem transmisi, vt quamprimum populus ab annonæ fuerit caritate releuatus. Crediderat Cicero rem se memoratu dignissimam effecisse, sed è quæstura rediens, dum per Puceo-

*Apollonii
de Cicero
ne testi-
monium.*

los iter faceret, multis ibi Romanorum valetu-
 dinis gratia agentibus, est interrogatus: Quid
 noui ab vrbe afferretur: at indignatus ipse: Ro-
 ma se quidem non venire, sed e provincia venire
 respondit. Tum, Nonne, inquit eorum quidam,
 hunc scitis annum iam in Africa quaestorem
 egisse? Percussus hic etiam rei nouitate, quod de
 provincia quoque ignoraretur: O quam stultum,
 inquit, est vulgo benefacere conari! propterea in
 posterum stauit, in omnium oculis viuere: cum
 praesentium populustantum reminiscatur, prae-
 terita statim obliuiscatur. Aedilis paulo post re-
 ditum factus, praeturae itidem maximo populi
 suffragio obtinuit. Quod quidem munus sum-
 ma praestantia, ac animi constantia obiuit: nec
 timore vnquam aut gratia diuertit ab aequo. Cae-
 terum postquam eod existimationis peruenisset,
 vt amplissimo omni munere dignus haberetur,
 ad consulatus petitionem accessit. Et licet nobi-
 lissimos haberet competitores, tamen omnibus
 praelatus hanc dignitatem assecutus est. Cuius
 quidem maiestatem mira sapientia, consilio, &
 auctoritate comparauit. Ideo Romanorum om-
 nium primus Patriae pater appellatus est. Eo tem-
 pore magni in vrbe motus esterbuerant, ob agra-
 riae legis conuentionem. Hos ipse tanta sapientia,
 & facundiae gratia repressit, quanta profecto po-
 tuisset nemo. Subinde famosam illam Catilinae,
 nefariam coniurationem sua prudentia retergens,
 ipsum ab vrbe pepulit: socios partim cepit, par-
 tim necauit: & ita rempublicam ab incendio,
 eade, vastitate liberauit. Ex quo plurimum ei
 gratiae & auctoritatis accessit, eratque tum ciui-
 tatis facile princeps. Sed & cum dignitate prope-
 modum solus in Senatu & foro, ac iudiciis ver-
 sabatur. Vnde facultates amplas consecutus est.

Vulgo be-
 nefacere
 stultum est
 praesentia
 tantum
 inueniatur

Cicero
 primus
 Pater pa-
 triae di-
 cimus.

Vnde Ci-
 ceroni fa-
 cultates.

Ab

Ab vxore quidem Terentia non parum accepit: ex amicorum autem testamentis permultum. In Arpinate etiam fundum habuit amœnissimum, in Tusculano villam, olim quæ Lucij Syllæ fuerat, in Pompeiano & Formiano prædia item amplissima, domumque in palatio. Sed tamen patrociniij nomine mercedis nunquam aliquid sumpsit. Erant in vrbe tum temporis bonæ Deæ sacra maxima in celebratione, nec virorum ad ea cupiam accedere licebat, mulieres enim tantum aderant. Clodius autem Pompeiam C. Cæsaris vxorem amans, cum muliebri veste amictus, noctu Cæsaris domum ingressus esset, (ibi enim sacra fiebant, tanquam apud Pontificem Max.) inter mulierum turbam latuit: tandem agnitus ac deprehensus, de pollutis sacris accusatus est. Qui vt crimen refelleret, ea die in vrbe fuisse se negauit. Sed cum in testem Cicero citatus, iuramentum deposuisset, eadem die apud se fuisse Clodium, & plerique clarissimi viri idem essent testati, necesse habuit Clodius aliam incolumitatis viam aggredi. Corruptis igitur pecunia iudicibus, sic damnationem subterfugit. Et propter ea grauissimas in Ciceronem inimicitias exercēs, eò suis rogationis rem demum deduxit, vt illi spem nullam refugij apud quenquam Ciceroni reliquerit. Nam ex potentioribus Crassus Ciceroni inensus erat. Cæsar altis rebus iatendebat, Pompeius planè mussabat. Itaque Tullius mutata veste, quosunque sua pro salute precari non destitit. Cuius miseratione equester ordo commotus, vt in publico luctu se gessit, similem moestitiam senatus referens, mutaturus vestes fuerat, nisi & restitissent consules, & armis Clodius curiam obsedisset. His igitur Cicero difficultatibus impeditus, noctu pedes vrbe excessit.

Clodij amor sacra violat.

Clodius Ciceroni factus inimicissimus.

Clodij diligētia Cicerō exiliū subire cogitur.

Clodius audita viri fuga, ut infra quadraginta ab vrbe passuum millia, aqua ignique ei interdiceretur effecit. Nec propterea desinit, quin omnia illius bona vastarentur, domusque dirueretur, ac omnis eius supellex hastæ submitteretur. Exultante hunc in modum Cicerone, Clodius aduersus Pompeum moliri multa cepit. Is autem id agrè ferens, ut parem ei referret gratiam, consules ac tribunos ad Ciceronis reditum instigauit. Milo enim vnus ex tribunis erat: cum verò de Ciceronis reditu legem ferret, Clodius armis obstitit: & vno ex tribunis interempto, multisque necatis, omnia disturbauit. Verum cum vniuersa ciuitas nihil nisi de reducendo Cicerone loqueretur. Pompeus collecta mox vndique bonorum virorum multitudine, Clodium è foro exturbauit, & ad ferendam pro Cicerone legem tribunis suffragatus est. Quare decimo & sexto mense post fugam, Cicero cum magna senatus, populi, ac totius Italiae lætitia ab exilio reuocatus est: domus autem senatus decreto, ei villæque publico ære exadificata: sed Clodius insaniens armis ipsum impetere, ac mortem intentare perrexit. Itæ cum in dies Clodianae contentiones in deterius serperent, fuit is à Milone necatus. Quod quidem Ciceronis iussu patratū fuisse plerique crediderunt. Mortuo sanè Clodio quasi sedata tempestate, omnia quietius habuerunt. Et Cicero adeò effloruit, ut Cæsare Pompeioque amicissimus factus, etiam Crassum sibi reconciliaret. Demum augur & proconsul post Crassi interitum factus, in Ciliciam concessit: & Parthos Romanorū ac consulis eade elatos, sua sapientia, iustitia, ac integritate ad populi Romani beneuolentiā attraxit, ciuitatesque omnes tributis, rapinis, vsoris liberauit. Pecuniarum
verò

Pompeij studio ab exilio Cicerō reuocatur.

Clodium à Milone cæsus Ciceroni. suā suū iudicatur.

verò rationes ac decennio supra ad suum procō-
 sulatum retractans, furta innumerabilia emen-
 dauit. Ciuitatem sumptibus ita pepercit, vt in
 proconsulam laudationem legati nullo in poste-
 rum pacto mitti cogerentur. Quippe superiores
 proconsules, vt de eis Romæ optimè referretur,
 id prouincialibus imposuerant. Præterea nemi-
 nem virgis cædi iussit, neminè maledictis lacessi-
 uit, sed & neminem ab aditu ad se vquam ex-
 clusit. Tum fortè audiens Ariobarzanem à Par-
 this infestari, cum exercitu in Cappadociam pro-
 fectus est, nec longè à Tauro monte castrameta-
 tus, regem ipsum ac regnum seruauit. Recedenti-
 bus igitur à Cappadocia Parthorum copiis, Cice-
 ro Amanum montem ipsius gentis caput, tripar-
 tito exercitu inuasit, & post magnam hostium
 cædem locum ac omnia loci castella vi cepit. Un-
 de etiam imperator ab exercitu appellatus est, &
 Romæ supplicationes decreta, ac ipsi triumphus
 oblatus. Verùm quoniam ciuiles in procella in-
 ter Cæsarem & Pompeium effuerescebant, inde-
 corum esse videns, in tanta rerum fluctuatione
 triumphum agere noluit. Et quauis ab utroque
 literis peteretur, nemini tamen adhærens, pacis
 & quietis hortator erat. Mox reuersus in urbem
 multa in hanc sententiam ad populum copiose
 grauitèrque disseruit. Postea secum diu conflictat-
 us, & animi dubius vtrum Pompeio an Cæsari
 accederet, statuit tandem in his esse castris, in
 quibus senatores & consules Pōpeio duce essent.
 Itaque ad Pompeium nauigans, omni semper ad
 reipub. salutem consuluit. Verùm vbi Pompeium
 vidisset hominum minimè prudentium consilio
 vt, ac omnia in dererius labi, quantum licuit à
 gerendis rebus sese abduxit. Commisso deinde in
 Pharsalia prælio, ac superato simul Pompeio, li-

*Ciceronis
 commen-
 datio.*

*Ciceronis
 prudètia
 in non ad-
 mittendis
 triumpho*

*Cicero
 Pompeio
 Cæsari
 præfert.*

*Sancti Ci-
ceroni in
dicium.*

*Philoso-
phia pri-
mum lati-
nitatem do-
nauit.*

*Ciceroni
aportum
librorum
numeri.*

cet à Catone cæterisque Pompeianis reliquiarum exercitus imperium sumere iuberetur, constāter tamen recusauit: frustra existimans, qui integri pares esse non potuissent, fractos resistere. Ex quo tantus omnium mentes furor inuasit, vt nisi Catonis autoritas intercessisset, Cicero penè fuisset interfectus. Reuersus tandem in Italiam, diutiùs Cæsaris reditum Brundusij expectauit, & cum à Terentia vxore desereretur, multis vsuris, ac alieno ære se grauauit. Cæsare demum ex Ægypto Tarentum applicante, Cicero vt cōsularis vir ab eo honorificentissimè susceptus est. Nam ad terram desiliens Cæsar, eumque amanter amplexatus, multa stadia secum duxit. Cum autem postmodum videret Cicero summam vnus rerum arbitrio teneri nunquam nisi salutandi Cæsaris gratia, aut pro ciuium salute urbem petit: vt in caussa M. Marcelli, Qu. Ligarij, regis Deiotari: reliquum verò tempus in disputationibus legendo scribendoque consumpsit. Natus enim erat ad hominum utilitatem. Itaque primus philosophiæ lumèn latinis literis aperuit, plurima verba ad patrij sermonis vsum adiunxit, dicendi præcepta tradidit, ac eloquentiam rerum pub. reginam, ad Romani imperij maiestatem excoluit. Quo factū est, vt non solum pater patriæ, sed eloquentiæ & literarum parens meritò vocaretur. Quippe eius si monumenta euolues, nihil ad reliqua obeunda otij habuisse putabit. Rursus si gestas res contentiones, occupationes, & certamina in repub. perpendes, nullum illi tempus ad scribendum legendūque fuisse dies. Extant autem ab eo per scripti libri, numero C L X I I I. Multo tamen plures esse editi dicuntur, qui temporum vetustate deperditi sunt. Omnes verò summa cum facilitate, & ingenio, ac maxima cum sententiarum copia

scopia

copia conscripfit. Sed quanta eius fuerit in dicendo vis & gratia, inde liquet, quòd ab aduersariis inuidioso nomine rex appellatus sit, quasi nemo damnaretur, vel absolueretur, nisi quem ille voluisset. Hoc idem multæ eius testantur orationes, quibus manifestorum criminum reos, rigori iudicium sua ipse eloquentia extorsit. Et ut paucis dicam: nec ex eadem ætate Ciceronem adæquauit quisquam, neque ex posteris literarum gloria. Hac duntaxat in re antecedentibus grauior fuit, qui de se consularique suo nimium semper loquutus est. Sed aduersus inuidios illud sæpius repetendum fuerat. Tum etiam maximè, cum aliorum ipse laudes profusissimè exequeretur. Fuit præterea in respondendo lacescendoque acutissimus. Multum enim ioco risuque delectatus est: adeo ut etiam in iudiciis non tantum risus aliquando excitaret. In causa quidem L. Murenæ Catonem dixisse ferunt: ò quàm ridiculum habemus consulem. Et ut ex multis eius facetiis aliquid colligam, Cæsar semel aliquot prædia parua admodum Seruiliæ vendidit, plurisque precij vilitatem admirantibus, Cicero, Quid ni inquit, rectè venditum? Tertia deducta est. Seruilia enim filia fuerat, Tertia nomine. Hæc à matre Cæs. deducta putabatur. Cum Metellus sapius in contèntione Ciceronem interrogasset, quis eius fuisset pater? At ille continuò, qualem, inquit, habueris matrem obscurum non est. Nam illi mater parum pudica fuit. Infinita penè id genus acutè dicta ab eo narrantur: verum fortuna scelicitati semper infensa, Ciceronis læticiam ad extremum in mærorem mœstitiàmque conuertit. Nam Terentia vxor nec in fide permansit, nec ei quandiu absuit pecuniis opitulata est. Quin eius despicieus literas, tanquam alienum reiecit. Ex

*Ciceronis
facetia,*

*Ciceronis
mutata
fortuna.*

qua tamen M. Ciceronem & Tulliolam suscepisset, tamen hac infidelitate coactus eam repudiavit. Quintus etiam frater iratus, & Tyro filius capitalibus cum inimicis persecuti sunt.

Repudiat Terentia Publiam dicit.

Cum autem res alienam, ipsi ferme patrimonium totum absorbuissent, accessit Terentia dotis restitutio: cui cum facere non posset satis, Publiam grandi cum pecunia duxit uxorem. Post omnia hæc infortunia accessit Tulliolæ obitus, quem ita ægrò tulit animo, ut nullo pacto consolationem admitteret. Exaggerabat etiam mortis sarcinam domestica dissensio. Nam Publia uxor ex Tulliolæ obitu nimis gestire videbatur. Quare Cicero dolore affectus, cum illa diuortium fecit. Cum interea Cæsar diem obiisset, Cicero quasi libertate recuperata, in Senatu princeps habitus est. Et ad conciliandas partes, ac ad inimicitarum oblivionem studio, consilio, sapientia se convertit. Tamen animaduertens Antonium fugatis Bruto & Cassio, ad tyrannidem se accingere, & in senatum quoties veniret, armatos inter senatorum subsellia collocare, amplius curiam non petiit. At Antonius consul comminatus est, eius ædes demoliturum se: quibus verbis Cicero prodignitate succensus, postridie frequenti senatu in Antonium inuectus est: nec suo periculo quicquam territus, magna animi celsitudine omnia ad illum usque diem acta commemorans, Antonij elationem insolentiamque increpauit. Propterea Antonius, per longam orationem decem ante dies præmeditatam, multis calumniis Ciceronem affecit. Quare Cicero illius potentiam veritus, Octauiano adhæsit. Interea Hirtio & Pansa creatis consulibus, Antonius urbe secessit, iudicatusque est Ciceronis nauarionis reipublicæ hostis. Mox consulibus, & Octauiano

Antonij in Cicero nis odiu.

uiano prætor aduersus eum missis, apud Mutinam inuito prælio victus terga dedit. fuit autem hæc pugna non sine patris vtriusque magna clade. Nam prætor cæteros, ambo quidem cecidere *Hirrius & Pansa* consules. Hæc relata Romæ victoria, antequam *Consules* de consulam interitu sciretur, ad Ciceronis domum ingenti cum gratulatione concursam est: vadē cum ouantem quasi in Capitolium deduxerunt. Mortuis autem consulibus Octavianus dominandi libidine succensus, nefariam cum Lepido & Antonio circa Bononiam contra patriam societatem iniit. Et multis proscrip̄tis, ad necēque destinatis circiter trecentis civibus Cicero in destinatorum sortem ab Antonio peitus est. Hunc Octavianus vti patrem venerabatur, quoniam ad id fastigiū opera Ciceronis euaserat: diu igitur resistens, agro tandem animo cōcessit: hæc tamen conditione, vt Antonius L. Antonium auunculum suum, & Lepidus Paulum fratrem, ci versa vice ad necem concederent. Rem nefariam. *Horrida* An crudelius quicquam in orbe terrarum ab impiis fieri potuit, quam vt ad firmandam conspirationem in suis domibus sanguinem pro sanguine mutarent, & charissimos sibi mutuo ad necem traderent? Cicero autem vbi Antonio ad necem se concessum esse percepit, desperatis rebus in Tusculanum iter arripuit. Dehinc Asturam. *dominanda cupiditas,* Mox nauim ingressus, & circa Cyrcæos nauigans, *Ciceronis fuga in agrum Tusca,* siue maristædio, siue nondum de Octauiano spe deperdita, Asturim rediit. Rursus libertorum & seruorum fustione victus, in Formianum delatus est, cuius lectica cum vndique à coruis circumdaretur, malo commotus augurio, ad mare reuertitur: statuit. Aduentibus interim Antonij satellitibus quorū dux Pōpilius erat, quem ab homicidio ipse defenderat, ne euadere posset, vadi-

Ciceroni
sero truci
datus.

Cicero-
niana
mors
vindicta

que circumclusus est. Qui cum lecticam deponi iussisset, dextera sibi barbam demulcens, 1111. & LX. ætatis suæ anno truculentissimè necatus est. Brutus, qui in Macedonia erat, audita Ciceronis morte, in vindictæ solatium, Antonium triumui-ri fratrem, M. Ciceronis filio ad necem dedit: quæ ille vt dignas patri inferias penderet, securi percuci iussit. Antonius autem postmodum ab Octauiano victus, sibi mortem conscuit. Lepidus omni potentia spoliatus, vitam traduxit inopem. Et eo pacto omnes Ciceronis inimici pœnas com-meritas ei luerunt.

COMPARATIO Ciceronis cum Demosthene.

Demosthene: quicquid eruditionis & ingenio consecutus est & exercitatione id omne ad dicendum contulit: visq; dicendi magnificencia orationis, & arte oratores, casu dices & rhetores omnes superauit. Cicero autem cum ad oratione, magnam doctrina scientiaque varietatem contulisset, libros etiam multos de Philosophia composuit. Græci oratio absque fucis & iocis ad grauitatem seriâ contracta, auctoris austeritatem ostentat. Romanus ad scurrilitatem sepe numero prolapsus, resque seriâ risu & ioco uilitatis suæ causa in iudiciis agitans decorum neglexisse sepe numero uidetur. Demosthenes circumspicte & modeste ad seipsum laudandum accessit, cuius ita res maioris commodi gratia postularer, alioquin cuius fuit & moderatus. In Ciceronis autem scriptis immodica illa sui ipsius predicatio, notam ei intemperantiæ arrogantia inuisit. Hac in parte autem grauior est magnificentiôrque Demosthenes, qui suam facundiam peritiam esse quandam multa auctorum beneuolentiis indige-

indigentem professu, qui eius causa superbirent, inliberales & sordidos, ut sicut, pronunciabat. In Rep. & concionibus par utriusque vultus fuit, ita ut etiam, qui arma exercitusque sua in potestate habebant, eorum opem requirerent. Id autem, quod maxime omnium moris hominis & ingenium declarat atque probat, nempe magistratus alicuius administratio & potestas, que omnes animi affectus excitat, omneque detegit vitium. Demostheni defuit, neque exhibuit de se specimen aliquod: nullum enim insignem magistratum gessit, ac ne eas quidem, quas aduersus Philippum collegerat copias, duxit. Cicero autem quaestor in Sicilia, proconsul in Ciliciam & Cappadociam missus eo tempore, quo maxime auaritia vigebar, & magistratibus, qui in prouincias mittebantur, ad rapinas (quod furari nimis sordidum putarent) conuersi, non iniquus qui accipiebat videbatur, sed qui modice raperet, uilgebatur: praesertim suam in contemnenda pecunia magnanimitatem, benignitatemque & humanitatem demonstrauit. Roma autem verbo quidem consul, re ipsa dictator aduersus Catilinariam factionem creatus, Platoni testimonium tulit, qui finem malorum in Repub. fore dixerat, cum diuina quadam fortuna, potentia magna, & prudentia, cum iustitia inuicem conuenissent. Quae sunt sua oratoria arte fecisse Demosthenes fertur, ita ut reprehendi merito potuerit: qui occulte orationes Phormioni & Apollodoro aduersariis scripserit, regis pecunias accepisse dictus sit, & ob Harpaleas damnatus. Quae si facta ab eis, qui contra Demosthenem scripserunt (sunt autem non pauci) laegiamur: id quidem negari nullo modo potest aduersus munera à rege honorifice missa oculos attollere Demosthenem ausum non fuisse, neque praestitum tale quidquam ab eo homine potuisse, qui re nautica fameraretur. Ciceronem autem & adilem à Siculo, & proconsulem à rege Cappadociae, & in exilium proficiscentem, ab amicis oblata dona, rogatum etiam ut

acciperet, respuisse ostendimus. Exily vero calamitas turpis Demostheni accidit damnato furto: Ciceroni vero propter pulcherrimum facinus quod sceleratos homines ex Repub. excidisset. Itaque illius eiecti: nulla ratio habita: ob huius casum Senatus vestem mutavit, & luxu, neque staturo quicquam vlla de re, nisi decreto Ciceroni reditu, voluit. Exilium Cicero otiose perulit in Macedonia desident. Demosthenis exilium magnam rerum ab eo gestarum partem complectitur. Sani etiam post reditum rursu antiquam Reipub. administranda rationem inuit, inque oppugnando Antipatro & Macedonibus perseveravit. Ciceronem in senatu reprehendit Lalius, quod tacitu assideret. Cesare imberbi adhuc Consulatum contra leges petente: accusavit eum misu lictori Bruti, quod maiore ea, quam ipse Brutus destruxerat, grauioremque tyrannidem puero Cesare educando constituisset. Denique morem huius miserari subent alicui, quod homo senex a seruu bona indole praeditu hac illac circumferretur, mortem subter fugiens, quae non multo ante constitutum a natura terminum ingruebat, atque ita iugularetur: Demosthenes autem, etiamsi nonnihil ad deprecandum animum inflexit magnam tamen admirationem meretur, quod venenum preparatum penes se custodit: magnam etiam usu eius, cum Deo rutum se & sacrosanctum non praestante, veluti ad sanctiorem & potentiolem confugiet aram, armis & satellitibus regis sese oripuit, Antipatris quasi subsannans crudelitatem.

Demetrius.

rit e
rur
Vul
gnit
nius
nihil
ret,
ter e
qu
ga i
gent
exer
rum
nicē
dam
mic
lege
lige
cion
dio
haus
in pu
Ar il
fugit
cens
diens



Demetrius.

D E M E T R I V M Antigoni fuisse filium constar. Qui si non æqua patri, procerâ tamen statura fuit. Et adæ oris forma egregius, vt à pictoribus sculptoribûsq; ei similis non potuerit effingi. Porro iam gratiam terrore insignis, rursus grauitatem facilitatemque præ se ferebat. Vultus etiam splendor non modicus regiam dignitatem illustrabat: vt ad venerationem omnium obtinendam natus esse diceretur. Itaque nihil impediuit, quin seu ioco seu seridò res ageret, omnium regum excellentissimus esset. Parentes etiam mira sinceritate & miro amore persequutus est, vt pietatem in eos, non potentiam erga ipsos ignosceres. Quàm ab ineunte ætate ingenuus fuerit, & in amicos benignus, Mithridatis exemplo constat. Nam cum is ob ætatem & morum conuenientiam ab adolescente Demetrio vnicè adamaretur, Antigono ob somnium quoddam odio fuit. Somnium autem erat, quod cibi micæ aureas serere videbatur: ex quibus cum fuges aurea orta fuisset, Mithridatem illam colligere. Quamobrem accito filio, somnique suspitione reuelato, dixit velle se Mithridatem de medio tollere. Demetrius verò maiore affectus, haud audens adolescentem palam affari, seorsim in puluere teli cuspide scripsit, fugæ Mithridates. At ille mox nocte, proxima in Cappadociam aufugit. Quare Demetrii indolis bonitate adolescens à periculo mortis euasit. Inrecrea autem audiens Antigonus, Ptolemæum Syriæ regnum ad

Antigoni somnium

deditionem compellere. Demetrium filium duos supra viginti annos natum aduersus eum cum copiis misit. In militiam hanc primam magna animi præstantia tractans, etsi iuuenis ac tyro, tamen Ptolemæum, qui nuper ex palæstra Alexandri emerferat, fueratque in bellis plurimum versatus, intrepide est aggressus. Sed succubuit. Quæ victoria, post regium tentorium ceteraque ornamenta ab hostibus adepta, octo Demetrianorum millia caesa, quinque verò capta sunt. Quare Ptolemæus volens animi ostendere dignitatem, quicquid adeptum fuerat, id omne Demetrio restitui curauit, hoc addens: Non de rebus, sed de regno gloriaque magnis viris certandum esse. Quæ omnia cum Demetrius accepisset, deos precatus est, vt talem sibi vicem præstarent, quæ Ptolemæo parem gratiam referre posset. Reparato itaque exercitu, rursus in Ptolemæum castra mouit. Ille verò victoria tumidus, Demetrio iam contempto, Cillem tantum ducem cum copiis in oppositum misit. Quem cum improvidum Demetrius adoriretur, subito impetu fudit cepitque. Et cum ad septem hominum millia, pecuniarum item copiam maximam acquisiuisset, diu primum gratias egit, quod Ptolemæo de se optimè merito, par liberalitatis munus exhibere posset. Impetrato igitur patris consensu, Cillem cum amicis ad hostem lætabundus remisit. Hac clade Ptolemæus è Syria pulsus est. Demetrius autem, quem victum omnes fermè contempserant, in possessione regni permansit. Et propterea in spem erectus, Arabum prouinciam sibi animo destinauit. Ea expeditione quanuis per auiam, & aquarum expertia loca equitaret, vsque ad omnium fermè mortem, nihil tamen exterritus regionem omnem deuastauit, & in loca tuta se recepit.

*Ptole-
mæus Sy-
ria pul-
sus,*

cepit. Pòst audiens Seleucum Babylonie regem
 in Indiam cum exercitu profectum repente tra-
 iecto Euphrate, Babyloniam occupauit. Tum ex
 altera arce præsidio firmata, constitutisque in
 urbe delectorum hominum septem millibus, &
 quibuscunque pro libito adductis, castra ad ma-
 re conuertit. Cùmque Ptolemaum audiisset A-
 licarnassum obsidere, continuis itineribus urbem
 eò profectus, obsidione liberauit. Per id tempo-
 ris tota Græcia Cassandri & Ptolemæi imperio
 seruiebat. At Antigonus ac Demetrius, maiora
 semper animo molientes, ad Græciam ab illorum
 tyrannide liberandam animum intenderunt. Et
 propterea classe, cæterisque expeditioni prepara-
 tis, Athenarum urbem primùm liberare statue-
 runt. Sic Demetrius L. & C. C. nauibus ante Pire-
 æum, nomine id opinante, comparuit. Cassandri
 quidem tunc ciuitas imperio premebatur. Ve-
 rum hoc aduenti, cum urbs formidine ac tumul-
 tu fluctuaret, Demetrius noctu portum occupa-
 uit, accitisque per caduceatorem ciuibus se à pa-
 tre missum ostēdit, ut eos urbemque libertate re-
 stitueret, proinde expulso Cassandri præsidio
 honori ac vti suo consulere, & patrii legibus
 in posterum liberè vrerentur. Quibus verbis ci-
 ues cōmoti expulso præsidio Demetrium in ur-
 bem vocauerunt. Ipse autem relictis qui Munichia
 (templum Iouis erat) obsiderent, quòd ea Cassan-
 dri præsidio teneretur, ad liberandas Megaras cū
 copiarum parte se transtulit. Hic audiens Crate-
 sipolim fœminam venustate cæteris præferri, e-
 ius amplexum vehementer appetiit, relictis igi-
 tur circa Megaram copiis cum paucis ad eam Pa-
 tros abiit. Id cùm hostium nonnulli percepissent, pepere-
 ad capiendum ipsum profecti sunt. Sed ille vix
 sumpta chlamyde sospes euasit. Recepta tandem

*Athenas
 liberat
 reddere
 constituit
 Deme-
 trius.*

*Muni-
 chia.*

*Famina
 venustas
 quid sero
 pepere-*

*Demetrius vxo-
rē ducit.*

Megarensium ciuitate, Athenas reuersus est, Munichiamque primo aduentu expugnauit, euertitque. Deinde populum ad concione vocauit, eumque humanissime affatus patriis legibus libertatique restituit. Athenienses itaque tantis beneficiis honestati, ne officij immemores viderentur. Demetrio diuinos honores decreuere. Quibus ille corruptus, & aliis simul blāditiis ex labore ad voluptates se vertit. Eurydicem igitur ex claro Miltiadis genere natam, ea tempestate duxit vxorem. Delectabatur enim huiusmodi nuptiarum celebritate. Qui cū in summa rerum licentia versaretur, multas vno tempore vxores ac sortita ac libidines habebat. Et propterea tot tantisque se immerisit illecebris, vt omnium breui tempore regum incontinentissimus haberetur. Inter ea à patre literis certior factus, Ptolemaum magna classe in Cyprum soluere: etsi agrē ferret, quòd bella deinceps extra Græciam gerere deberet, tamen continuo patri morem gerens, in Cyprum cum classe nauigauit. Mox in medio cursu cum l. x. nauium hostilium classem offendisset, eum fudit fugauitque. Cupiebat autem Ptolemaus c. & l. nauibus, ac valido per continentem exercitu Demetrio se obicere: verum Demetrius terra marique se prius expediens, instructa classe Ptolemaum inuasit, ac primo impetu hostium ordinem turbans, secundo classem dissipauit: postremo hostes fudit, ac in fugā vertit. Ptolemaus cum octo duntaxat nauibus aufugit, periree multæ: reliquæ, quæ l. x. fuerunt, auro, argento, diuitiis, ac foeminis multis onustæ, in victoris potestatem venerunt. Erat inter has mulieres Lamia, omnium suæ ætatis tum forma, tum tibiarum modulatione & cantus suauitate excellentissima quæ vt apud quoscunque sibi gratiam facile conciliauit,

*Demetrius
victoria.*

*Lamia
capta en-
somium.*

etiam
ad
es
b
n
nu
qu
D
vo
tu
co
ni
ra
se
sib
me
cil
pe
x
pu
in
qu
tu
cul
era
tel
die
sib
fid
rel
cla
& f
cep
pro
libe
feci

ciliauit, sic Demetrium allexit, vt eā præ cæteris
 adamaret. Demetrius autem tanta licet victoria
 esset illustrissimus, longè tamen illustrior sua li-
 beralitate factus est. Mortuis enim omnibus ho-
 norificè iusta persoluit, captiuos item omnes,
 nulla mercede recepta missos fecit, Atheniensē-
 que mille & c. c. armaturis donauit. Erat verò
 Demetrius pacis tempore conuiuuiis, amoribus ac
 voluptatibus omni cum impudentia valde dedi-
 tus. Resstante autem bello, sic ocium in laborem
 commutabat vt omnium oblitus illecebrarum,
 nihil nisi arma tractare, machinas moliri, & mili-
 taria opera agere sciret. Et quanuis bello dux ef-
 fet egregius, tamen in parandis machinis, & clas-
 sibus instruendis, erat longè præstantior. Nam nō
 modò valebat ingenio, verum etiam arte: vt fa-
 cile eius opera, manu regia facta iudicares. Quip-
 pe præter cætera quæ suis ipse manibus effece-
 rat, illa fuit admirabilis machina, quam vrbū ex-
 pugnatricem nuncupare solitus erat. Qua etiam
 in Rhodiana obsidione vsus est. Habebat enim
 quadratam basim, & latus vnumquodque in lati-
 tudinem sexaginta octo, in altitudinem r. x. v. i.
 cubitorum extendebatur, capaxque multorum
 erat militum, cum fenestellis, è quibus vndique
 tela iaci poterant. Hisce autem temporibus Rho-
 dienses obsidione premebat, cum ab Athenien-
 sibus multum oratur, vt eis contra Cassandri ob-
 sidionem suppetias ferret. Statim igitur Rhodo
 relicta, magno cum exercitu, & nauū cccxxx.
 classe, non intermisso cursu Cassandrum repulit,
 & fregit planè. Heraclæa quoque in deditiōne re-
 cepta, Phylim ac Panactum, duo quasi Atticæ
 propugnacula occupauit, populōque Atheniensi
 liberè restituit. Athenienses utem hoc tanto af-
 feci beneficio, suum adulationis morem sectan-

*Demetrii
 machina.*

*Atheniē-
 ses adu-
 latores.*

tes, ædem Demetrio post Palladis templum, ho-
 spitij titulo concessere. In qua homo iam mini-
 mē purus, summa cum turpitudine egit, vt non
 solum vrbans cum mulieribus congregaretur,
 verumetiam ingenuis adolescentibus abuteretur.
 Caterum vt Chrysidem, Lamiam, Dimen, Anti-
 cyram, meretrices silentio prætereamus, quid in
 Democlem præstanti forma puerum egerit di-
 xisse sat erit. Nam cum neque precibus, neque
 minis adolescentem posset ad nutum pellicere,
 eum à publica palæstra recreandi animi gratia
 ad priuatum balneum decurrentem, clanculum
 infecutus est. Verum autem videns sibi vim afferri,
 nec aliter honorem se posse tueri, in leberhem a-
 qua feruenti plenum insiluit, & indignissimè mo-
 riens, sic à Demetrijs scelere se vindicauit. Quan-
 do etiam in Cilenetum adolescentem exarsit, nõ
 minorem est ignominiam consequutus. Erat e-
 nim Cleomedon pueri pater, reipublica Athe-
 niensi in talentis quinquaginta obnoxius, ex mul-
 ta quadam. Quare à Demetrio literas ad popu-
 lum impetrauit, vt à pœnaliber fieret. Quibus
 non modò suam Demetrius literis insinuauit
 turpitudinem, sed & ita ciuitatem in sui odium
 concitauit, vt nemini posthac à Demetrio ad po-
 pulum literas afferre licuerit. Cum tamen ad De-
 metrium agrè tulisse populus intelligeret, decre-
 tum quidem antiquauit, decreuit verò rursus, vt
 Demetrijs regis omne præceptum apud Deos homi-
 nēsque sanctum esset. Post hoc Demetrius in Pelopon-
 nesum castra mouit, hostes fugauit, vrbes in de-
 ditionem accepit, & Argos, Sicyonem, Corintham
 Arcadias que omnem occupauit. Argius subin-
 de Ba. chi sacra celebrantibus, Deidamiam Pyrrhi
 sororē Molossorū regis filiam duxit uxorem. Cele-
 brato paulò post in Isthmo cōmuni cōsilio, Gra-
 ciz

*Cæca De
 metrij li-
 bido.*

*Deida-
 mia De-
 metrio
 nupta.*

cia dux omnium consensu appellatus est. Qua di-
 gnatione Philippus Alexandérq. honestati iam-
 pridē fuerāt. Iis verò nō inferiorē se existimabat
 Demetrius. Nā ab Alexādro nullius principē vn-
 quā sibi regiū vsurparat nomen, præter hunc, qui
 patrē, seq. regū regem appellari voluit. Cæterum
 cum multa à Demetrio iisdem tēporibus nefan-
 da perpetrata fuissent, illud vel maximē populū
 offendit, quòd ad soluenda CCC. talenta cōse-
 ssim ciuitatē cōpulerit, quæ Lamix cæterisq. scior *Lamia*
 tis ad fucū muliebremque ornatum erogarentur. *emungen*
 Itaque cum ab eo legati ad Lyfimachū missi, au- *da pecu-*
 dirent ipsū Alexādro iussu ferocissimo cum leo- *nia cau-*
 ne pugnasse, cicatricēsque secum adhuc gerere, ioco *sa est.*
 Demetriū irridētes: & Rex, dixerūt noster in col-
 lo morsu feræ Lamix gestat. Hanc lætā hæcenus
 fortunam, tristes iā inde exitus exceperunt. Nam
 eo tēpore Antigonus ac Demetrius in tantam su-
 perbiam eruperāt, vt incredibilis omnium in eos *Tristis*
 exarsit odij magnitudo, & conspiratione facta, *Deme-*
 omnes reges ad vnum coactis viribus, in Antigo- *triu exit*
 ni perniciē iurauerint. Quod cū pensasset De- *tus sequi*
 metrius, à Græcia ad patrem extemplo se cōtulit. *tur.*
 Cognoscens verò patrem ad bellum esse iam con-
 uersum, vehementiori mox ipse bellandi ardore
 astuauit. Congregatis igitur vtrinque copiis, cum
 Antigonus prope hostes castra posuisset. Deme-
 trius robustorum hominum agmine stipatus in
 Antiochum Seleuci filium irruit. Quem dum ce-
 dentem cupidius insequeretur, victoriam amisit.
 Nam ad suas reuersus, phalangem, & copias pa-
 tris, ab hostibus circumuentas fusasque repe-
 rit. Eodem etiam momento pater Antigonus
 fortiter pugnans, multis vulneribus occubuit. *Antigo-*
 Quare Demetrius quidem cum peditum millibus *nia inte-*
 quinque, equorum quatuor, quàm maxima po- *ritus.*

tuit celeritate fugam Athenas versus arripuit. Sed longè secus euenit, quàm sperarat. Nam cum ad Cyclades insulas peruenisset, ab Atheniensium legatis mandatum accepit, ut ab vrbe Athenarum abstineret: quoniam regum neminem tum recipere statuissent. Quibus auditis, tantus eum dolor inuasit, ut consilij expers penitus esse videretur. Tamen spem vultu simulans, concinnè comiterque loquutus est: & sic quas in Pyraeo reliquerat naues, impetrauit. Quibus acceptis, confestim in Cherronesum traiecit: ac in Lysimachi regnum hostiliter irruens, omnia igni ferroque populatus est. Interim cum non contemendum sibi parasset exercitum, Seleucus ab eo Stratonice filium sibi in matrimonium dari petiit. Hæc igitur non inopinatam fortunam assequutus, assumpta puella, ac vxore Phyla in Syriam contendit. Et cum Ciliciæ oram legeret, expositis militibus, Miltarchi Cassandrique fratrum prouinciam omnem vastauit. Tum acceptis mille talentis, ne ulterius progredereetur, cum ingenti præda ad classem reduxit exercitum. Deinde celeri cursu nauigans, Seleucum regem inuenit. Ita benignè congressi incredibilem lætitiã perceperunt. Consumpta igitur die vna tali gaudio, Seleucus iuncta sibi Stratonice, à Demetrio digressus est. Paulò autem post cum Deidamia vna ex Demetrii vxoribus diem obiisset, Demetrius Seleuci studio Ptolemaidem Ptolemæi filiam sibi desumpsit vxorem. Interea audiens, & per literas certior factus, Lacharem per maximam seditionem Athenis sibi tyrannidem occupasse, statim in Græciam soluit. Et quanuis magna agitata tempestate, multisque amissis nauibus expeditionem differret, non propterea animo defecit: sed dum classis instauraretur, in Peloponnesum di-

Deidamia moritur.

ue-rit.

nerit. Vbi in Messeniorum vrbis obsidione cata-
 pulta ietu percussus, ferè periit. Breui verò con-
 firmatus, multis in deditioem habitis vrbibus
 Atticam repente inuasit, vrbemque incursionibus
 ac vastationibus grauitè infestauit. Tandem La-
 chares tyrannus, cùm nullam consistendi spem
 haberet, ex vrbe fugam fecit. Athenienses omni
 præsidio destituti, quascunq; pacis conditiones
 à Demetrio per legatos petierunt. Erat autè tan- *Rarū fa-*
 ta in vrbe fames, vt de mure mortuo è tegulis la- *mi exem-*
 pso, pater quidem cum filio decertauerit. Poritur *plum.*
 igitur vrbe Demetrius, magna ciues humanitate
 affatus est. Et vt verè reconciliationis argumen-
 ta praberet, decē millia medimnū frumenti po-
 pulo largitus est, magistratúsque omnes in pri-
 stinam libertatem restituit. Attamen eorum de-
 fectionis non oblitus, Musæum vrbemque vali-
 dioribus præsidiis firmavit. Mox in Lacedæmo-
 nios profectus, Archidamum obuiam venientem,
 vno prælio in fugam vertit, hostésque persequens
 prope Spartam castrametatus est. Rursus cum
 hoste congressus, quingentis captis, ducentisque
 caesis, vrbem propemodum adeptus est. Dum hæc
 prosperè gererentur, nunciatum est, vrbes, quas
 in Asia tenebat, à Lyfimacho oppugnari. Cyprium
 item, ni suppetias ferret, posse ab Ptolemao capi.
 Deinde matrē filiosque Salaminæ esse obsessos.
 Demetrius itaque licet variis fortunæ casibus a-
 gitaretur, & modò amplissimis regnis excelleret,
 modò fame, peste, cladibus in extremam calami-
 tatem recideret, tamen à rebus gerendis non est
 deterritus. Nam mortuo Cassandro filiis inter se
 de regno dissidentibus, cùm Alexander Demetriū
 contra Antipatrum fratrem in auxilium acciuis-
 set, consensit ipse. Sed simulac aduenit, tanta su-
 spicione & metu perterritus est Alexander ob-

Alexander in laqueū que posuerat, cecidit. nominis animum autoritatēque, vt benignissimis verbis in facie allatis, clam ad eum de medio tollendum mentem intenderet. Quod presentiens Demetrius, par pari referre cogitauit. Tandem post multas vtrinque insidias, Alexander in Demetrii manus incidit, & ad cœnam inuitatus, à ministris confossus est. Eo sic interempto, exercitum & regnum sibi nullo obstante vēdicauit. Et tanto Macedonum omnium gaudio rex factus est, vt apud omnes populos incredibilis admiratio oriretur: Interim à Salamina nunciatum est, matrē filiōsque à Ptolemæo esse obsidione liberatos. Subacta ergo Thessalia atque Macedonia, Demetrius in Bœotios castra mouit. Nam plurimas in Peloponneso obrinebat ciuitates & in Isthmo, Athenas quoque & Megaras. Vnde Bœotij metu perculsi, acceptis conditionibus se dediderunt. Paulò post deficientes, statimque suæ leuitatis pertæsi, iterū Demetrio se commiserunt. Cùm autem in Thraciam Demetrius cum exercitu abiisset, Bœotij tertio descuerunt. Quo audito Demetrius illuc statim aduolans, eos ab Antigono filio reperit iam superatos. Dum autē ad obsidendas Thebas cōtenderet, ex Thessalia literæ venerunt referentes, à Pyrrho omnia excursionibus deuastari. Quare relicto ad obsidionem filio, celeri cursu in Thessaliam properauit, & fugato Pyrrho, cæterisque compositis, in Bœotios reuersus est: nec prius destitit, quàm urbem expugnaret. Veruntamen pro animi sui excellentia, iniuriarum immemor, paucis supplicio affectis, reliquis veniā dedit. In Macedoniam autem tum profectus cùm ad quietem minimè natus esset, nouā in Atolos expeditionē instituit. Itaq; regione eorum populata, Panthacum ducem ibi cum copiarū parte reliquit. Ipse autē in Pyrrhum

*Pyrrhi
fortitudo*

magna

magna celeritate contendit. Sed vt fors fortasse voluit, diuerso itinere proficiscentes, alter Epirū vastauit, alter Panthacum adortus est: quem & singulari certamine cōfecit. Is fuit videlicet Pyrrhus. Omnes igitur Pyrrhi fortitudinē admirati, miris eū laudibus prosequēbantur, asserentes, Alexandri memoriā ipsum suę virtutis gloria renouare: quoniā non fastus, nō satellitum pompa, nō scortorū grege ceteros superare contenderet, sed virtute & rerum gestarum præstantia. Demetriū autē non solum diademate vti, sed purpureis etiā auratisque vestibus & aureis calceis. Multo tamē in ipsum magis, ob difficilem aditum, & superba responsa, Macedones incendebantur. Ferunt enim inter cætera Atheniēsiū legatos bienniū frustra eius vestigia sequutos, & demum inauditos in patriam esse reuersos. Cū item anicula quædā Demetriū alloqui cuperet, ille ortū habere se negaret, alta voce clamante anus. Nec regas, inquit. E-dicto semel promisit, humanissimē cunctos auditurū se. Tum acceptis supplicatium petitionibus, dū ingenti læticia illi respōsa præstolarētur, subridens Demetrius explicauit chlamydem, & in fluuiū petitiones iniiecit. Hinc incredibiliter Macedonum offendit animos. Quorū omnium cū non esset nescius, semper deinceps accedentibus facilem se præstitit, tum audiendo, tum respondendo satisfecit. Gaudebat admodum sui tituli decus à Iouis cognomine dissonare: cū Iupiter ciuium seruator, ipse virbium expugnator diceretur. Agrotare grauius eo tempore cepit. At Pyrrhus Macedoniam penē vniuersam p̄seruator currens, vi, ferro ignique cuncta vastabat. Verū Iupiter, vt primū Demetrius valetudinem recuperauit, expugna hostem ferocissimum à finibus submouit. Et ne tor Demetrius maiori posthac esset nocumento, pacem cum eo

Demetrius aureis calceis vtitur.

Subditis aditū colloquiumque Demetrius prohibet.

Virbium p̄seruator Iupiter, expugnatorem Demetrius.

pepigit. Inde, quia paternum regnum repetere a-
 nimo destinavit, coactis C. peditum millibus, e-
 quitum x. & navibus quingentis, Asiam inuasit.
 Eo motu perterriti Seleucus, Ptolemæus, & Cys-
 machus reges, societatem inierunt, conspirarunt-
 que. Pyrrhum etiam per legatos hortati sunt, ne
 eorum pateretur exitium, quoniam ni respisce-
 ret, in idê casurus esset discrimen. Pyrrhus igitur
 his rationibus expectatus, statim cum regibus de
 belli administratione transegit. Et sic vno quasi
 momento Ptolemæus Græciam inuasit, Macedo-
 niam Lysimachus atque Pyrrhus: alter ex Thra-
 cia, alter ab Epiro. Demetrius autem relicto in
 Græciæ præsidium filio, ipse in Lysimachum pro-
 fectus est. Interea audiens urbem Bærrhæam à
 Pyrrho oppressam, eò repente castra vertit. Sed
 quoniam Macedones Demetrii dominatum, fa-
 stumque ac superbiam ferre iam non possent, cū
 hostibus colloqui magis voluerunt, quàm pugna-
 re. Qui hostes cum Pyrrhi ducis humanitatem,
 clementiam, ac liberalitatem magnis esserent
 laudibus, ita ipsorum animos in Pyrrhum accen-
 derunt, ut palam iam tumultuarentur, munia de-
 trectarent, & dicto non auscultarent. Demetrius
 hic videns malis nil posse se mederi, regia depo-
 sita veste, & fusca amictus, cum paucis, nō victus,
 non fugatus, sed suis à militibus desertus fugæ se
 commisit. Pyrrhus statim cum copiis aduolans,
 facile castris, & exercitu nullo repugnante, poti-
 tus est. Demetrius verò Thebas se recepit. Audes
 hic Athenienses Diphilo præside iterum defecisse,
 eos tam dura obsidione affecit, ut victoris ar-
 bitrio tradere se cogeretur. Post collecta undique
 classe, ac multitudine quæ ad undecim fortasse
 hominum millia erat, fortunam iterum tentare
 non dubitavit. In Asiam igitur solvens, ut Lys-
 macho

*Demetrii
 fuga.*

macho Lydiam Cariamque auferret, Miletū ap-
 plicuit: vbi Eurydicem Phylæ conjugis suæ fo-
 rorem, vnâ cum Ptolemaide Ptolemæi filia offen-
 dit. Hanc pater per Seleucum ei antea desponde-
 rat. Quamobrem Eurydice mox ipsam Demetrio
 vxorem dedit. Celebratis itaque nuptiis, multas
 hostium vrbes expugnauit, plarâsque in deditio-
 nem accepit. Interea Agathocles magnâ cū exer-
 citu ei se obiecit. At Demetrius in Phrygiam iter
 conuertere statuerat, Armeniam Mediâque
 occupaturus: verum quoniam maximis afficieba-
 tur incommodis, tum com metu & pabuli ino-
 pia, tum pestis acerbitate, & Agathoclis impres-
 sione perpetua, à proposito desistere coactus est.
 Fuerat & ipsa magna militum pars in Lyci tran-
 situ à fluctibus absorpta, sic vt milites ira com-
 moti, ne in Mediam perducerentur, contumelia
 & iurgiis in Demetrium insurgerent. Quare tot
 tantisque animaduertens se angustiis affectum,
 Seleuci benignitatem experiri statuit. Ille præstâ-
 tissimi viri fortunam miseratus, ei vt regi, & exer-
 citui necessaria parari iussit. Sed Procles Seleuco
 valde familiaris, ipsius animum varia suspicione
 imbuit, atque commutauit. Itaque Seleucus illi
 cū exercitu, occurrit. Hac Demetrius mutatione *Deme-*
 stupefactus, per legatos Seleucum orauit, vt sedē *trius Se-*
 aliquam ipsi permitteret: sin minus, saltem locum *leucum*
 ad hyberna cōcederet. Quod cū persuadere nō *rogat,*
 posset, in irâ excâ descens, aduersus Seleucū castra
 mouit: & tanto quidem furore prorupit, vt hostes
 fugerent. Tum ad prouincias populâdas diripien-
 datq. conuersus, post multa tandē extremum cū
 Seleuco certamen iniit. Pugnantis ardore ma- *Demetrij*
 gno vtrinq; militibus, iam alterum Seleuci cornu *cum Se-*
 in fugâ inclinabat, cū Seleucus equo desiliit, ga- *leuco præ-*
 leamq. deposuit, & in aciem descendēs, suo hor- *lium.*



Antonius.

MARCO Antonio patre orbato, Iulia mater ex Caesarum familia, primaria foemina, P. Lentulo nupsit, qui in urbem cum Lucio Catilina conspirans, à Cicerone consule supplicio affectus est. Hinc odij prima causa inter Antonium Ciceronemque. Quippe Antonius vitricum ab ipso præter fas necatum esse querebatur. Erat autem Antonius forma egregia, fronte lata, naso eminenti: ac dignitatem quandam vultu præ se ferens: Herculi certe perfimilem reddebat aspectum: quod antiquam opinionem illam confirmavit, Antoniorum familiam ab Hercule defluxisse, & ab Antone Herculis filio cognomē accepisse. Antonius sub ætatis florem in Græciam abiit, æs enim alienum ingens in vrbe confluxerat, vbi corpus ad laborem linguam ad dicendum exercuit. Cæterum Gabinio in Syriam nauigante, ab eo equitum magister factus est. Mox cum aduersus Aristobolum mitteretur, hunc non modò fudit, verum etiam vnâ cura filio cepit. Eo tempore rogabat Gabinium Ptolemæus, vt in Ægyptum ad seditiones compescendas descenderet. Antonius ergo cum equitum parte præmissus, iter illi tutum reddidit, & vrbe Pelusio expugnata, victoriæ spem certam duci præbuit. Multaque alia fortitudinis & militaris industriæ signa in Ægypto tum ostendens, magnificè laudatus ac donatus est. Vn-

Odij inter Antonium & Ciceronem causa. Antonij vultus.

Munificētia vi-
tia sua te
git An-
tonium.

de in maxima apud Aegyptios aestimatione post-
hac esse coepit. Quamuis autem iactantia, dica-
tati, vinolentiae, sodalitiis infamibus semper
inhereret (quod omnibus turpissimum videba-
tur) tamen militum animos sibi comitate mirum
in modum conciliauit, & indulgentia. Erat prae-
terea in amicos munificus, adeo ut mille etiam
repugnantibus vitiis, hac sola virtute ad poten-
tiam sibi iter extruxerit. Amicorum enim cuiusdam
decies sestertium dono dari iussit: quod cum pro-
curator admiraretur, ut muneris magnitudinem
Antonio ostenderet, eius in conspectu pecuniam
deprompsit. Tum conspicatus ille procuratoris
calliditatem, Aestimabam (inquit) decies sestertium
maiores summam efficere: cum igitur hoc
parum sit: tantumde adhuc ut addas volo: crescen-
te autem in dies inter Caesarem & Pompeium ve-
hementius similitate, Antonius C. Curionis amicum
sui auctoritate, tribunus plebis creatus est. Et
quia Caesaris partes plurimum foueret: consulibus
magno odio erat. Sed cum illi ab incepto homi-
nem auertere non possent, ut ceteros Caesaris a-
micos a Senatu pepulerunt. Ipse autem sumpta
ferui veste, ad Caesarem confugit: clamitans, bo-
nis in urbe locum ultra non esse, leges non vale-
re, tribunitiam potestatem esse sublatam: & qui-
bus bonum publicum cura esset, iis capitis peri-
culum imminere. Caesar sane qui iam diu sumen-
dorum armorum occasione, expectauerat, in I-
taliam cum exercitu mox properauit. Ea subacta
in Hispaniam discessit, postquam Lepido urbem
Italiam Antonio tribuno commisisset. Is Caesaris
milites artibus suis facile sibi deuinxit, alio-
quin enim ipsis non parum iniurus erat. Quippe
cum ad iniurias & calumnias promptus esset, &
lenas etiam in mulieres parum fuit pudicus. Sed
cum

Antonius
Caesarem
sequitur.

cum
err
ma
Q
ru
dit
ctu
cur
ria
ma
stri
vlt
om
nu.
An
vita
dica
scin
inte
om
noq
bar,
ctac
nup
inge
spee
tere
cate
per
to C
plu
dedi
perca
li ver
bilu
albis

cum ex Hispania Cæsar reuenteretur, hæc eius errata non castigauit. Nam ipso vt virò forti, & manu prompto, in maioribus rebus vti volebat. Quare cum à Brundisio in Epitum cum copiarum parte traiecisset, Antonius ex mandato perditum XX. millibus, equitibus octingentis instructus ad illum superata tempestate nauigauit & in cunctis que præliis ita gnauiter se gessit, vt Cæsarianos bis in fugam versos retinuerit, vique summa hostes fuderit. Quare magnificus de eo in castris erat sermo. Propter quod etiam Cæsar in vltima illa Pharsalica pugna, Antonio tanquam omnium bellacissimo, sinistrum commisit cornu. Adepta verò victoria, Cæsar dictator factus, Antonium rursus tribunum in urbem misit. Qui vita quidem non beate publicis exactionibus dedita. Dolabella tamen se opposuit, legem de rescindendo arè alieno promulgare volenti. Post inter mimos, aleatores, scorta, ebriosque versans, omnium animos maximè offendit. Nam luxu vinoque confectus, interdum crapulam obdormiebat, feruè verò in mimorum scurrarumque spectaculis conspiciebatur. Ferunt in Hippia mimæ nuptiis, tantum per vniuersam noctem eum vini ingurgitasse, vt post diem in concionem vocatus, spectante populo, euomere cogeretur. Cæsar interea ex Hispania remeans, Antonium præter cæteros honore profecutus est, & in curru dum per Italiam veheretur, excepit. Deinde cum quartò Cæsar consul crearetur, Antonium sibi sumptum in collegam. At tamen ille nesciens, causam dedit plarisque necandi Cæsaris. Nam cum Lupercaliorum dies celebraretur, Cæsar triumphali veste amicus, spectaculo intrerat. In quo nobilium complures nudi vniisque decurrebant, albis loris obuios ferientes, Antonius ex his vnus

*Hostium
in Cæsariarum
magna
vbi.*

*Antonij
crapula.*

erat, qui ad Cæsaris sellam, in qua spectacula vi-
 furus sedebat, currens se vertit, & diadema, quod
 laurea nexum habebat, Cæsoris capiti imposuit,
 id ille postquam festinanter deiecit, Antonius
 iterum imposuit: iterumque Cæsar spectante po-
 pulo caput inclinans reiecit, sellaque surgens a-
 nimi rectitudinem omnibus satis ostendit. Ve-
 runtamen impostam eam statuae suae, cum Tri-
 buni abstulissent, ipsos magistratu Cæsar depo-
 suit. Propterea videlicet Cassius & Brutus cæte-
 rique conspirarunt, quòd Romæ regnum affe-
 ctaret. Quo quidem mortuo, Antonius primum

*Cassij &
 Bruti in
 Cæsarem
 conspira-
 tio.*

adiectis magistratus insignib. se occultavit. Sed
 audiens in vrbe nihil esse tumultus, Cassio ad cœ-
 nam inuitato, se conciliauit. Postridie frequenti
 senatu, discordiarum obliuione proposita, de pro-
 uinciis diuidendis retulit. Quæ oratio adeo om-
 nibus fuit iucunda, vt maximam sibi laudem
 parasse diceretur, tanquam in rebus turbulentis-
 simis intestinas seditiones sua prouidentia su-
 stulisset. Verum paucos post dies, cum Cæsarem

*Populum
 Anto-
 nius ad
 furorem
 erigere.*

pro rostris laudaret, vestemq; sanguine fœdatam,
 ac multifariam gladii incisam ostēderet, ita multi-
 tudinis animos ad miserationem inflexit, ita in
 furorem omnes irritauit, vt cremato Cæsaris in
 foro caduere, raptis ex pyra torribus, ad percus-
 sorum ædes mox eucurreriat. Quare Bruto cum
 cæteris ex vrbe fugatis, Antonius quasi Cæsar id
 antea decreuisset, multos magistratibus, non nul-
 los immunitatibus honestauit. Item aliquos in se-
 natores elegit, quosq; voluit ab exilio renouauit.
 Interea Cæsar adolescens hæres à Cæsare inscriptus.
 Apollonia rediit: & Antonio salutato, post pau-
 cos dies pecuniã sibi à Calphurnia Cæsaris vxo-
 re apud ipsum depositam repetiuit. Id Antonius
 dum differret, iuuenemque simul aliquando per-
 terret,

terrere. Cæsar posita in foro aurea patris suis sella tribunatū petiit. Antonius autē illū in carcere cōminatus est ducturum se, nī plebem sollicitare desineret. Hac motus cōminatione Cæsar, totū se Ciceroni cōmisit. Cuius studio senatū sibi cōciliās, maximā & à plebe beneuolētiā assequutus est, ita ut veterani milites ad eū vndiq; concurrerent. Interim Antonius Ciceronis opera, reipub. hostis iudicatus est. Cæsar autem falces decreti, & Pansa Hirtiusq; cōsules cōtra Antonium misit. Quē apud Mutinā, Cæsare adiuuante, vicerūt, ambo tamē perire. Antonius hac accepta clade, maxima cum penuria superatis Alpibus, tandem cum Lepido se coniunxit. Et exercitu coacto, cū x x. equitum millibus, peditum legionibus x v i i. in Italiam rediit. Erat per id tempus Cæsar à Cicerone ad libertatem tendente, alienus, & propterea cū Antonio conuenit. Hic colloquio inter se habito de diuidenda repub. ad illud execrabile commercium deuenerunt ut in societatis fidem, morte pro morte compensaretur, & sanguine transigeretur quod verbis firmari non poterat. Itaque ccc. proscriptis ciuibus, Antonio Cæsar Tullium dedit, Antonius L. Antonium auunculum, & Lepidus Paulam fratrem ad necem Cæsari concesserunt. Antonius simulac Ciceronem confodi fecit, illius dexteram, qua suas inuectiuas scripserat, afferri, & in maius vindictæ solatium, vna cum capite in rostris poni voluit: non animaduertens, quā indignum hominem ipsum fortuna ad potentiam tantam euisset. Erat huiusmodi trium virorum dominatio omnibus inuisa, cuius rei culpa omnis in Antonium referebatur, tanquam cæteris potentiolem, & nequiolem. In tantam enim se superbiam tum eruperat, ut legati, duces, magistratus reiecti, pro foribus

Cæsar hanc se cōciliis Ciceroni cōmisit. Anton. Ciceronis opera hostis iudicatur

Antonij, Cæsaris & Lepidi triumuirati.

Ciceronis caput ad dexteram in rostris ponitur.

*Antonij
romiter.*

*Cassij &
Bruti
mors.*

*Cleopa-
tra ad An-
toniū na-
vogat.*

expectare cogeretur. Habebat Antonius in do-
mo Pompeij, illustrissimi viri. Cohabitatores e-
rant mimi, aleatores, adulteri, ganeones eius ra-
pinas abligurientes. Ex quo non proscriptorum
bona, non vectigalia, non vestalium virginum sa-
cra, Antonij profluvio sufficiebant: quin à neca-
torum vxoribus etiam & propinquis facultates
extorqueret. Paulo post ipse & Caesar diuisis ex-
ercitibus in Macedoniam aduersus Brutum &
Cassium contenderunt: commisso igitur praelio,
Caesar à Bruto fusus, & castris amissis vix euasit.
Cassius in alio cornu ab Antonio superatus, Pin-
dari liberti manu volens occisus est. Inde imita
rursus pugna dum Caesar ægrotaret, Antonius
Brutum prostrigauit: qui fugiens sibi mortem con-
sciuit. Confecto sic bello, Caesar vt moribundus
Romam deferretur: Antonius in Græciam profe-
ctus, cum facilitate, tum liberalitate omnibus a-
mabilem se præbuit. Post in Asiam concessit: ad
quem cum reges vndique confluerent, domusque
concertarent, reginæ etiam aliquot ornatu con-
tendentes, sese formamque suam Antonio obru-
lerunt. Corruptus itaque Antonius his illecebris,
& consuetudinibus, in pristinum recidit incontin-
entiæ morbum, & inter mimos, citharædos,
saltatores, cantus agens vaguenta tantum & fra-
grantia ferta tractabat. Suauissimis vndique re-
dolentis odoribus, multos tum nobiles fortunis
expoliabat: vuentium etiam bona, quasi mor-
tuorum improbissimis lenonibus in heredita-
tem concedebat. Ferunt coquo magnatis cuius-
dam eum ædes fuisse largitum, quod æcnam lau-
tissimè parasset. Dicacitate idem magna ac pene
scurrili procacitate semper viebatur. Ad supre-
mam verò viri cladem accessit Cleopatra: quæ
quicquid in eo virij latebat, id omne detexit, &
si qua

si qua virtutis scintilla refederat, ipsam penitus
 suffocauit. Nam dum in Ciliciam ad Parthicum
 bellum descenderet, ex suis quendam cum man-
 datis ad Cleopatram misit, vt ad se iudicium subi-
 tur, veniret quod multa Cassio contra se ad bel-
 lum contulisset Cleopatra autem, vt quæ forma,
 eloquentia, calliditate, opibus, philtrisque vale-
 ret, sperabat huc secus Antonium capi posse,
 quam Casarem antea prehensisset: & propterea
 incredibili pompa ornatumque se accingens, do-
 na Regine quadrantia parauit: ac per Cydnum
 amari nauigans in puppi aurea, purpureo ex-
 culta velo residens, cuius remi argentei, ad fistu-
 larum, tibiatarumque concentum agitabantur, ad
 ipsum est deuecta. Ipsa autem sub aureo requies-
 cens tentorio, persimilem Veneri reddebat aspe-
 ctum. Fluminis ripas vaporibus vndique persun-
 debat ancilla. Scrie et erant ruderes, quibus puel-
 læ Nympharum Nereidumque stolis ornatae an-
 nitebantur. His itaque apparatibus, & magnifi-
 centia stupefactus Antonius, non tantum Cleo-
 patra forma correptus est, quantum venustis mo-
 ribus, & in loquendo lepore, & iucundissima con-
 uersatione. Adeo, vt curarum omnium expers, nec
 exercitum, nec bella, nec imminentes Syriae Par-
 thos curaret, sed Cleopatram morem gerens, in A-
 lexandriam eam sequeretur. Illa autem hominis
 animum blanditiis, irritamentis, illicebrosisque
 sermonibus deliniens, interdum pariter & noctu
 seu ludendo, seu potando, ancillæ etiam habitu
 induta se illi accommodauit. Dum curis vacuus
 tamdiu cum Cleopatra se oblectaret, literæ à Ful-
 tia vxore venerunt, quib. querebatur, se à Casare
 rebus omnibus amissis, Italia esse expulsam.
 Quare à somno & crapula quasi experrectus, in
 Phœniciam contra Parthos castra mouit. At tum

*Inaudi-
 tu. Cleo-
 patra ap-
 paratu.*

*Cleopa-
 tra ada-
 maia An-
 tonio.*

deinceps à Fulvia per literas peritus, in Italiam cum ducentis nauibus se conuertit. Interea ex amicis, omnem discordiarum causam à Fulvia manasse cognouit, vitore, quæ nouarum rerum auida, motus in Italia aliquos fieri niteretur, vt cum à Cleopatra auerteret. Cæterum hæc tandem in Asiâ properans, Sicyone mortua est. Cum igitur Antonius in Italiam properasset communiu amicorum opera cum Cæsare in gratiam rediit, diuisumque est inter ipsos imperium, sic vt Ionium mare eorum fines terminaret, & omnis ad orientem tractus Antonio, Hesperia tota Cæsari cederet, Lepido autem Aphrica maneret. Et vt fœdera maiore essent vinculo colligata, Octauia sororem Cæsaris, Antonius duxit vxorem. Interea dum hæc præclare procederent, Antonius ad reprimendos Parthorum motus Ventidiam præmisit. Ipse autem paulò post, cura rerum suarum Cæsari demandata, vnâ cum Octauia in Græciam soluit. Et dum Athenis hyemaret, à Ventidio literas accepit, Parthos à se tribus esse victoriis profligatos. Hoc lætus nuncio Antonius, cum urbem Iudis, spectaculis, cantibusque exhilararet, nouis in Cæsarem calumniis irritatus est. Vnde trecentarum nauium classe coacta vnâ cum Octauia in Italiam traiecit. Postquam Tarentum applicuisset, Octauia fratris adeundi facultate exorata, Romæ Cæsarem blanditiis, precibus, & ratione vicit, vt se Tarentum pacificè cōferret. Vbi in mutuis complexibus se dissuauiantes, amore contenderunt. Paucis interiectis diebus, duas Antonio Cæsar legiones ad Parthicum bellum concessit. Antonius autem Cæsari rostratas centum aduersus Sex. Pompeium. Et relicta in vrbe Octauia, ipse in Asiam traiecit: mox in Syriam, vbi Cleopatram ad se accersitam, mirabili volu-

*Fulvia
mors.*

*Octauia
Antonio
nupta.*

*Anto-
nius à Cæ-
sare rur-
sum irri-
tatus.*

plate

ptate suscepit: Phœniciamq; ei, Syriam, Cyprum,
 Cyliziæ partem Iudæam, Nabathorum Arabiam
 dono dedit. Reges insuper multos regnis expu-
 lit, Antigoni Iudæorum regem securi percussit. *Antig.
Iudæorū
Rex secu-
ri percus-
titur.*
 Verum præ cæteris omnibus flagitiis, honores
 Cleopatrz collati, maximè omnium animos of-
 fendere. Ea ergo in Aegyptum remissa, per Arme-
 niam, Arabiamque cum trecentis hominum mil-
 libus proficiscens, quibus Indus & omnis con-
 tremuerat Asia, parum effecit. Quippe ita in Cleo-
 patram deperibat, & eius videndi desiderio im-
 moriebatur, vt intempestiuè cuncta agens, dum
 festinus esse cuperet, trecenta post se vehicula,
 machinas & impedimenta simul trahentia reli-
 querit. Cùm verò Phaartis urbem quandam, in
 qua Medorū regis filij & vxores erant, obsidione
 molestarer, Phaartes ipse Parthorum rex, occisis
 fugatisque custodibus, & creptis obsessis, urbem
 igne consumpsit. Tum Arthuasdes Armeniorum
 rex, qui Antonio adhæserat, his auditis, à fide
 defecit. Parthus etiam hoc elatus successu, in
 Antonij munitiones irruit, eumq; minis & contu-
 meliis vsq; lacecessit. Propterea Antonius in iram
 excandescens, occasione nacta, suos in pugnam
 eduxit, datòque signo in hostes ingenti clamore
 prorupit. Hostes autem timore perciti, prius in *Parthus
Antonius
abire co-
git.*
 fugam, quàm in aciem se conuerterunt. Sed cùm
 nò plures triginta ex hostibus cecidisse Antonius
 audiuisset, maiorem verò belli partem cõfecisse
 se putasset, à victoriæ spe decidit, nec eum sefellit
 opinio. Nam dum huc illuc per hyemem cur-
 saret, à Partho specie fœderis fraudatus, abire
 coactus est. Cùm igitur castra mouisset in Ar-
 meniam descensurus, occurrerunt hostes, quos
 vbi strenuè propulsasset, iterum iterumque Par-
 thus eum inuasit. Sed restiterunt Romani fortiter,

ut omni prædæ spe amissa Parthi de reditu suo
 cogitarent. Verum cum Fulvius Gallus, qui
 ordinem ducebat in exercitu, Parthos aggredere-
 retur, fugaret, ac in medias usque hostium sta-
 tiones sequeretur: ita paulatim in summum dis-
 crimine exercitum adduxit, quod nisi Antonius cum
 legione tertia celeriter aduolasset, actum de eo
 fuisset. Quippe tria millia cecidere: quinque vero
 vulneribus affecta sunt. Abeuntibus deinceps ho-
 stibus, cum ægros Antonius curaret, salutarer,
 necessariisque suppeditaret, ipsi manum ducis pre-
 hensantes, orarunt ut propriae salutis consideret,
 bene se valituros, si dux ipse valeret. Parthi autem
 hac exultantes victoria, non de suo ulterius re-
 cessu cogitabant, sed Romanos quasi fusos iam
 consumi volebant. Erat Parthorum exercitus
 ad quadraginta equitum millia. Quare veluti ad
 prædam concurrens, postridie in Romanos im-
 petum fecerunt, Antonius concione ad exercitum
 habita, omnium ita animos flexit, ut supplicium
 quoduis perferre pollicenti sint, si dicto audientes
 essent faturi: modo tristitiam animo pelleret.
 Tum firmo ordine & animo hostes susceperunt,
 restiteruntque: quoad Parthi iam labore fessi, mul-
 tis suorum amissis fugerant. Et huiusmodi pugnis
 singulis diebus bellatum est. Hinc exercitus tre-
 pide incedens, fame maxima premebatur. Quæ
 adeo inualuit, ut pro ordeaceis panibus ad her-
 bas radicesque comedendas adigerentur. Quin no-
 tis iam deficientibus, ad incognitas herbas se ver-
 terunt, quarum venenis insani facti, tandem mori-
 ebantur. Accedebat hæc indignitas, quod singu-
 lis diebus hostes acrius instabant. Verum ipsi viden-
 tes, Romanos minimè posse superari, novos con-
 texere dolos: & paulatim à Romanis digressi, re-
 ceduros se dixerunt, nec ulterius eos esse mole-
 sturos.

*Parthorum
 de Ro. vi
 Eboria.*

*Exitialis
 famer.*

sta
 de
 bu
 ni
 pe
 sub
 tu
 mo
 tur
 que
 bus
 ton
 thr
 lera
 qu
 gu
 pia
 Par
 per
 ripa
 tro
 toll
 ton
 sext
 Sup
 ing
 tum
 dit
 stes
 quo
 rat
 defe
 re P
 mul
 xad
 nes

flatuos. At Romani propter hoc latati, suo iam
 de recessu consilia agitabant, & relictiis monti-
 bus, in planiciem eundem esse arbitrabantur. Et
 nisi a Mithridate Partha monitus Antonius, iter
 per montium ardua tenuisset, sanè Crassi interitū
 subisset. Parthi autem audientes, Romanos mon-
 tium iuga tenere, ex insidiis profluentes, extre-
 mos inuaserunt præliando: itaque proficiscebantur,
 & siti acrius inualecente, demum ad flumen
 quoddam peruenere, cuius hausta aqua dolori-
 bus maximis afficiebatur. Non potuit tamen An-
 tonius omnes a potu prohibere. Interim à Mi-
 thridate iterum monitus est, ut sitim paulum co-
 leraret, nam potabile flumen haud longè besse
 quò vsque Parthi essent eos sequuturi. His co-
 gitis, Antonius noctu castra mouit, & manè co-
 pias in aciem redegit. Tum superuenientibus
 Parthis Romanorum extremi telis infestari cœ-
 perunt, sagittisque: sed vltimò omnes ad alteram
 ripam transferunt. Parthi simul ac Romanos vlt-
 ri flumen conspexere, summis eos laudibus ex-
 tollentes, relaxatisque arcubus abesserunt. An-
 tonius autem illis abeuntibus, paulum respirans,
 sexto die post hoc prælium ad Araxem peruenit.
 Superato Araxe, Armeniam summo cum gaudio
 ingressus est. Ibi copias recensens, comperit pedi-
 tum xx millia, equitum quatuor, per hanc expedi-
 tionem occubuisse, & in xx dierum itinere, hos-
 tes octies decies superatos: vanis tamen præliis,
 quoniam fugientes hostes persequi non potue-
 rat: & hoc quidem Artuaxidis Armeniorum regis
 defectione, qui cum equitum xv. millibus mo-
 re Parthico instructis aufugerat. Hunc igitur non
 multò post Antonius cepit, captiuumque Ale-
 xandriam duxit in triumpho. Tum per glaciè & ni-
 ves exercitum ductitans, ad mare & in Leucadiana

*Scilita-
res doli.*

*Interfe-
torum
merus.*

*Ardeor
belli infere
rondi.*

descendit, vbi Cleopatra ardentem expectauit. Interea Romæ Cæsar Octauiam ad Antonium se conferre iussit: vt si eam ob Cleopatram repudiaret, causam ipse haberet belli cum Antonio gessendi. Qua Athenas iam cum muneribus appellente Cleopatra timens, ne morum probitate & Cæsaris potentia Antonius ab ea fieret alienus, maiore æstu in Antonium simulauit se ferri, & modò de industria lachrymando, modò subdugis cibis se attenuando, morituram prætulit, simulac ab ea discessurâ Antonium sentiret. Quare Antonius dimisso contra Parthos bello, Alexandriæ cum Cleopatra permansit. Octauia autem neglectui habita, Româ rediit. Cæsar sororem videns pellicis amore esse reiectâ. Antonium sepius in conuisione accusauit, omniumque animos in eum intendit. Antonius de his certior factus, accusatores quoque contra Cæsarem misit, ipsum asserens suis rostratis Siciliam occupasse, neque sibi partem exhibuisse. Deinde exauktorato Lepido, legiones & prouincias vsurpasse: postremò militibus suis Italiam dispersisse: & ligni nullius eum eiusque milites fecisse participes. Cæsar se Lepidum remouisse respondit, ob nimiam eius insolentiam ac superbiam: eorum verò quæ acquisiuisset, partem nullam se datum Antonio: quandoquidem nec ipse ex Armenia quicquam sibi dedisset. Militibus autem eius Italiam esse dandam, qui Parthiam Mediâque haberent. Quo responso Antonius in iram exasperatus, Canidium iussit cum sexdecim legionibus ad litus Pelusiacum descendere. Ipse cum Cleopatra Ephesum profectus, copias vndique cogebat. Habuit octingentarum nauium classem, e quibus ducentas à Cleopatra recepit: atque talentum xx. millia, & pro vniuerso exercitu commeatus. His paratis tandem Cleopatram secum ducens, Athenas applicuit. Vbi

*Cæsar &
Antoniu
m rursus
disfide
dens.*

*Anto
nius Cleo
patram
vni
nium*

duca

du
obl
exp
ba
Cle
Cæ
neq
quo
re g
vt n
pat
esse
pot
ac M
Cle
Imp
paru
non
deu
aut
beb
xx
Cæ
lxx
nius
cep
gub
Erat
Ægy
reret
Cæsa
locis
hora
finist
latus
uoca

dum iocis, saltationibus, cantibus, theatrisque se
 oblectaret, Romam misit qui Octauiam domo
 expellerent. Id ciuibus indignissime factum vide-
 batur, tum precipue, quod nec ætate, nec forma,
 Cleopatram Octauia præferendâ esse censebant.
 Cæsar audito Antonij apparatu nō parū expauit,
 neq; tā propter illius copias, quā propter suū odiū
 quo laborabat. Italis exactionibus nimiū eo tēpo-
 re grauatis. Sed sic offēderat Antonius Romanos,
 vt nihilominus decernerent bellū aduersus Cleo-
 patram & ipsum. Addebat tum Cæsar, Antonium
 esse amatoriis philtris infectum, nec mentis com-
 potem. Ideo contra Photinum esse bellandum,
 ac Mardionem Eunuchum: seu contra Iradem
 Cleopatras constricticem, à quibus & Antonius, &
 Imperium gubernaretur. Multa eo tempore ap-
 paruerunt prodigia. Inter alia Pisaurum urbem
 non longè ab Hadria, in quam Antonius coloniā
 deduxerat, hiatu terræ cōuulsam fuisse ferunt. Cū
 autē ad pugnā se pararet, Antonius pugnaces ha-
 bebat naues quingentas, peditum C. M. equitum
 XXXI. reges septem in exercitu, auxilia totidem.
 Cæsar naues habebat C. C. L. bellicas, peditum
 LXXX. millia, equitum par erat numerus. Anto-
 nius apud Actium instructa classe, suos hortari
 cœpit ad spem maximam, & monere classarios
 gubernatores, vt impetum fortiter exciperent.
 Erat Canidij & aliorum sententia, vt remissâ in
 Egyptum Cleopatra, terrestri pugna bellum ge-
 reretur. Verū plus Cleopatras voluntas potuit.
 Cæsar inimicam videns classem ociosè in arctis
 locis se continere, suam & ipse continuit. Erat in
 hora sexta, quando Antoniani moræ impatiētes,
 sinistrum mouere cornu. Tum Cæsar hoc motu
 lætus, proram retorfit, vt in apertum hostes pro-
 uocaret, & circum ire ac implicare posset faci-

*Bellum
 corra Au-
 tonium.*

*Admirā-
 da Cæsa-
 ris & An-
 tonij co-
 pia.*

*Navale
prelium
inter Cae-
sarem &
Antoniu*

fius illorum naues. Vbi verò satis iam processisse putauit, prælium haud cunctanter inist. Antonianæ naues erant præ magnitudine & tardæ & graues: Cæsarianæ agiles, & earum tres vel quatuor circa singulas Antonij tragulis, concis, & ignis iaculatione nitcebantur, Antonianæ ex ligneis turribus catapultas iaciebant. Sed cum Cæsarianorum impetu Antonianæ classis paulum dirimeretur, & turbatis ordinibus per auxillum crepidaretur, Cleopatra nil aliud expectans, cum sex nauibus fugam arripuit. Antonius hæc fugæ dolore percitus, utpote qui nullam sibi vitam sine illa expectandam putaret, omnibus relictis, triremem Cleopatram subsequutus est: & cum eius nauem ingressus esset, neque illam alloqui neque videre voluit, sed seorsim considerans, tristis reticebat.

*Anto-
nius vin-
citur ac
Cleopa-
tram fu-
gientem
sequitur.*

Cæsar Antonij classe exercituque positus, Athenas profectus est. Interim regibus & locis omnibus ad illum deficientibus nisi fuisset ab amicis retentus, ipse sibi Antonius mortem conscruisset. Quare in Alexandriam discedens, curis onustus, & quasi hominum consuetudinem perosus, apud Pharum ad litus domum exedificauit, in qua viuens, omnium colloquia fugiebat: vbi autem etiam exercitum ad Cæsarem defecisse audiuit, & prouincias omnes præter Ægyptum, tunc domo illa egressus, in regiam se recepit, ac ad cœnas, ebrietatesque & iocos conuersus, ciuitatem incredibili lætitia compescuit. Mox missis ad Cæsarem legatis, petiit, ut pruatò sibi liceret Athenis degere, filius autem Cleopatraz Ægypti regnū habere. Cæsar Antonij petitione penitus reiecta, Cleopatraz omnia pollicitus est, si Antonium aut tolleret medio aut regno eiceret, deinde Romam se consulit: proximo autem vere in Ægyptum contendens, Pelusium cepit. Cleopatra his rebus per-

*Antonij
miseran-
dum exi-
tus.*

territa,

territa
fistula
monu
aud
nia p
Time
siuru
toni
cauit
re ad
neces
liquu
fatis
à Cle
roren
pit, &
quod
quasi
quit,
ducel
ab Er
suras
trans
quid
ra fer
Cleo
affer
los ra
delat
sis, l
clase
patre
vre
cios a
to de
regin

territa, aurum, argentum, margaritas, & preciosissima quæque ad Isidis templum congefist, ubi monumentum ipsa suum construxerat. Hæc cum audisset Cæsar, nuncios ad reginam misit, omnia pollicentes, & esse bono eam iubentes animo. Timebat enim, ne in rerum desperatione se, thesaurumque omnem igne cõsumeret. Interea Antonius ad singularem pugnam Cæsarem provocavit. Cui responderi iussit, multas Antonio patere ad mortem vias, sibi nullã esse nunc pugnandi necessitatem. Postridie videns Antonius, illud reliquum nauium, quod in fide remanserat, ad Cæsaris classem decidere, in urbem clamãdo rediit, à Cleopatra se esse proditum. Cleopatra illius furorẽ pertimescens, ad Isidis templum se recepit, & catarractis demissis Antonio nunciari fecit, quod mortem sibi consecuisset. Hoc ille audito quasi præ dolore exanimis, Hei quid moraris, inquit, Antoni postquam hæc cuius est ritu vitam ducebas miser, oppetit? ita cubiculum ingrediens, ab Erœo seruo se necari petiit. Ille veluti percussus, cum gladium accepisset, conuerso ictu se transfodit. Tum Antonius, Docuisti (inquit) Erœos, quid mihi faciendum sit: & adacto sibi per viscera ferro, in lectum se contecit. Hic rumor cum ad Cleopatram penetrasset, eam ad se in monumentum afferri iussit. Ille autem ad Cleopatram nomen uoculosam more trauiticos attollens, adiunxit. Quem ita delatum, nõ per fores, sed funibus à fenestra demissis, Cleopatra iuibus cum ancillis, quas secum incluserat, ad se seminanimum attraxit. Cæsar, qui Cleopatram comprehendendæ desiderio torquebatur, ut eam cum peruenisset in triumpho duceret, per nuncios ad spem omnem excitatã, interim in monumento deprehendi fecit, & in regiam deduci, ac tanquam reginæ omnia cumulatissimè suppeditari. Ipse eã

*Anto-
nius mise-
re sibi ipse
manus as-
serit.*

*Cleopatra verba postquam Antonium sepe-
lii.*

*Cleopatra mors
ae regale
funus.*

subinde adiens, amœnissimis sermonibus ad spem
vitæ, regniq; permouere voluit: illa lætitiã simu-
lans, pulcherrimæ mortis occasionem expectabat.
Tum veniã à Cæsare impetrata, suis ipsa manibus,
regio funere Antonium sepeliuit. Et amplexato
sæpius tumulo, inquit: O Antoni, his ego te tumu-
laui manibus, nunc Cæsaris captiua ad triumphũ
seruor nec alia à me libamina desideres: hæc su-
prema suspicias. Sed vereor, cum vis nulla nos vi-
uos potuerit separare, ne mortui loca permute-
mus: vt Romanus tu in Ægypto iaceas, Ægyptiaca
ego in Italia. Et propterea ad te descensuram me
recipias: quandoquidem nil grauius patior, quàm
sine te viuere. Sic amplexato coronatq; tumulo,
recessit: deinde cubiculum intrans, duabus cum
ancillis, post lauacrum regium ascendit lectum,
& aspides, quos aurea in pyxide ad extremã hanc
calamitatem seruauerat, brachio admouit, scripta
prius ad Cæsarem tabella, qua rogabat se vna cũ
Antonio sepeliri. Lecta autem epistola, Cæsar hæc
fraudatus spe, illius agrè tulit mortem. Regina
tamen animi magnitudinem laudibus efferens,
eam regali funere cum Antonio sepeliri iussit.

COMPARATIO DEMETRII & Antonij.

Potentia & claritas Demetrio à Patre pa-
rata est. Antonium patre genitum imbelli &
exigui nominis, nõ dubitauit ad Cæsarem ad-
spirare imperium, tantumque solu suis fre-
tus presidij valuit vt orbis terrarum mediam partem
præcelsentorem obtinuerit, & per legatos suos gentes
ante inuictas fuderit. Demetrii nuptiæ iudecora, Anto-
nij cum Cleopatra arpes & insauista fuerunt. Consilij
que

quo im-
bile, v-
uitate.
cum i-
qui mo-
tonio lo-
centia.
largitu-
Et quic-
glorian-
uit host-
muneri-
deliciã,
volupta-
neglexi-
Hercul-
namqu-
Cleopatra
gientem
& alio-
Demetri-
primũ
mul acc-
pulis do-
dulgeres
nullum e-
Etum n-
habent.
& urba-
stissimu-
git. Scip-
metrius e-
præstitit
Antonius
ret. Perin-
Vixit, ii

quo imperium sibi acquisiuit Demetrius irreprehensibile, ut pote qui dominium quaereret in homines ad seruitutem natos & paratos: tetrum Antony & tyrannicum, quod in seruitutem redegit populum Romanum, qui modo ex Caesaru dominatu effugerat. Vna in Antonio laudatur munificencia, atque in donis magnificencia: in qua haectenus eminet Demetrius, ut plura largitus sit hostibus quam donauerit amicis Antonius. Et quidem quod funerari Bruum iussisset magnifice, gloriam ille parauit: hic cunctos qui ceciderant humauit hostes, captiuosque ad Ptolemaeum cum rebus suis & muneribus remisit. Impotentes rebus secundum ambo, in deliciis quoque & luxu effusi. Sed non inuenias Demetrium voluptatibus & conuiuio immersum rerum gerendarum neglexisse occasionem: Antonium vero, sicut in picturis Herculi videmus ab Omphale subtrahi clauam leoniamque detrahi, ita frequenter exarmatum induxit Cleopatra, ut omnis necessariis oscitaret, & luderet, scienciamque insequeretur. More a Philippo, Alexandro, & aliis inter Macedonum reges usurpato, plures duxit Demetrius uxores, quibus honorem exhibuit. Antonium primum, quod erat apud Romanos in auditum, duas simul accepit uxore: deinde ciuem & iustam uxorem expulit domo, quod peregrina & illegitima amoribus indulgeret. Vnde ex matrimonio huius summa mala, illi nulum euenit. Piaculum atamen ex lasciuia contractum nullum tantum Antony facta quantum Demetrius habent. Demetrius in locis sacris cum scortis consuevit, & urbanas matronas struprauit complures: deinde castissimam adolescentem misere vitam profundere coegit. Seipsum igitur Antonius per incontinentiam, Demetrius alios laesit. Vice versa erga consanguineos suos praestitit se Demetrius usquequaque irreprehensibile. Antonius auunculum dedit, ut Ciceronem interficeret. Periuuria & perfidia veriusque, quod hic Artabazum vixit, ille obruncavit Alexandrum. Trophaeum suo-

rum effector & erectoꝝ ipse fuit Demetrius: contra An-
tonius, ubi non adfuit, pulcherrimas maximasque pro
legatos suos retulit victorias. Imperiũ verò amisit sua
culpa uterque, non pari tamẽ modo: sed ille destrucum,
quod ab eo Macedones defecissent: hic destrucens suos,
fugit enim deseruit in Attiaco pralio militibus qui pro
ipso pugnabant. Itaque crimen est Demetrii, quod non
sibi infestum exercitum reddiderit. Antonii, quod pa-
ratam tantam beneuolentiam atque fidem deseruerit.
Exitum cerie nouitius commende: improbandus De-
metrii magis: siquidem in manus hostium venire susti-
nit, & in custodia usura facere triennij passus est. Vi-
no & ventre pecudum in do saginatus. Timide quidem
& lamentabiliter turpiterq; Antonius: sed prius quam
corpus suum venit in hostiu potestatem, exitum sibi con-
ciliavit.



ARTAXERXES.



AR T A X E R X I pater fuit Darius
rex, mater Parisatis. Quæ cum qua-
tuor ex viro habuisset filios, Artaxer-
xẽ, Cyrũ, Ostanẽ, & Oxathrem. Cy-
rum maiore pietate colebat. Artaxer-
xens ab initio Arsilæ nomen fuit, natura lenis
atque benigno, nec cupiditatibus admodum ob-
noxio. Cyrus autem cum acris esset ingenio, ab
adolescencia regno inhiare videbatur. Hoc ani-

Cyrus re-
mauertens Darius, vt cateris regnandi libidine
gni gra-
auferreret, Artaxerxẽ natu maximum regem desi-
na Arta gnavit. Cyrus verò l ydiæ sutrapã, & maritima
xerxi fra rum regionum imperatoꝝ esse voluit. Verũ cum
tri struit Cyrus agro ferret animo, Artaxerxem sibi fuisse
insidias. prælacumzei insidias tendere curauit. His patet
Art,

Ais.
luter
tus f
Sed
ditat
uerfis
Inera
pleri
bant.
nibus
eius i
inde i
merco
Tanta
nullũ
illud a
paupe
fer ob
huic c
posset
no dan
currit
eum te
cum m
coactis
eim m
mouit
castra
hemem
discurr
dum in
in terra
à Cyro
rus in f
tẽpore,
Artaxer

Atis, nisi mater lachrymis & obsecrationibus fa-
 lutein illius ab rege impetrasset, supplicio dedi-
 tus fuisset. Liber itaque ad satrapiam reuersus est.
 Sed suæ immemor salutis, rursus regnandi cupi-
 ditate acrius incendebatur. quo factum est, vt di-
 uersis in locis clandestinè copias parare curaret.
 Inerat regi morositas quædam ac segnities, quam
 plerique animi lenitatem ac elementiam existima-
 bant. Nam omnibus ad eum patebat aditus, om-
 nibus etiã pro dignitate gratificabatur, & omnis
 eius in fontes animaduersio iniuria vacabat. Pro-
 inde in cõferendis beneficiis propensior, & in pro-
 merèda grata studiosior erat, quàm in puniendo.
 Tanta præterea animi ingenuitate florebat, vt
 nullũ tã exile munus ad eum deferri posset, quin
 illud animo susciperet regio. Cum enim semel à
 paupere nitæ magnitudinis pomũ puniceũ: fuis-
 set oblatũ, O quàm dignũ, inquit, esset ciuitatem
 huic credere, quoniã ex parua magnam efficere
 posset. Obsequiãti aliquãdo regi, cum alij alia do-
 no darent, homo rusticus nil aliud habens, de-
 currit ad flumen, & hũstam manibus aquam ad
 eum tulit: rex valde lætatus, phialam ei auream
 cum mille daricis elargitus est. Interim Cyrus
 coactis non paucioribus peditum quàm trede-
 cim millibus, aduersus Artaxerxem exercitum
 mouit. Et cum ad locus qui Cunax nuncupatur,
 castra transfuisset, collatis signis virinque ve-
 hementius pugnabatur. Tum Cyrus hostiliter
 discurrens, eò vbi rex pugnabat se proripuit: &
 dum in regem tenderet, equum eius vulneratum
 in terram strauit. Cum autem alij rex insilisset,
 à Cyro rursus humi prostratus est. Cũ tectidò Cy-
 rus in fratrem irrueret, rex etiam cõuersus transfixo
 tẽpore, semianimè equoq; deiecit. Tradunt tamen
 Artaxerxem pugna acrius incrudescente à Cyro

*Artaxer-
 xis inge-
 nuitas.*

Darius
 qua-
 rtaxer
 m. Cy-
 Artax-
 ra leni
 m ob-
 o, ab
 e anti-
 bidine
 defi-
 rima-
 à cum
 fuisse
 ete-
 ar,

*Cyri &
Artaxer
xii consti
tuit.*

*Cyru oc-
ciditur
ac caput
à fratre
per exer-
citum fer-
tur.*

in pectore vulneratum equo decidisse, & suis iam fugientibus, in tumultum quendam fuisse relatum. Cyrum verò inter cōfertissimos hostes discurrentem, à Mithridate Persa iaculo iuxta oculum adacto, fuisse vulneratum. Deinde iam ortis tenebris, à Care quodam succisa poplitis vena fuisse necatum. Artaxerxes audita Cyri morte, multis accensis facibus, eò saucius accurrit: & conspecto cadavere, dextram à corpore, à cervicibus caput abscindi iussit, quòd per comam apprehendens, suis dubitantibus & adhuc fugientibus ostendebat. Quare in ipsius, castra mox ad septuaginta hominū millia se receperunt. Ferunt enim, Artaxerxem quatercentena hominum millia in prælium adduxisse: è quibus ad viginti millia occubuerunt. Ex hostibus verò novem capitum millia ad regem delata sunt. Post hanc victoriam Artaxerxes summopere cupiebat famam hanc ubique gentium divulgari, quòd vno accepto vulnere, & duobus illatis, ipse Cyrum interemisisset. Proinde Mithridati primo Cyri percussori magnis præmiis silentium induxit, ne à se Cyrum transfixum fuisse gloriaretur, sed equestrem tantum eius pileum sanguine foedatum, regi se attulisse. Caremque, qui Cyropoplitis venam ense succiderat, magnis honestavit muneribus, ut Cyri mortem regi saltè indicasse se fateretur, cætera autem in silentio præteriret. Is verò sua tanquam gloria defraudatus, mandata spreuit, & palam se Cyri necis authorem fuisse prædicavit. Quod cum regi rumor attulisset, indignabundus Carem matri in ultionis solatium dedit. Ipsa verò summis cruciatibus affectum, necari iussit. Mithridates etiam à Parysatide eunucho his verbis irritatus est: Fugine tam excelsum tamque illustre facinus, pileum equo delapsum regi attulisset.

tul
De
con
me
ill
adu
uer
fero
con
del
nih
nen
in b
gnè
age
pro
Age
est
post
regi
que
Arta
gesil
crate
ciam
belle
igitu
& co
fo m
Laure
ex A
ta sag
se fui
ea co
rasser
gittar

tulisse? Tam ille iram non diutius premēs, inquit,
 De pileo, aut huiusmodi nugis quicquid vultis,
 confingite. Ego his manibus Cyrum confodisse
 me palam profiteor. De his rex certior factus,
 illum tolli iussit. Deinde in omnes Græcos, qui
 aduersus eum sub Cyro militauerant, animad-
 uersione vsus est. Qui autem è regis manibus eua-
 sere, in Græciam redierunt. Hi passim apud suos
 concionati sunt, Persarum potentiam in auro,
 deliciis, & luxu consistere, ac desidia tantum
 nihilque illis esse reliqui, nisi superbiam, elatio-
 nem, & inanem iactantiam. His verbis Græciam
 in barbaros commouerunt, vt Lacedæmonij indi-
 gnè ferrent, in Asia Græcos multos seruitutem
 agere. Et propterea illorum contumelias bello
 prosequi, & à seruitute eos liberare decreuerunt.
 Agesilao itaque totius belli moles demandata
 est. Is autem coëcto exercitu in Asiam profectus,
 post res strenuè gestas, collata cum Thisæferne
 regis præfecto acie, eum fudit, fugauitque. Plarás-
 que insuper vrbes ad deditiōem coegit. Quare
 Artaxerxes animaduertens aliam esse contra A-
 gesilauum decernendi rationem ineundam, Timo-
 cratem Rhodium magna cum auri copia in Græ-
 ciam misit, vt corruptis ciuitatum principibus,
 bellum in Lacedæmonios conuerteret. Peracta
 igitur ex regis sententia Timocratis legatione
 & conspirantibus Græciæ ciuibus, in Peloponne-
 so magni motus excitati sunt, propterea Agesi-
 laum ex Asia Lacedæmonij reuocarunt. Qui cum
 ex Asia diuerneret, dicere saepe solitus erat, trigin-
 ta sagittariorum millibus ab rege ex Asia pulsam
 se fuisse. Facetè quidem Græcos taxans, qui Persi-
 sca corrupti pecunia in Lacedæmonios conspi-
 rassent. Erat enim apud Persicos in nummo sa-
 gittarius insculptus. Conspirantibus igitur Græ-

*Græcorū
 in Pac-
 thoi bellū
 causa.*

*Agesilauū
 in Græcos
 scomma.*

cis Artaxerxes Pharnabazum cum classe ducem in Græciam misit. Et cum apud Cnidum confingeretur, Lacedæmonij amissa victoria, maritimo etiam imperio priuati sunt. Ex quo ad famosam illam pacem deuentum est, vt Lacedæmonij omnibus Asiæ ciuitatibus, quæque Asiæ adiunctæ essent insulis regi cederent, easque rex vectigales haberet. Cum multis interea Artaxerxes Grecos malis affecisset, vno tantum eos solatio præcipue recreauit, Thisapherne eorum infensissimo hoste sublato. Quem tum ob calumnias in alios ipsius, tum etiam matre suadente trucidari fecit. Cum matre enim Artaxerxes se conciliarat, quam antea odio persequebatur, ob Satyræ vxoris suæ necem, quam ille veneno incautam sustulerat. Reconciliata itaque inter filium & matrem gratia mater omni studio, cura & opera regis moribus & voluntati obtemperans, eius sibi gratiam potuit facile demereri: aded vt quisquis rerum suarum rationes ab rege consequi cuperet, id intercessione matris non difficulter exorare posset. Hæc vt acriter ingenio, callide conspicata est Artaxerxem, alteram ex sororibus ardentem amare. Quæ cuncta dissimulans puellam cum eius venustatem laudando, tum mores & ingenij dotes efferendo, regi gratam facere studebat: & suadendo scilicet amanti facile persuasit, vt postpositis legibus eam vxorem acciperet. Cum autem post nuptias aduersus Aegyptios bellum pararet, Pharnabazi & Iphicratis dissensionibus, potius dæ victoriæ spe lapsus, ipse cum triginta peditum millibus, & equitibus mille in Cadusiorum agrum hostiliter irruit. Caterum cum regio illa situ aspera & infœcunda esset, & bellacissimis hominibus abundaret, in maximas rex incidit difficultates. Quippe deficientibus comitatibus ad tantum

*Mater
filio pa-
ret.*

cala.

calamitatis redactus est, ut aſini caput in caſtris ipſius triginta drachmis addiceretur. Itaque conſumptis ſermè equis omnibus regia in cœna cinibus aliquando defecit. Et profectò ni Terribarzus ſuo regi per vaſtriciem & commentum occurrifſet, Artaxerxes in diſcrimen fuerat caſurus. Nã cum Caduſiis duo eſſent reges, diuerſis in locis caſtrametati, Terribarzus communicato prius cum rege conſilio, alterũ ipſe ex regibus adiutal-terũ nocturno itinere per filiũ monuit, vt ſuz cõſuleret ſaluti, quandoquidẽ iã rex alter per caduceatorẽ cũ Artaxerxe de pace ageret. Cũ hoc idem ipſe alteri regi perſuaſiſſet, percuffo cũ utroque fœdere, ipſe atq. filius rediit, quos Artaxerxes lætiſſimè ſuſcipiẽs, magnis muneribus honeſtauit. Et ſic ſoluta obſidione caſtra mouere, Artaxerxes auctẽ, vt omnes alacriores promptiorẽſq. redderet, deſiſto auro, purpura, atq. regio cultu, quo aſſidue eius corpus refulgebat, pharetram arcũque geſtauit, ac pedibus montes & ſalebroſa mœtium iuga ſuperauit. Sic igitur ceteri agiliores facti, ſpaciũ ducentorum ſtadiorũ, & eo amplius ſingulis diebus dimettebantur. Multi tamen eo bello fortiffimi viri deſiderati ſunt. Cũ autẽ in regnũ rediſſet, in ſuſpicionem incidit, ne ob rem malè geſtam ſuis eſſet deſpectui: & propterea in principes ſuos excaſcens, multos ſuſtulit, pleroſque expulit. Cũ deinceps in ſenium vergeret, filios accepit clandestinè iam de regno diſſidere. Quare volens malarum rerũ occaſionem intercipere, Dariũ natũ maximum, regem deſignauit. Oechus, erat filiorum minimus, inſignis tamen animi fortitudine: qui cũ ad regnum acriter aſpiraret, communicato cum nupta patris de præſenti conatu cõſilio, eã vxorẽ & regni ſociam habiturũ ſe recepit. Rebus ſic ſe habentibus

*Militaris
aſtucia.*

*Artaxer-
xi cor-
pus auro
refulge-
bat.*

*Dariũ
patris in
regnum
ſuccedũ.*

Perfarum moris erat, ut qui rex instituebatur, quodcumq. dono peteret, à constituente assequeretur. Darius igitur rex designatus, Aspasiam patris pellicem petiit. Hæc permolesta patri fuit petitio: & quamvis istius amore, multum non teneretur, trecentas autem & L X. præstanti formâ alias haberet, tamen ægro animo Aspasiam dimisit, adeo ut traditam paulò post abstulerit. Darius siue Aspasiam sic amans, siue quod à patre pro nihilo pendi se videbat, in iram excanduit. Tum Terribarzus ignem adiuvans, vehementius illum exasperavit in patrem. Erat enim Terribarzus causa hæc regi infensus. Habebat rex filias plures: quas cum viris traderet, unam Terribarzo despondit. Adueniente verò nuptiarum tempore Artaxerxes illa subito denegata, aliam ipsi dedit in uxorem. Eam etsi ob amorem duxisset, tamen animo semper in regem fuit infenso. Quare tot tantisque persuasionibus, iuuenem accendit, ut tandem in patris caput conspiraret. Ex quo Terribarzi consiliis totum se credens, plurimos fecit suæ conspirationis participes. Sed eunuchus quidam regis comuratione perspecta, regi omnia insinuauit, quo pacto noctu in cubiculum irruperent, ipsam incautum necare vellent. At rex verbis fidem habens, eunuchum iussit illos diligentius asseruare: & imminente periculo, fieri se continuo certiores. Mox effracto post lectum pariete, exitum ad conclaue factum auleo texit. Eunuchus deinde periculi horam renunciante, in lecto constitit rex: ubi illorum ora omniam dignouisset, strictis ensibus ruentium, summo proptinus auleo in conclaue se coniecit, ostioque obiecto clamorem extulit. Concurrentibus undique stipatoribus, Darius unâ cum filiis comprehensus est. Terribarzus verò priusquam illi in eum

manus

Terribarzi in regem comuratio.

Eunuchus conspirationem detegit.


manus immitterent, multos interemit. De Dario rex iudicium fieri voluit: iussitque seruos conscriptam vniuscuiusque sententiam ad se deferre. Latis itaque omnium in Darij caput sententiis, cum in carcerem coniecit. Tum licitor ingrediens, Darij conspectu viso ad fores vsque processit. Instantibus verò fori iudicibus in carcerem est reuersus, & altera comam manu implicans, altera collum è ceruicibus nouacula præcidit. Sumpto similiter de reliquis supplicio. Artaxerxi adhuc duo ex legitimis supererant. Quorum metu Occhus animo acriter cogebatur. His enim viuētibus regnum se obtinere vix posse arbitratur. Quare versare animo cœpit, qui illos è medio tolleret. Itaque alteri per secretiore nuncios clandestinè nunciari fecit, patrem eum decreuisse crudelitor & ignominiosè necare. Cùmque his fallaciis indies hæc arcana significare pergeret, & modò imminere, modò euitari exitium non posse ostendèret, ita hominem à ratione abduxit, ita terruit, vt epato veneno vitam finiret. Rex audita filij morte, incredibili dolore, gemitu, & lachrymis mortuum prosecutus est. Supererat autem, vt diximus, alter. Occhus nil differendum esse ratus, subornato Terribarzi filio, & istum interfici curauit. Artaxerxes verò vrgente iam ætate, ad mortem per se pronus (quartum enim & sexagesimum agebat annum) audita filij morte, hac etiam calamitate debilitatus naturæ concessit.

*Darius
patris
iussu sup-
plicium
perfert.*

*Artaxer-
xes fato
cadit.*



Galba.


ALBAM Neroni successisse, & in Caesarum familiam transisse, satis constat. Qui cum ex magna veteraque familia originem traxisset, etiam Qu. Catuli cognatione, cuius erat pronepos, maxime gloriabatur. Adoptatus autem a nouerca sua Liua, eius nauatione iter sibi struxit ad consularum. Post in Gallis maxima cum laude exercitus praefuit, Proconsul ite biennio Africam obtinuit, prouinciãque & intestinas seditiones, necnon barbarorum tumultus summa seueritate ac iustitia semper compe-scuit. Ea tamen in eo fuit uictus uilitas, & sumptus parsimonia, ut auarior haberetur, quam ut imperio dignus esset. Ob res autem in Africã, & olim in Germania gestas, triumphalia consequutus est ornãmẽta, atq. sacerdotium triplex. Cumque a Nerone in Iberiam mitteretur princeps, variẽ prouinciam rexit. Quippe primum malos seuerius multans, numularium non ex fide pecunias versantem dextra priuauit, abacoque eius affixit. Tutorem uerò quendam, quod pupillum cui haeres substitutus fuerat ueneno intermisisset, cruci affixit. Paulatim tandem in segnitiam uersus, noxiis clementius indulgere cepit. asserens, rationẽ ocij sui reddere cogi debere neminem. Interim tumultuante Gallia, a Iunio Vindice Galliarum praetore (hic enim a Nerone defecerat) litera ipsi uenerunt hortantes, ut assertorem se ac imperatorem Gallis praerberet, armatorum

 millia

Galba a-
naritia.

millia centum habentibus, plura etiam armaturis. Id ille amicis retulit, quibus eum ad Imperiū hortantibus, manumissionē seruis pronunciauit. Cum igitur huiusmodi decreti rumor quaquaversum vagaretur, cōsulentium multitudinem modo non obrutus est. Ita nec ipse prius tribunal attigit, quam vnā omnium voce imperator appellaretur. Tum ipse Neronis scēitiam increpitans, damnatorūque & occisorum à Nerone calamitatem deplorans, non Cæsarem non imperatorem, verum Romani senatus ducem se voluit appellari. Nero audita Galbæ defectione (fortē enim prandebat) mensam euertit. At senatus Galbæ hostem iudicans, omnia eius bona licitatione præposita venire decreuit. Attamen multis indies à Nerone ad Galbam deficientibus, solus Virginius in Gallia Germanicum ducens exercitum, defectionis signa non ostendit. Quinimo aduersus Vindicem signa mouens, magno cum prælio profligauit: qui ne in aduersariorum manus incideret, suis ipse manibus vitæ renunciauit. Cuius morte cū Galba maximè cōsternaretur, Virginiū literis rogauit, vt pro tuendo Romanorum imperio, & pro libertate communiter agere veller. Sic actorum penitentia ductus, cum amicis in Coloniam Iberiæ urbem secessit. Interim superuenientibus ab vrbe nunciis, factus est certior, & Neronem occisum, & à senatu imperatorem se esse appellatum, ac ab exercitu in sua verba iuratum. Sumpto igitur Cæsaris nomine Galba, paludatus iter ingressus est. Atque res nouas meditantis, togæ vsum renouauit. Tum autem Nymphidius Sabinus, Romæ per seditiones omnia sibi vendicabat in Galbam cauillans, quod propter senium vix equo vehi posset. Attamen Galbæ omnia satis secunda cum essent, aliquid ipsiq;

*Galba
imperij
initium.*

*V sum ro
ga Galba
renouat.*

licitudinis Virginij potentia afferebat: cum victorix nuper adeptæ gloria, tum quia bellacissimo imperabat exercitui. Ex quo verebatur, ne fluctuante ad rebellionem Gallia, magnam ille sibi vsurparet imperij partem. Et maximè, quod declarata Neronis morte, multi ad eum stricto ense concurrissent, vt imperium aut ferrum admitteret. Interea apud Narbonam Gallix vrbe imperator à Senatus oratoribus salutatus est, monitúsque vt quàm posset citissimè populo desiderio gestienti se ostenderet. Hos autem quemadmodum animo hilari & splendido suscepit apparatu, sic omni conuiuiorum splendore & honore profecutus est. Hæc dum ageret, Nymphidius audiit Galbam sese totum Ouinio regendum commississe, ratusque illo superstitè apud Galbam nunquam sibi esse licere, congregare exercitum conatus est: & in Galbæ senium cauillans precibus ac largitione omnia corrumpere studuit, quò ad imperium emergeret. Ceterùm dum hæc agitaret, Antonius Honoratus ex tribunis primus, apud milites Nymphidium accusauit. Et milites in eum sic exasperauit, vt vna voce Galbam Imperatorem mox vocarent. Ad quem tumultum cum Nymphidius credens à militibus se vocari, in castra descenderet, trucidatus est. Galba autem illius audiens interitum, complices etiam laqueo vitam finire compulit. Ad vrbe igitur dum properaret: remigum petulantem obuiam habuit turbam, quos ex classariis Nero fecerat milites: & quoniam aquilam & signa procacius efflagitabant, ad pristinam sortem iussit redire eos. Sed contumacius iusistentes, immisso equitatu disiecit. Ex quo immanior nõ visus est. Nam primo ob senium remissus videbatur. Cum verò Neronis prodigalitem corrigere aggrediretur,

Nymphidius à militibus occiditur.

retu
rat,
Cor
vti
tus
co a
serpe
& pr
bat.
popu
ri est
posse
veru
tyran
const
Tigil
eo &
rat, c
ginta
magr
abien
ampl
missi
re cor
bant
ret, ve
rétqu
rentu
rum, p
tur.
præmi
se que
sacran
statuis
ni non
tucere

retur, quicquid palæstricis ac scænicis erogauerat, præter partem decimam repeti iussit. Itaque Corauli, quo tibia modulante inter cœnandum, uti consueuerat, denarios quinque tantum largitus. Ex priuatis isti (inquit) loculis, non ex publico arario sunt. Hæc autem cum in deterius indies serperent, credebatur Quinij suauis omnia facere: & propterea ille inuidiam, Galba odium sustinebat. Nam cum Neronianos suppliciiis afficeret, populus Romanus Tigillinum ad supplicium dari efflagitabat, asserens nihil gratius sibi fieri posse. Ille autem non solum hominem serauit, verum & scæuitiæ populum increpuit, quod vellet tyrannidem ex Imperio facere. Hæc cum liquidò constaret omnia Quinij suggestionem fieri, qui Tigillini filiam vxorem duxerat, ducentaque ab eo & quinquaginta argenteorum millia acceperat, cum torque aureo, qui centum & quinquaginta millium esse ferebatur, omnes in Galbam magno astuabant odio. Milites etiam, qui in eius absentis verba iurauerant, munera longè solito ampliora petebant. Cum autem eum vocem emisisse audissent, militem deligere se, non emere consuevit: tum exacerbati, id maxime illi dabant vitio, quod non solum eos donatiuo priuaret, verum etiam ad posteros legem ferret, doceretque imperatores ne militibus quicquam largirentur. Et propterea homines rerum auidi nouarum, paulatim ad motus mutationesq; incendebantur. Accedebat fremitus copiarum Germaniæ quæ præmiis nauæ aduersus Vindicæ operæ, fraudari se querebatur. Proinde Cal. Ianuariis, cum de more sacramento dicere consueuisset, disiectis Galbæ statuis, non in imperatoris, sed in Populi Romani nomen iurare voluerunt. Hæc ubi Galbæ innotuere, non magis ob scæiũ, quàm propter orbitatẽ sese cit.

*Torquis
aurei æ-
stimatio.*

*Germano
rũ exerci-
tus à Gal-
ba defen-*

*Piso ad-
optatus à
Galba.*

*Othonis
in Galbā
conuer-
sio.*


omnibus despectui esse putans (sic enim tunc Vitellium in Germania imperatorē ab exercitu esse appellatum) inuenē sibi quempiam in adoptionē sumere decreuit. Ceterū quia multi p̄ Dolabella Quinius autē p̄ Othone laboraret, nō diutius distulit, sed Pisonē ingenio excellēti qdē, atq̄ ad virtutē p̄penso accersuit, manūq̄ eū prehensans in salutantiū multitudinē filium appellauit, & in castra perductum adoptauit. Hæc dum agerentur statim tonāte fulgurantēq̄ Ioue, tantus imber caligōq̄ castra ac urbē occupauit, vt planē neq̄ acceptus, neq̄ alicui grata numini ista adoptio videretur. Milites etiā quoniā nulla de largitione fiebat mētio, odisse Galbā incipiebant. Ceterum Otho, qui omni studio diligētia & largitione ad id dignitatis euadere conabatur, cum eius potiundæ omni se videret spe breui destitutum, amplius cunctandū non esse arbitratu est, amicisq̄ consultis rei totus incubuit. Ptolemæi etiā Chaldæi vatis exhortatio eius animum in spē magnopere erigebat. Quippe cum post Neronē imperaturum autumabat. Accedebāt præterea, qui Galbæ infestī erant: quiq̄ Nymphidio fauerant, olim in dignitate, tunc humiles & deiecti, ac id genus plarūque Othonem acrius exacerbabant. Omasthus itē Othonis libertus, omnes pollicitatione, argentoque Othoni deuinxerat. Eluxit itaq̄ dies sextus ab adoptione, quo sacrificanti Galbæ, præsentibus amicis & Othone. Umbricius augur per extorum inspectionem imperatori periculum imminere, cominūsq̄ percussores adesse nunciauit. His Otho turbatus negotium vt faceretur, abiit. Paulō igitur post, ab Othone omnia misceri & tumultuari intellexit Galba, eūque Cæsarē appellari: Lectica itaque vectus, amicis suadeatibus in forum descendit, vt autoritate fortassis & præsentia sua

tia su
exort
que l
sten
verò
iustor
Iouis
matur
tione
proce
foro r
distra
tis vul
ingulu
lo cor
& lep
Camu
vel vt
ob ca
lance
Quo
tinuò
eum fi
Sunt i
Patrol
simula
cissen
sares s
nis pe
cit. H
sanè g
ceps,
nem è
obtem
alij, ne
Vindia

tia sua motus comprimeretur : cum ecce rumor
 exortus est, Othonem in castris occisum. Statim-
 que Iulius Aëtius cruentatum Galbæ enses o-
 stendens, à se gloriabatur occisum, interroganti
 verò Galbæ, quo id iubente patrasset, ob fidem
 iusiurandumq. respòdit. Redeunte ergo Galba, vt
 Ioui sacra perageret, castra ab Othone teneri cla-
 matum est. Tum inter tot tumultuarias fluctua-
 tiones, Galba animi dubius an pedè verteret, seu
 procedere vel resistere deberet, apparuerunt in
 foro milites. Hi iaculis vndiq. lecticam petierunt
 ditra&isq. ensibus illum ad Cursij lacum mul-
 tis vulneribus còfoderunt. Sunt qui eum protenso
 ingulo dixisse ferunt: Facite, si id Romano popu-
 lo conducere arbitramini. Cecidit autem tertio
 & septuagesimo ætatis suæ anno: capite deinde à
 Camurio quodam truncatus est, seu Terentio,
 vel vt aliis placet, à Fabio Fabulo: quoniam
 ob caluitiam crine capi non poterat, affixum
 lance tetrum in modum ad Othonem delatū est.
 Quo exclamāte Pisonis caput velle videre se, cò-
 tinuò & Pisonis & Quinij & Lachonis capita ad
 eum facere delata, cum mercedis efflagitatione.
 Sunt igitur ære multo redēpta, Galbæ verò caput
 Patrobij Vitellijque seruis dono datum: quod
 simulac per contemptum omni contumelia affe-
 cissent, eò abiecerunt, vbi necantur ij quos Cæ-
 sares supplicio dedunt. Eius verò corpus Otho-
 nis permissu Priscus Eluidius noctu humari fe-
 cit. Hoc igitur pacto Galbā interemptus est, vir
 sanè genere & diuitiis omnium suæ ætatis prin-
 ceptus, quiq. gloria magis quàm potentia Nero-
 nem è medio sustulit, & qui vocatus ad imperium
 obtemperauit: cum conspirantium in Neronem,
 alij, nec imperio digni viderentur, nec essent. Ob
 Vindiciis certè defectionem, non propterea rem-

*Galbæ
 violentus
 interitus.*

publicam sibi vsurpauit, sed pro republica impetare se professus est, Scipionis, Fabricij Camillique exemplo. Verus autem & verè priscus imperator, ad senectutem vsque arma militariæque munia pertulit.



Aratus.



ARATOPATER fuit Clinias, vir clarus, & non minus opibus quàm virtute insignis. Patria verò Sicyon ciuitas Achaia, intra Isthmum antiquissima, & olearum prouentu picturisque clara. Hæc vrbs tyrannorum successionebus perpetuis multas rerum mutationes perpessa est. Nec priùs tantis se explicuit malis, quàm interempto Cleone tyranno Clinia & Timoclidæ, summæ probitatis & iustitiæ viris, res publica fuit demandata. Sub quorum moderatione, cum iam efflorescere cœpisset, Timoclidas diem obiit. Non autem multò post sublato Clinia, Abantidas Pasei filius, tyrannidem occupauit: & eiectis necatisque Clinia amicis, Aratum eius filium interimere studuit. Qui annos tum septem natus, in cuiusdam fœminæ domo delituit. Hæc erat Abantidæ soror, & Clidia fratris vxor: quæ puerum amplexata, Argos ad paternos amicos clam misit. Hic cum in palestra gymnasiisque plurimum versaretur, eò virtutis euasit, vt in pentatli certamine coronam fuerit assecutus. Interea Clinias & Aristoteles dialecticus Abantidam tyrannum in foro trucidarunt. Quo mortuo Nicocles filius in tyrannidem successit. Eo autem tempore Acati

*Abantida
mor.*

re Ar
omni
re col
cyon
trian
dique
fluctu
de ini
bona
iurgia
xius,
set, ta
exper
tia iam
quibus
cia mi
etiam
compa
Hac pr
uigauit
dissent
uit. C
dono a
nefum
eo solu
sublati
cõcilian
Erat Ar
arduo a
ligens, e
rum om
certami
rat anim
vrbius
ceps. Se
admirab

re Arati nomen erat passim celebre. Et proinde *Aratus*
 omnes ad eum à Sicyone exules confluebant. Qua- *Sicyonem*
 re collecta manu non parua, noctu per scalas Si- *noctu in-*
 cyonem inuasit: & succensa tyranni domo, pa- *uasit.*
 triam in libertatem restituit. Sed cum exules vn-
 dique reuocasset, ciuitas multis dissensionibus
 fluctuabat. Nam quos reuocarat ciues, ij inopes
 de iniuria spoliationis suae querebantur: ita dum
 bona sua à possessoribus extorquere nitentur,
 iurgia litisque fiebant. Quare Aratus animi an-
 xius, quo pacto ciuium quieti succurrendum es-
 set, tandem statuit Ptolemæi regis liberalitatem
 experiri. Mutua enim erat inter eos beneuolen-
 tia iam dudum: Quippe Aratus signis & tabulis,
 quibus plurimum rex oblectabatur, ad eum à Græ-
 cia missis, Ptolemæum sibi obnoxium fecerat. Tū
 etiam quicquid huiusmodi è maximis artificibus
 comparare potuit, regi liberalissimè transmisit.
 Hac proinde amicitia fretus ad Ptolemæum ena-
 uigauit, ab eoque pro componendis ciuili & reip.
 dissensionibus grandem pecuniam facillè exora-
 uit. Cum igitur centum quinquaginta talenta
 dono accepisset, quadraginta secum in Pelopon-
 nesum deuectis: reliqua inter socios dispartiens,
 eo solum repetentium lites repressit, verum etiā
 sublatis simultatibus, inopes cum diuitibus re-
 conciliauit. Dignum hoc laude fuit, si quod aliud.
 Erat Aratus natura ciuilis, semperque excelsi & *Arati*
 arduo animo meditabatur. In priuatis rebus di- *ingenium.*
 ligens, tyrannico nomini infensissimus, optimo-
 rum omnium summus amicus. In apertis tamen
 certaminibus, manifestisque belli dissidentis e-
 rat animi. Caterum in opprimendis tyrannis, &
 vrbibus capiendis, præ ducibus alijs longè prin-
 cept. Sed deinde in tantis diuitiis & honoribus,
 admirabilis eius fuit modestia. Cum enim ab e-

xulibus ad componendas lites solus arbiter vocaretur, solus tamen munus obire recusans, quindecim sibi accitis ciuibus, publicam effugit inuidiam, & ornatum gratia per hoc comparata, pace ciues amicitiaque coniunxit. Ex quo & publici honores ei decreti sunt, & ab exulibus ærea statua his verbis erecta:

*Arato
statua cui
hæc versibus
erigitur.*

*Consilia & vires, pro Græciis haustaque bella,
Herculis & summa celebrantur laude columna.
At tibi nos Arate pro libertate recepta,
Erigimus statuam virtutis iustitiaeque.
Nanque olim patriam diuini legibus ornans,
Sublimem caelo potuisti equare supremo.*

Florente igitur Arati nomine, ab Achæis primum imperator constitutus, Locridè è regione positam, ac Calydoniã depopulatus est. Postea cum Borothis subsidio esse non potuisset, ob rem ab Oeocretæ eorū duce in Cheronea infeliciter gestam, liberare Græciam à tyrannide omni diligentia aggressus est. Et quoniam Acrocorinthus Macedonum praesidio tenebatur, illo sublato, ratus est suo non difficulter desiderio se potiri posse. Est Acrocorinthus eximiae altitudinis mons, ex media Isthmo nascens: terramque intra Isthmum adiacentem, ab omni militari incursione, & aliarum rerum aditu tutam habens: adeo vt qui loco potitur, multis possit ciuitatib. esse nocumento. Et propterea Philippū iuniorē sepius dixisse ferunt, Corinthum totius Græciæ compedes esse. Sic igitur arcem illam occupare animo destinauit. Erat fortè tunc Corinthi quatuor fratres ex Syria: Horum vnus, cui Diocli nomen erat, in Acrocorinthi arce stipendia mærebat. Tres reliqui regio ex-pilato viro, Sicyonem ad argentariū quendam illud deferri semel curarunt. Eo Aratus artifice familiaris vti consueuerat. Cùm itaque illorum vnus

*Aratus
Græciã à
tyrannide
liberare
parat.*

Ergo

Erginus nomine argentarium sæpius adiret, inter confabulandum de arcis custodia sermo ortus est, & illo dicente quod sæpius per exasam rupem ad fratrem accessisset artifex Si diuersa, inquit, pœna nõ est furib' ac proditoribus, cur vno nõ manus negotio ditari, quã toties mortis periculo subiaceres? Tũ subridens Erginus, fratrem dixit se tentaturum. Quo abeunte, artifex Aratum cõueniens, communicato negotio, quid facere velint, cõcludunt. Interiectis aliquot diebus Erginus rediens, Dioclem fratrem, inquit, omnia optimè nauaturum: se verò, quando libeat, Aratũ ad arcis muros ducurũ. Tum depositis apud argentarium ab Arato in mercedis præmiũ sexaginta talẽtis, Erginus abiit, negocium expediturus. Arato autẽ tanta huius peragendæ rei cupido incessit, vt nec patrimonio, nec vitæ periculũ esse sibi curadũ duxerit. Vt tandẽ adoriendã rẽ tẽpus aduenit, paratis omnib. Aratus cum quadringentorũ delectorũ hominum manu ad vrbs porras, secundum Iunonis sanum se noctu recepit. Erginus septẽ sumptis expeditis iuuenibus, vrbe latẽter ingressus est, & obtruncatis portarũ custodibus, appostitis scalis, continuo Aratum cæteris subsequẽtib. intro suscepit. Aratus per fixa prærupta properans, ad arcem contendit: quo vbi tandem ventum est, commisso certamine acriter vsinque pugnatum est. Sed succedẽtib. reliquis cum clamore, & auctis Arati viribus hostes muro pulsi sunt, & arx occupata. Prima autem luce exercitus Sicyone exiens, in Arati præsidium per portas Corinthi dimissus aduenit. Aratus ad populum concionaturus in theatrum descendit: cuius videndi desiderio omnes vndique confluebant. Tum vt erat armatus, & hastam manu tenens, post blandas vtrinque salutationes, concianna oratione Corinthiis, vt

*Erginus
vrbe in-
greditur.*

*Aeroco-
rinthius
capitur.*

in Achæorum temp. se recipere persuasit, portarumque claves, quæ hæcenus à philippicis temporibus alienæ fuerant ditionis, Corinthiis restituit. sublato applausu, & vniuersa exultante ciuitate, Aratus Acrocorinthum quadringentis Achæis custodiendam dedit, cum quinquaginta canibus in arce simul alendis. Ipseque Heræo & Lechæ in deditiōem acceptis, viginti regiis nauibus equis quingentis potitus est. Tum Megarenenses Træzenij, Epidaurisque Achæis adhaerunt. Subinde castra mouens Aratus, per Artice fines Salaminamque omnia populatus, non paruum prædam abduxit. Ptolemæum verò Achæis societate amicitiaque deuinxit. Nulli enim rei ita ut Achæorum amplirudini incumberebat. Liberatis itaque à tyrannide finitimis ciuitatibus, Aratus indignum ducebat argiuos tandem tyranno famulari. Et propterea Aristippo illorum domino non mediocriter iniustus erat. Is vnâ cum Antigono dispositis vbique, qui suam ad hoc negotium operam nauarent, maximopere Arato insidiari cœpit. Aratus qui non vi, non armis, sed humili amictus, chlamyda, & lege ac virtute fretus, inuictum sibi parauerat imperium natura ad communem omnium tyrannorum cladem genitus fuisse videbatur. Quare nonnunquam aperto, nonnunquam clandestino apparatu Aristippum opprimere tētauit. Et nisi Argiui desidia quadam, ac assueta ad seruitutem natura obtorquissēt, semel superatis noctu per scalas muris, tyrannum eiecisset. Verum ipsis arma sumere non audentibus dum Aratus acriter pugnans, hastam in hostes contorqueret, in inguine vulnus accepit. Non potuit tamen ab hoste vi vlla de loco quem ceperat, deici. Sed vulnere affectus, & languens tandem secessit. Id autem effecit, ut Chrystippus iam rerum suarum

Græci à tyrannide per Aratum liberati.

suarum satagens, fuga euadere cogitaret. Mox
 cum milites siti fameque premeretur, Aratus per
 Argiuorum agrum populando discurrrens, vique
 ad Caretem fluum cōteadit, vbi partā iam fē-
 mē victoria, nescio quo fato fortuna non vtens,
 hostibus fugientibus in castra se recepit; propter
 ea milites à persecutione reuersi, ei succensebant,
 quòd victis & fugatis hostibus permisisset de se
 tanquam de victo trophæum cōstitui. Paruo in-
 teriecto tempore, volens hanc diluere notam,
 Cleonas primū Achæis adiunxit. Verū audi-
 to quòd Aristippus ad occupandos insidiis eos a-
 nimū intendisset, velut ipsius præsentiam for-
 midaret, quo illum ad inuadendum urbem me-
 lius alliceret, per exercitum cum multorum die-
 rum comitatibus Corintho Cencream dedu-
 xit. Tum Aristippus continuò cum exercitu af-
 fuit. Agatus è Cencreis Corinthum rediens, sub
 noctem cum copiis Cleonas se contulit. Illuce-
 scente autem die eruptione ex vrbe facta, strepē-
 tibus tubis, & clamore maximo ac impetu vsus,
 hostem dare terga cogit. Aristippus quoque fu-
 giens, à Cretensi quodam transfossus occubuit.
 Hac adepta victoria ad Lysiadem Megalopolita-
 norum tyrannum opprimendū se conuertit. Ha-
 rum certior rerum factus Lysiaes, maxima su-
 spicione torquebatur, ne Arati interciperetur in-
 sidiis, & propterea eo accersito dominatum depo-
 nens Achæorum se fidei tradidit. Quem vt beni-
 gnè susceperunt, sic eum exercitus imperatorem
 creauerunt. At ille statim in Aratū inuidia æstuans,
 cum gloria superare aggressus est, verū secus eue-
 nit. Nā Aetolicæ rex Arati nomē magno opere illu-
 strauerunt. Quippe penetrantibus in Peloponne-
 sum Aetolis, Pelleuamq; urbē improvisò occupā-
 tibus, dum per domos ad prædam effunderentur.

*Aristip-
 piu tranca
 foditur.*

superueniensque Aratus eos cecidit, fuditque. Iisdem temporibus Athenienses Demetrio seruebant. Quos ut in libertatem reuocaret Aratus iugiter inuigilabat. Et licet Pyreum saepius capere tentasset, etiam re aliquando male gesta, tamen noua semper spe redintegrabat animum. Et cum à Bytho Demetrii duce apud Phylaciâ bello superaretur, nō animo defecit, quin continuo ad Academiam vsq; Atheniensium omnia populatus est. Demetrio autē mortuo, Athenienses spe libertatis erecti, Aratū aduocarunt, ut ad expellendos Demetrianos eius auxilio uterentur. Is licet graui fluctaretur morbo, lectica tamen aduectus, Atheniensium desiderio peropportune satisfecit. Quippe Diogeni praesidij praefectio persuasit, ut cētum quinquaginta acceptis talentis, Pyreum Salaminā, sumūque Atheniensium reipub. redderet. Eginae praeterea, Hermiones & magna Achaide pars, Achæis se coniungere. Quare Atheniensium societas maximum Achaicis rebus attulit incrementum. Florentibus sic Achæis, Aratus Argiuos cupiens ab Aristomachi tyrannide liberare, eū per nūcios monuit, ut omnia tyrannide mallet Lysiadae exemplo, Achæorum leges & nomen suscipere, & cum gloria laudēque imperare, quā vni ciuitati violenter dominando, in se omnium inuidiā semper acrius exacuere. Aristomachus Arati calliditatē veritus, eius parere consilio decreuerat, veram Lysiaes viri gloriae amulatus, Aristomachum liberis monuit, ne pro in eunda cum Achæis societate, Arato se committeret: sibi verò sibi haberet, opumē naua: uro. Annuente eo, cū Lysiaes Aristomachi causam peroraret, Achæorum principes qua in Aratum beneuolentia essent, ostendēre: nam Aristomachū reiecerunt. Sed ubi Aratus causam egisset, prom-

Aristomachus ab Achæis reiectus.

pro

pro omnes animo consenserunt. Sequenti anno Ar-
 ristomachus imperator constitutus, & in fines La-
 conicos exercitum ducens, Aratum Athenis exci-
 tit. Is imperatorem monuit, ne cum Cleomene
 Lacedaemoniorum duce, homine bellacissimo con-
 grediretur. Illo tamen insitante, apud Pallantium
 cum eo se coniunxit, verum instituit, ut penitus pu-
 gnam detrectaret. Ex quo Lysides in Aratum ac-
 cusationibus insurgens, de imperio sibi committē-
 do egit. Factus autē imperator aduersus Elienses,
 apud Lycum a Cleomene fusus est. Aratus autem
 euasit. Sed cum in pugna condisisset diceretur, colle-
 ctis in unum fugientibus celeri impetu in Mancini-
 neos Cleomenis socios irrupit, & capta ciuitate
 Achæis eam adiunxit: Lacedaemonij id ægre feren-
 tes rursus coacto exercitu, duce Cleomene Mega-
 lopolitanos adorti sunt. Quibus cum Aratus Lysia-
 desq; occurrissent, non procul ab urbe dimican-
 tes, Cleomenem verterunt in fugam, quæ per vallem
 profundam fugientem cum Aratus persequi desti-
 tisset, Lysides nihilominus præcepit persequutus
 est. At Cleomenes eum viscis, fossis, arbutisque
 impeditum esse videns, verito gradu inuasit: &
 eo interempto ceteros dissipauit: unde Aratus
 magnam sibi conflauit inuidiam, quod Lysidi sup-
 petias ferre neglexisset. Quare Achæos per iram in
 Ægeum abeuntes, sequi coactus est. Vbi nec ipsi
 pecunias erogare, nec stipendarios alere. His re-
 bus Aratus valde tristis, statuit imperio se abdi-
 care: tamē ad Orchomenum deductis copiis, & con-
 serta cum Megisthone Cleomenis patruo pugna,
 eo capto, caesisq; trecentis hominibus reliquos fu-
 ga disiecit. His gestis exercitum dimisit. Interie-
 cto tempore, cum fors iterum imperij ad eum de-
 ferretur, ipse veteris notæ memor imperare re-
 cusauit. Ea autem tempestate Cleomenes truca-

*Cleome-
nis victo
ria.*

datis Ephoris, regioneq; tota sibi iuba&a, cum Achæis agere videbatur, vt ipsi imperium demandarēt. Propterea iam Aratum vulgo calumniis ludebatur, quod sua fluctuante rep. gubernaculum detre&aret, pateret&urque Peloponnesum iterum barbaricis moribus inquinari. Per id tēpus Cleomenes exercitum in Mantineos duxit, & expulso Achæorum præsidio urbem subegit. Post ad Hecacombem magno prælio Achæos confusus excurrentes superauit. Noctu verò castra mouens, Argos contēdit, & in suâ societatem eos adsciuit. Aratus sentiens Cleomenem iam cum exercitu propius accedere, metu percitus, per legatos petiit, vt cum trecentis ad eū cōferre se posset. Id ille cum minus annuisset, statim ciuitates aliquas ad deditiōem cōegit. Quibus argumentis Aratus animaduertens Achæis, nihil firmum, nihilque esse stabile, animo angebatur, tum maxime quòd Sicyoniorum & Corinthiorum multi Cleomenis studia palàm sequi iam viderentur. Ei ergo cum esset permissa potestas iudicandi, quotquot ex Sicyoniis ad defectionem spectare sentiebat, capitali animaduersione multauit. Verum vbi Corinthios etiâ cōercere vellet, eos in se concitauit. Et nisi equum insiliens Sicyonem se recepisset, periculū mortis adiisset. Quare Corinthij accersito Cleomene, urbem ei tradidere. Is autem vrbe accepta Acrocorinthum fossa vallōque circumdedit: Aratus verò qui tres & xxx. annos Achæorum rep. gesserat, Græcōsq; omneis gloria & potentia superarat, tanta tunc difficultate laborauit, vt vix corporis custodiam tueretur. Nam Ætoli Atheniensēsque velut fracto victōque auxilia denegarāt. Cleomenes tamen talenta xii. ei ad annum stipendium pollicebatur, si ipsius nauatione ab Achæis in imperatorē susciperetur, &

Acro-

Acrocorinthi curā susciperet. Respondente Arato, horum nil sua referre: Cleomenes incursum facta, Sicyoniorum agrum populatus est, ac urbē obsidione circumdedit. Interim Achzi conuocato in Aegeū concilio, Aratum eō acciuere. Is ex obsidione difficulter vnica naue cū filio ad cōcionem peruenit. Tum communiter omnes Antigonom aduocādum, eiq; Acrocorinthū committendam censuerunt. Eo itaq; adueniente Aratus cum ciuibus mille vsq; in Pegas obuiam proiit. Hunc Antigonus prater ceteros honoratiss. complexus est. Virum enim rebus gestis prastatissimū sibi illi deuinciendū putauit, cuius cōsilio in maximis negotiis plurimum vti posset. Pergit autem dato susceptōq; iureiurando, hostem inuaserunt, proque ciuitate acriter pugnarūt, tandem in Antigono in castra se recipiente, Aratus per internunciū ab Argiuis latēter monitus est, vt mox adesset, sese ei dedituros. His cū Antigono cōmunicatis, ex Isthmo properē discessit. Et repressis Cleomenis militib. ab Argiuis in arcē receptus est. Cleomenes audita defectione, noctu, cum exercitu Argos rediit: & per muros ingressus vrbis partē occupauit. A Antigono cum phalange aduentante, diffusus urbē tueri se posse, cum copiis Mantinea se recepit. Ex quo ciuitates omnes in Achzorū fidē redierūt. Aratus ab Argiuis imperator factus Antigono Acrocorinthus concessa est. Cōpositis itaque rebus Antigonus, qui in Aratum omni beneuolentia fuerat vsus. Macedoniā repetens, Philippum iuniorem, ad quem regni successio spectabat, in Peloponnesum misit, vt Arati cōsiliis totum se permitteret. Hunc Aratus honorificē suscipiens, omni comitate prosequutus est, omnique Rudio & beneuolentia. Non multō deinde post eundem summa cum fide in Macedoniam remi-

*Repressa
Cleomenis copia.*

*Aratus
Argiurum imperator.*

fit. Mortuo autē Antigono, Aetoli in Achaos insurgentes, Peloponnesum incurrerunt, & expulsis Messinā diripuerunt. Et bello cum Achæi Aratū præfecissent, coactis ille copis, alio sub duce desidia & ocio effœminatis, facile quidem ab hostibus, circa captias fusus fugatusq; est. Dissipato itaque exercitu, Aratus animo cœcidit. Achæi porrò spe hac destituti, Philippum è Macedonia in Græciā reuocarunt, sperâtes eum propter amicitiam Arati Achæis optimè cōsulturum. Nec eos fefellit opinio: quoniā tāta rex Aratū veneratione prosequeretur, vt nihil ab illius alienū sententia moliretur. Rebus autē prosperè succedētibus, res insolere, libidinibusq; irretiri cœpit, quinimo prorsus in perulantē, & improbum hominem erupit. Ergo cum iam animum ad tyrannidem conuertisset, ad Ithomantā immolaturus, Aratum cum nonnullis adduxit. Vbi cū exta, vate porrigente, cōspexisset, singulos separatim percōtatus est, quid per ea censeret: retinendamne arcē iudicaret, an Messenis reddendā. Quibus regi annuentibus, Aratus post longum silentium rogatus respondit: Multos Græciam habere montes, natura munitissimos, quos etiā si nō caperet, sub imperio habiturū tamē: latrones verò saxa incolere, & præcipitiis tueri se regibus nihil posse esse fidē munitius. Quo respōso Philippus cōmotus, veluti ciuitate decidisset, manu illum prehensans: Hac eadē, inquit, proficiscamur via. Postmodū Aratus à regis cōsuetudine paulatim se retraxit. Philippus animaduertens sospite Arato se regem & tyrannum simul esse non posse, illius necandi cōsiliū suscepit. Et propterea accito Taurionē clā egit, vt is beneficio rem conficeret. E cuius fraude cum Aratus cauere sibi nequiret, in Aegeo periiit. Mox autem Apollinis oraculo ornatus,

Arati
Mors

& pu-

& publico omnium Achaëorum luctu cohonestatus, in patriam magnificè delatus est, ibique sepultus.



Marcus Otho.

MARCUS Otho è Terentia nobilissima femina, L. Othone patre, non humili scilicet genere natus est. Qui cū copiis afflueret, à prima adoleſcētia ad voluptatū studia, vitiorūmq; illecebras propensus inclinavit. Erat enim adeo petulans, ac prodigus, vt flagro sæpius à patre plecteretur. Cū noctu etiam vagari cōsueſſet, multos in via corripiebat, vt aliqua tum iniuria saltē afficeret. Erat item præter prodigalitatē, ita venereis voluptatibus immerſus. Hinc apud Neronem cūm ætatis æqualitate, tum morum congruentia præcipuum obtinuit locum. Eo igitur ille sæpius famili riter ad suos amores vsus est. Quippe ienei Nero Pompeiam Crispini vxorem deperibat. Et cū illius potiundæ deesset occasio, Othonem subiecit, Pompeiam vt tentares, vtque nuptiarum specie cōmunem secum illam vxorem duceret. Qui simul ac eam Neroni subdidit, ita mox ipse, in illam exarsit, vt riualem nullo pacto Neronem pateretur. Ad Cæsare agrè ferente, parū abfuit, quin ab eo trucidaretur. Nam vxorem atque sororem ob Pōpeix coniugium Nero sustulerat. Missus est tamen per legationis causam ad Oceanum in Lusitaniam. Is animaduertens se sub Imperij nomine relegatū, subditis ac prouincia-

*Othonis
narsiva.*

libus comem se præbuit, ut imminente occasione, illis suo uti arbitrato posset. Interea audito, quòd à Nerone Galba defecisset, ex ducibus ad eum primus accessit, deferens quicquid argenti aurique habebat, quo in nummos percussio, imperatori pecuniæ satis subministrauit. Et propterea Galbæ charus erat: tum quia fidus esset, tum quia rerum peritiam haberet. Quinium quoque & blandis sermonibus & magnis sibi muneribus conciliauit. Et cum omnibus gratus esset, militari bus etiam viris neque opera neque auxilio defuit. Quoties etiã Galbam conuiuio excipiebat, atrien sium stipatorumque singulos pecuniis sibi deuinciebat, ad eòdè ut populari gratia, militum amore, studisque civium vix Imperatore ipso esset inferior. Interea dùm quempiam sibi Galba adoptare vellet, Quinius ab Othone pellectus promittente, quòd eius filiam in matrimonium ducturus esset, si in adoptionem susceperetur, eum Galbæ iniicit. Cæterum cum Galba priuatum publico bono non præferret, Othonem præterit, obscenitatibus enim irretitum, sumptuosumque eum sciebat, ære etiam alieno obrutum ad quinquages decies centena millia. Non tamen Otho à spe remisit: maximè, quia à Ptolemæo vate multum confirmaretur. Proinde Otho neq; officio, neq; ambitioni quicquã relinquens sibi omnium animos demereri studebat. Vbi autem Pisonem sibi vidit esse prælatum ad vim animum intendit. Multum temporis ex Tigillini, Nymphidiique familiaribus, Galbæ non mediocriter infensi, Othonè ad accelerandam rem acuebant. Cum autem Galba adoptato Pifone sacrificaturus Capitolium ascendisset, ab Vmbritio augure subito monebatur, eius capiti periculum imminere, nec procul percussores abesse. His auditis Otho (præsens enim

Otho ære alieno obrutus.

Othonis et alienum.

nim aderat) caufatus ab architecto domi fe ex-
 peñtari (id temporis erat fignum) inde fe prori-
 puit. Cum autem in forum descenderet, castra pe-
 titurus, nō pluribus quā xx. duobus primò comita-
 tus, mox tribus & quatuor identidem superue-
 nientibus, imperator confalutatus est, aucta iam *Otho Im-*
 ceterua fatis inter angustas falutationes, & di- *perator fa-*
 strictos enses, licet ob paucitatem formidans, in *lutatus.*
 castra deductus, in quibus summo applausu Cæ-
 fur fuit appellatus. Cum hæc Galbæ adhuc sacri-
 ficantirenunciarentur, & ab Othone castra esse
 occupata, amicorum suafu in forum descendit.
 sua credens præfentia fe eundæ fedaturum. Post-
 quam autem ab Othone miffi milites prorupe-
 runt, Galba multis vulneribus in foro perit. In-
 terempto fic Galba, & adueniente vespere, Otho *Galba*
 fenatum ingreffus blanda oratione omnium a- *mors.*
 nimos componere ftuduit, & ciuilitè imperatu-
 rum fe ostendit. Postera die Capitolium ascen-
 dens sacra peregit, & quos Nero Galbæ ad con-
 fularem designauerat dignitatem, comprobauit,
 quique natu maiores erant, aut gloria præstabat,
 eos sacerdotio honeftauit. In exilium verò rele-
 gatos ablati bonis reftituit, summa quibuscun-
 que poterat rationibus hominum ftudia deme-
 tiri conatus est. Quare potentiffimus quisque,
 qui ipfum primò tanquam sphynga rempub. inua-
 surum perhorruerat, vifo hoc principatus initio
 gaudere cæpit, fperans futura non fore deterio-
 ra. Et quoniam nihil populum magis quàm Ti-
 gillini vita torquebat, fic nihil habebat Otho
 gratius nebulonis exitu. Erat enim Tigillinus ho-
 mo fœdiffimus qui inter prostibula spuriasque *Tigilli-*
 mulieres verfatus omnique tempore per delatio- *nium impi-*
 nes, iniurias, neces, prius sub Nerone in ciues de- *iffimus.*
 feuerat. Propterea populus quasi spectaculum

aditurus in forum concurrat. Sed ille feruorum
 conscius scelerum, perempto Galba, in sinuessano
 agro delitescerebat simul etiam parata habebat
 in portu nauigia, vt imminente periculo longius
 euadere posset. Cum igitur ad eum deprehenden-
 dendam Otho misisset, Tigilinus ducem sa-
 tellitum grandi auro tentauit, vt se missum face-
 ret. Illo autem negante, magnis muneribus exo-
 rauit, vt tandiu prestolaretur, donec sibi barbam
 raderet. Sic sumpta nouacula, guttur sibi statim
 dissecut. Hoc cognito, Populus Romanus mi-
 rum in modum ingessit: vt nihil dari potuisset
 ipsi ab Othone iucundius. Qui cum priuatarum e-
 tiam iniuriarum obliuisceretur, multitudini in
 hoc apprimè gratificatus est. Tum milites siue
 beneuolentia ducti, siue nouarum rerum auditi-
 tate, Othonem impensius monuerunt, vt à magnis
 sibi caueret viris, eosque à se arceret, nec haberet
 fidem. Sed eo visurum se, dicente, paulò post ab
 audacissimis clamatum est in castris, Crispinum
 senatus gratià contra Cæsarem arma capere. Or-
 to itaque tumultu, centuriones duo, militesque
 nonnulli repugnantes & ipse Crispinus occisi
 sunt, mox tanquam Cæsar auxilium ferentes,
 plerique regiam petiere. Verum vbi apud eum
 ad octoginta senatores audierunt esse conuiuas,
 acrius instantes, tanquam Cæsaris inimicos, ad
 vnum omnes trucidare conabantur. Tum Otho
 præmissis, qui eos blandis vocibus placarent, ci-
 ues postico dimissos, vix à militum furore serua-
 uit. Post die verò largitione viritum facta, in ca-
 stra profectus est, & milites laudans, ad fidemque
 modo declaratam exhortans, captis duntaxat
 duobus nemini grauis abiit. Inde cum renuncia-
 retur, Vitellium in germani authoritatem impe-
 ratoriamque potestatem assumpsisse, eum per li-
 teras

*Crispinus
 occiditur*

teras
 facer
 datu
 mit
 cont
 rür, v
 ri vid
 ciana
 vrbis
 dema
 tem e
 Celsu
 aduen
 auscu
 men
 tes aff
 melia
 Spuri
 uafere
 nicos
 iugul
 pugna
 ita eu
 sis vrb
 Otho
 trāsfu
 superi
 in cas
 & ver
 non, a
 fenter
 tandu
 bellar
 milite
 ac si i
 ciues b

teras monens concordiam fiasit, quod si recte
 faceret, & pecunias & vrbes illi in commune
 daturum se pollicitus est. Vitellio primum co-
 miter respondente, mox sibi inuicem illudentes,
 contumeliosè perulantèrque huc illuc scripser-
 rūt, vt ad dissidiū potius quā ad quietem fer-
 ri viderentur. Paulò autem post, cum Alpes à Ce-
 ciana Vitellij duce teneri nunciaretur, Otho
 vrbs custodiam Flauio abino Vespasiani fratri
 demandauit: ipse Brixellum Eridamo adiacen-
 tem cum copiis profectus est. Duces etiam Mariū
 Celsū, Paulinū, Gallum, & Sputinā cū exercitu
 aduersus hostes emisit. Qui militibus dicto non
 auscultantibus, incepta nulla exequi potuerūt, Ta-
 men cū Vitellianorū probis cōuiciisque mili-
 tes afficerentur, in rabiem versi, diutius contu-
 melias non ferre statuerunt. Nam cū Placentiā
 Spurina duce custodirent, muros Vitelliani in-
 uaserunt, & Othonianos cachinnis illudētes, sce-
 nicos appellarunt, Galbā inermē senioq; confectū
 iugulassent nūc non auderent cū fortibus viris in
 pugnā descendere. Talibus ergo cōuiciis irritati,
 ita euaserūt, vt magna cū cæde Vitellianis repul-
 sis vrbes fortiter retinuerint. Cū rursus Cecinna
 Othonis duces, per insidias capere decreuisset
 trāsfluga quodam dolum patefaciente Othoniani
 superiores euaserūt. Otho autē Hebricū profectus
 in castra periecit (est id oppidū prope Cremonā)
 & vrbum aperto Marte dimicandum esset, an
 non, ad duces reuolit. Quorum cū varis essent
 sententiæ Othonianis assentiri visus est, qui decer-
 tandum esse sua lebant. Et cū plures etiam alie
 bellandi afferrentur causæ accedebāt pratoriani
 milites, qui adeo pugnandi ardore ferri videbātur,
 ac si iā hostes in respiciō gerent. Omnes verò
 ciues hunc pugnæ diem mirifice expectabant, vt

vter reparatus esset, ex vno prælio scirent. Verùm
 Othone rursus Irixellū migrāte, dū Cecinna Eri-
 danum transire niteretur, Othonianis obuixè re-
 pugnantibus, prælium ingens exortū est, vtrinque
 pugnatum acerrimè, tandē Virelliani pertransie-
 rūt, & paratis hinc inde apud Bebriacū ad pugnā
 exercitibus, ex paruis incursionibus iterum atrox
 bellū creuit. Vbi cum Othoniani superiores hos-
 tibus aquilā extorsissent, illi præ pudore se ver-
 tentes, Orphidio interfecto, multa Othonianis
 signa cum hoc suo rapuerunt: ita resumpto ani-
 mo, qui suū erant, superioribus victoriā abstule-
 runt. Duces autē hac suscepta profligazione, col-
 lectis militibus nō esse ē rep. ciuilia sectari bella,
 quamobrē missis vtrinque legatis, omnes permix-
 ti ac benignè se excipientes, in Vitellij nomen iu-
 rarūt. Cuius rei rumor postquā peruenit ad Otho-
 nē, nihil territus, sed præsentēs milites orans, in-
 quit, Hunc puto commilitones diē illo lōgè bea-
 tiorē, quo me in imperatorem sumpsistis: & quo-
 niam à vobis talis visus sum, nolite eo me mun-
 ere nunc priuare. Mihi quidem illustrissimum fue-
 rit pro talibus oppetere viris, & pro patria. Dein-
 de ciuilia plurimum detestatus bella: Etiam si vi-
 cero, inquit, non video, quā tanto Romanis bo-
 no esse possim, quanto nunc, si me pro pace con-
 cordiaque dedam. Hæc vbi dixisset, Cocceium fra-
 tris filium, & singulos amicorum ad spem bonam
 cohortatus est, eosque ab amplexu osculōque di-
 misit. Exorto rursus tumultu, quod milites qui
 abire cœperant, tanquam desertores à cæteris ce-
 derentur: ipse in medium profiliens, illis vim ve-
 tuit, iniuriāque fieri. Sub vesperum deinde, mo-
 dica ob sitim epota aqua, cum pugionis acie ex-
 plorasset, illum recondidit. Vocatisque ministris,
 pro dignitate quemque diligenter excipiens, pe-

cunia

*Variis
 belli cœ-
 sus.*

cunia
 quieu
 pugio
 tum
 li j ma
 seipso
 li j vix
 hac in
 annos

N

de eo
 sent su
 carun
 lonos
 gnus
 peter
 beratu
 quo p
 ces ca
 dimic
 thia p
 meren
 Hoc o
 nu, cla
 Lemn

cunias distribuit, quibus dimissis altissimo somno *Otho se-*
 queuit. Circa lucem verò expergefactus, accepto *ipsi*
 pugione se transfodit. Orto igitur clamore, mili- *transfo-*
 tum alij cum lachrymis imperatorem clamare, a- *dit.*
 lij manustangere, multi eminus adorare, quidam
 seipos iugulare cœperunt. Reliquæ autè Brixel-
 lij vix pro corporis magnitudine humatæ sunt,
 hac inscriptione: Diem obiit Otho, cum vixisset
 annos septem & triginta, menses imperasset tres.



Miltiades.

MILTIADES Cimonis filius, A-
 theniensis, cum & antiquitate gene-
 ris, & gloria maiorum, & sua mode-
 stia vnus omnium maxime floreret;
 eaque esset ætate vt non iam solum
 de eo bene sperare, sed etiã confidere ciues pos-
 sent sui, talem futurum, qualem cognitum iudi-
 carunt: accidit vt Athenienses Cherronesum co-
 lonos vellent mittere. Cuius generis cum ma-
 gnus numerus esset, & multi eius demigrationis
 peterent societatem: ex his delecti Delphos deli-
 beratum missi sunt, qui consulerent Apollinem,
 quo potissimum duce vterentur. Nam cum Thra-
 ces eas regiones tenebant, cum quibus armis erat
 dimicandum. His consulentibus, nominatim Py-
 thia præcepit, vt Miltiadem sibi Imperatorem su-
 merent. Id si fecissent, incepta prospera futura.
 Hoc oraculi responso Miltiades cum delecta ma-
 nu, classe Cherronesum profectus, cum accessisset
 Lemnum, & incolas eius insula sub potestatem

Miltia-
di genu.

Duo fecit
re Cimo-
nes duosq;

Miltia-
des. His

Miltia-
des est iu-

nior, Ci-
monis su-

perioris
filius.

Herod.
lib. 6.

cap. 8.
Miltia-

des oracu-
lo ad colo-

niã dedu-
centiam

delectus.

citu traiecto, Scythia bellum inferre decreuit:
 pontem fecit in Istro flumine, quâ copias tradu-
 ceret. Eius pontis dum ipse abesset, custodes reli-
 quit principes, quos secum ex Ionia & Æolide
 duxerat, quibus singulis ipsarum urbium perpetua
 dederat imperia. Sic enim putauit facillimè
 se Græca lingua loquentes, qui Asiam incoletet,
 sub sua retenturum potestate, si amicis suis oppi-
 da tuenda tradidisset: quibus se oppresso, nulla
 spes salutis relinqueretur. In hoc fuit tum nume-
 ro Miltiades, cui illa custodia crederetur. Hic *Miltia-*
 cum crebri afferrentur nuncij, malè rem gerere *dus confi-*
 Darium, premique ab Scythia: Miltiades hortali-
 tus est pontis custodes, ne fortuna datam occa-
 sionem liberandæ Græciæ dimitterent. Nam si *Dario su-*
 cum his copiis, qui secum transportauerat, inte-
 risset Darius: non solum Europam fore tutam,
 sed etiam eos qui Asiam incoletent Græci gene-
 re, liberos à Persarum futuros dominatione &
 periculo. Id & facillè effici posse. Ponte enim
 rescisso, Regem vel hostium ferro, vel inopia
 paucis diebus interiturum. Ad hoc consilium cum
 plerique accederant, Histirus Milesius, ne res
 conficeretur obstitit, dicens: Non idem ipsis
 qui summas imperij tenerent, expedire & mul-
 titudini, quod Darij regno ipsorum nitere-
 tur dominatio. Quo extincto, ipsos potestate ex-
 pulsos, ciuibus suis pœnas daturos. Itaque adeò
 se abhorreere à ceterorum consilio, ut nihil pu-
 ter ipsis utilius, quàm confirmari regnum Per-
 sarum. Huius cum sententiam plurimi essent
 secuti, Milriades non dubitans, tam multis con-
 sensis, ad Regis aures consilia sua peruentura: Cher-
 sonnesum reliquit, ac rursus Athenas demigra-
 uit. Cuius ratio & si non valuit, tamen magno-
 pere est laudandus, cum amicior omniù liberta-

Miltia-
des A-
thenas re-
uertitur.

Darius & Artaphernes Dary duxes in Athenicis. Hemerodromi sunt velocissimi cursores & nuncij qui uno die magna itinera spacia emerunt. al. & e. quis. Aldus habet, A. cieq; cōtēderēt: qui quis volūt, intel ligant campis. Marathonica pugna Miltiade duxit.

ti, quàm suæ fuerit dominationi. Darius autem cum ex Europa in Asiam redisset, hortantibus amicis, ut Græciam in suam redigeret potestatem, classem quingentarum nauium comparauit, eique Datin præfecit, & Artaphernem: hitque ducenta peditum millia, decem equitum dedit: causam interserens, se hostem esse Atheniensibus, quòd eorum auxilio Iones Sardis expugnerent, suaque præsidia interfecissent. Præfecti regij classe ad Eubœam appulsa, celeriter Eretriam ceperunt: omnesque eius gentis ciues abreptos, in Asiam ad regem miserunt. Inde ad Atticam accesserunt, ac suas copias in campum Marathonæ deduxerunt. Is est ab oppido circiter millia passuum decem. Hoc tumultu Athenienses tam propinquo tamque magno permoti, auxiliū nullam nisi à Lacedæmonis petiuerunt: Phidippidemque cursores eius generis qui hemerodromi vocantur, Lacedæmonem miserunt, ut nunciaret quàm celeri opus esset auxilio. Domi autem creati decem Prætores, qui exercitui præessent: in eis Miltiades. Inter quos magna fuit contentio, vtrum mœnibus defenderent, an obuiam irent hostibus, * & æquis contenderent. Vnus Miltiades maximè nitēbatur, ut primo quoque tempore castra fierent. Id si factum esset, & ciuibus animum accessurum, eum viderent de eorum virtute non desperari: & hostes eadem refore tardiores, si animaduertērent, audere aduersus se tam exiguis copiis dimicare. Hoc tempore nulla ciuitas Atheniensibus auxilio fuit, præter Plataensium: ea mille misit militum. Itaque horum aduentu, decem millia armatorum completa sunt, quæ manus mirabili flagrabat pugnandi cupiditate. Quo factum est, ut plusquam collegæ, Miltiades valuerit. Eni

enim auctoritate impulsus Athenienses, copias ex vrbe eduxerunt, locoque idoneo castra fecerunt. Deinde postero die sub montis radicibus, acie è regione instructa noua arte, vi summa prælium commiserunt. Nanque arbores multis locis erant tara, hoc consilio, vi & montium tegerentur altitudine, & arborum tractu equitatus hostium impediretur, ne multitudine clauderentur. Datis etsi non locum æquum videbat suis: tamen fretus numero copiarum suarum, confingere cupiebat: eoque magis, quod prius quam Lacedæmonij subsidio venirent, dimicare utile arbitrabatur. Itaque in acie peditum centum, equitum decem millia produxit, præliumque commisit. In quo tanto plus virtute valuerunt Athenienses, vt * decemplicem numerum * fortè, hostium profligarent, adeoque perterruerunt, decupli-
 vi Persæ non castra, sed naues peterent. *Qua cem.*
 pugna nihil adhuc est nobilius. Nulla enim vquam tam exigua manus, tantas opes prostravit. Cuius victoriæ non alienum videtur, quale prælium Miltiadi sit tributum, docere: quò *Miltiadi* facilius intelligi possit: eandem omnium ciu-
 tatum esse naturam. Vt populi nostri honores *dis ob* quondam fuerunt rari & tenues, ob etiãmq. cau-
 sam gloriosi, nunc autem effusi, atque obsoletis: sic *Maratho-*
 olim apud Athenienses fuisse reperimus. Nanque *niam vi-*
 huic Miltiadi, qui Athenas totãque Græciam *toriam,* liberauit, talis honos tributus est in porticu quæ *prælium.*
 Pœcile vocatur, cum pugna depingeretur Marathonia: vt in decem Prætorum numero: prima eius imago poneretur, isque hortaretur milites, præliumque committeret. Idè ille populus postea quàm manus imperium est nactus, & largitione magistratum corruptus est, trecentas statuas Demetrio Phalereo decreuit. Post hoc prælium

Demetrio Phalereo trecenta statua ab Atheniensibus posita. classem septuaginta nauium Athenienses eidem Miltiadi dederant, vt insulas quæ Barbaros adiuuarent, bello persequeretur. Quo imperio ple-rasque ad officium redire coegit: nonnullas vi expugnauit. Ex his Parum insulam opibus cla-ram, cum oratione reconciliare non posset, co-
pias è nauibus eduxit, urbem operibus clausit, omnique comiteatu priuauit. Dein vixis ac

Casus & fortuna in bello quamcum posant.

testudinibus constitutis, propius muros accessit. Cum iam in eo esset vt oppido potiretur, pro-
cul in continenti lucus qui ex insula conspicie-
batur, nescio quo casu, nocturno tempore incen-
sus est. Cuius flamma vt ab oppidanis & oppu-
gnatoribus est visa, vtriusque venit in opinionem,
signum à classiariis regis datum. Quo factum
est vt & Parij à deditioe detererentur, & Miltiades timens ne classis regia aduentaret, incen-
sis operibus quæ statuerat, cum totidem nauibus atque erat profectus, Athenas magna cum

*Miltiades proditi-
onis sal-
so accusa-
tus, in pu-
blica eu-
stodia
martyr
est.*

offensione ciuium suorum redigeret. Accusatus ergo proditi-
onis, quod cum Parum expugnate
posset, à Rege corruptus, infectis rebus à pu-
gna discessisset. Eo tempore ager erat vulneri-
bus, quæ in oppugnando oppido ceperat. Itaque
quoniam ipse pro se dicere non posset, verba fe-
cit frater eius Stesagoras. Causa cognita, capitis
absolutus, pecunia multatus est. Eaque iis quin-
quaginta talentis æstimata est: quantus in clas-
sem sumptus factus erat. Hanc pecuniam quod
soluere non potuerat, in vincula publica con-
iectus est, ibique diem obiit supremum. Hic etsi
crimine Pario est accusatus, tamen alia fuit
causa damnationis. Namque Athenienses pro-
pter Pisistrati tyrannidem quæ paucis annis an-
tè fuerat, omnium suorum ciuium potentiam ex-
timescebant. Miltiades multum in imperiis ma-
gistra-

gi
pr
rij
fi
tu
fue
cor
tes
ha
fun
Sec
mi
ad
om
ma
noy

pu
trap
prim
sili
virt
ita
pse
pluri

gistratibusque versatus, non videbatur posse esse priuatus: præsertim cum consuetudine ad imperij cupiditatem trahi videretur. Nam Cherisonensis omnes illos quos habitauerat annos, perpetuam obtinuerat dominationem, Tyrannusque fuerat appellatus, sed iustus. Non erat enim vis consecutus, sed suorum voluntate, eamque potestatem bonitate retinuerat. Omnes autem & habentur & dicuntur Tyranni, qui potestate sunt perpetua in ea ciuitate, quæ libertate vsa est. Sed in Mileiade erat cum summa humanitas, tum mira comitas, ut nemo tam humilis esset, cui non ad eum aditus pateret: magna auctoritas apud omnes ciuitates: nobile nomen: laus rei militaris maxima. Hæc populus respiciens, maluit eum innoxium plecti, quam se diutius esse in timore.

*Tyranni
qui dicuntur.*

Mileiades laus.



Pausanias.

PAUSANIAS Lacedæmonius, magnus homo, sed vanus in omni genere vitæ fuit. Nam ut virtutibus eluxit, sic vitis est obrutus. Huius illustrissimum est prælium apud Plataas. Nanque illo duce Mardonius satrapes regius, natione Medus, Regis gener, in primis omnium Persarum & manu fortis, & consilij plenus, cum ducentis millibus peditum, quos virum legerat, & viginti millibus equitum, haud ita magna manu, Græcia fugatus est: eoque ipse dux cecidit prælio. Qua victoria elatus, plurima misere cœpit, & maiora concu-

Pausania mores.

Pausania de Mardonio victoria apud Plataas.

piscere. Sed primum in eo est reprehensus, quod cum ex præda Tripodem aureum Delphis posuisset, epigrammate scripto, in quo erat hæc sententia: Suo ductu Barbaros apud Platæas esse deletos, eiusque victoria ergo Apollini donum dedisse: hos versus Lacedæmonij excelsiverunt, neque aliud scripserunt, quam nomina earum civitatum quarum auxilio Persæ erant victi. Post id prælium,

Pausania secum dactylis Barbaros expeditio. eundem Pausaniam cum classe communi Cyprum, atque Hellepontum miserunt, ut ex his regionibus Barbarorum præfidia depelleret. Paræ felicitate in ea re usus, elatius se gere-
re cepit: maonesque appetere res. Nam cum Byzantio expugnato, cepisset quamplures Persarum nobiles, atque in his nonnullos Regis propinquos hos clam Xerxi remisit, simulans ex vinculis publicis esugisse. & cum his Gongylum E-

Pausania ad regem Xerxem littera. trientem qui literas Regi redderet, in quibus hæc fuisse scripta Thucydides memoria prodidit: Pausanias dux Spartz, quos Byzantij ceperat, postquam propinquos tuos cognovit, tibi muneri misit, seque tecum affinitate coniungi cupit. Quare, si tibi videtur, des ei filiam tuam nuptum. Id si feceris, & Spartam, & cæteram Græciam sub tuam potestatem, te adiuuante, reddaturum se pollicetur. His de rebus si quid gerivoveris, certum hominem ad eum mittas, face cum quo colloquatur, Rex tot hominum salute tam sibi necessariorum magnopere gavisus, confestim cum epistola Artabazum ad Pausaniam mittit, in qua eum collaudat, ac petit ne cui res pareat, ad ea perficienda quæ pollicetur. Si fecerit, nullius rei à se repulsam laturum. Huius Pausanias voluntate cognita, alacrior ad rem gerendam factus, in suspicionem cecidit

cecidit Lacedæmoniorum. In quo facto domum
 reuocatus, accusatus capitis, absoluitur: mul-
 tatur tamen pecunia. Quam ob causam ad clas-
 sem remissus non est. At ille post non multo, *Pausa-*
 sponte ad exercitum rediit, & ibi non callida, *nias à La-*
 sed dementi ratione cognita patefecit. Non enim *cedæmo-*
 mores patrios solum, sed etiam cultum vesti- *nii mul-*
 tùmque mutauit. Apparatu regio utebatur, *taciu*
 veste Medica: satellites Medi & Ægyptij seque- *Pausa-*
 bantur: epulabatur more Persarum luxuriosius, *nias fast*
 quam qui aderant perpeti possent. Aditum pe- *& luxu.*
 tentibus conueniendi non dabat: superbè respon-
 debat, & crudeliter imperabat. Spartam redire
 nolebat. Colonas qui locus in agro Troade est
 se contulerat: ibi consilia, tum patriæ, tum si-
 bi inimica capiebat. Id postquam Lacedæmo-
 nij rescuerunt, legatos ad eum cum * lancea * Scytala
 miserunt, in qua more eorum erat scriptum, habet
 Nisi domum reuerteretur, se capitis eum dam- *Aldus.*
 naturos. Hoc nuncio motus, sperans se etiam *Pausa-*
 pecunia & potentia instans periculum posse de- *nias La-*
 pellere, domum rediit. Huc ut venit, ab Epho- *cedæmo-*
 ris in vincula publica coniectus est. Licet enim *ne in vin-*
 legibus eorum cuius Ephoro hæc facere Regi. *cula con-*
 Hinc tamen se expediuit: neque eò magis care- *icitur.*
 bat suspicione: nam opinio manebat, eum cum
 Rege habere societatem. Est genus quoddam
 hominum, quod * Helotæ vocatur, quorum * Ilot ab
 magna multitudo agros Lacedæmoniorum co- *Aristot.*
 lit, feruorùmque munere fungitur. Hes quo- *in Polit.*
 que sollicitare spe libertatis existimabatur. Sed scribi-
 quædã harum rerum nullum erat apertum cri-
 tur. men quo argui posset, non putabant de tali
 tamque claro viro suspicionibus oportere iudi-
 cari: sed expectandum dum se ipsa res aperiret.
 Interim Argilius quidam adolescens, quem

Puer puerum Pausanias amore Venereo dilexerat, cū
Pausa- epistolam ab eo ad Art. bazum accepisset, et que
na episto- in suspicionem venisset, aliquid in ea de se esse
lam ad scriptum, quod nemo eorum redisset qui su-
Xerxem per tali causa eodem missi erant: vincula episto-
ephoris lare laxavit, signoque detracto, cognouit, si perta-
prodidit. lisset, sibi esse pereundum. Esant in eadem epi-
 stola quæ ad ea pertinebant, quæ inter Regem
 Pausaniamque conuenerant. Has ille literas E-
 phoris tradidit. Non est prættereunda grauitas La-
 cedæmoniorum hoc loco. Nam ne huius quidem

Lacedæ- indicio impulsī sunt, vt Pausaniam comprehen-
moniorū derent: neque prius vim adhibendam putauē-
grauitas runt, quàm se ipse indicisset. Itaque huic iudici
in iudi- quid fieri vellent præceperunt. Fanum Neptuni
cus, & est Tænari: quod violari nefas putant Græci: eò il-
mira le index confugit, in arca confedit. Hanc iuxta lo-
techna cum fecerunt sub terra, ex quo posset audiri si-
ad Pau- quis quid loqueretur cum Argilio. Huc ex Epho-
saniam ris quidam descenderunt. Pausanias vt audiuit,
confessio- Argilium confugisse in aram, perturbatus venit
nem ali- eò. Quem cum supplicem Dei videret in ara sedē
ciendam. tem, quærit, causæ quid sit tam repentini cōsiliij?

Huic ille, quod ex literis comperiisset, aperit. Mo-
 dō magis Pausanias perturbatus orare cœpit ne
 nunciaret, nec se meritum de illo optimè, prode-
 rer. Quod si eam veniam sibi dedisset, tantisque
 implicitum rebus subleuasset, magno ei præmio
 futurum. His rebus Ephori cognitis, satius putauē-
 runt in vrbe eum comprehendi. Quò cum essent
 profecti, & Pausanias placato Argilio (vt puta-
 bat) Lacedæmonem reuertetur: in itinere, cum
 iam in eo esset vt comprehenderetur, ex vultu
 cuiusdam Ephori, qui eum admonere cupiebat,
 insidias sibi fieri intellexit. Itaque paucis antè
 gradibus, quàm qui sequebantur, in ædem Mi-
 neræ,

nerua. quæ Chalcicæus vocatur, confugit. Hinc Chalcione exire posset, statim Ephori valuæ eius ædis *eu, id est* obstruxerant, reditumque sunt demoliti, quò faci area dolus sub dio inter iret. Dicitur eo tempore *mamus. ut* trem Pausania vixisse, eamque iam magno natu, *Linius* postquam de scelere filij competit, in primis ad *appellat.* filium claudendum, lapidem ad introitum ædis attulisse. Sic Pausanias magnam belli gloriam *Patsa-* turpi morte maculauit. Hic cum semianimis de *nia inte-* templo elatus esset, confestim animam efflauit. *ritu.* Cuius mortui corpus, cum eodem nonnulli dicerent inferri oportere, quò hi qui ad supplicium essent dati displicuit pluribus, & præcul ab eo loco infoderunt quo erat mortuus. Inde posterius, Delphici responso erutus, atque loco sepultus ubi vitam finierat.



Thrasylbulus.

TH R A S Y B U L U S Lyci filius, *Thrasyl-* Atheniensis. Si per se virtus sine *buli vir-* fortuna ponderanda sit, dubiro an *tutes.* hunc primùm omnium ponam. Illi sine dubio, neminem præfero, fide, constantia, magnitudine animi, in patriam amore. Nam quod multi voluerunt, pauci potuerunt, ab vno Tyranno patriam liberare: huic contigit, vt à triginta oppressam Tyrannis, è seruitute in libertatem vindicaret. Sed nescio quomodo, cum eum nemo anteiret his virtutibus, multo nobilitate præcucurrerit. Primùm Peloponnesio bello multa hic sine Alcibiade gessit: ille nullam

Thrasylus rem sine hoc, quæ ille vniuersa naturali quodam
bulus Al bono fecit lucrî. * Sed illa tamen omnia com-
ciadi munia Imperatoribus cum militibus, & fortu-
re ge- na, quod in prælij concursu abiit res à consilio
staru glo ad vires, vimque pugnantium. Itaque iure suo
ria ante- nonnulla ab Imperatore miles, plurima verò à
ponitur. fortuna vendicat: sèque his plus valuisse, quàm
 * Hunc ducis prudentia, vere potest prædicare. Quare
 locū vi- illud magnificentissimum factum proprium est
 detur ex *Thrasyluli*. Nam cum triginta tyranni præpo-
 oratio- siti à Lacedæmoniis, seruitute oppressas tenerent
 ne Cic. Athenas, plurimos ciues quibus in bello peper-
 pro Mar cerat fortuna, partim patria expulissent, partim
 cello interfecissent, plurimorum bona publicata inter
 mutua- se diuisissent: non solū princeps, sed & solus
 tus. initio bellum his indixit. Hic enim cum Phylen
 confugisset, quod est castellum in Attica muni-
 tissimum, non plus habuit secum quàm triginta
 de suis. Hoc initium fuit salutis Atticorum: hoc
 robur libertatis clarissimæ ciuitatis. Neque verò
 hic modò contemptus est primò à Tyrannis, sed
 eius solitudo: quæ quidem res & illis contem-
 nentibus pernicipi, & huic despecto saluti fuit.
 Hæc enim illos ad persequendum segnes, hos
 autem tempore ad comparandum dato, fecit
 robustiores. Quò magis præceptum illud omnium

Nihil in in animis esse debet, NIHIL IN BELLO
bello con- OPORTERE CONTEMNI. nec sine cau-
temnen- sa dici, MATREM TIMIDI FLERE
dum. NON SOLERE. Neque tamen pro opinio-
Matrem ne Trasybuli auctæ sunt opes: nam iam tam il-
timidi lis temporibus, fortius boni pro libertate loque-
flere non bantur, quàm pugnant. Hinc in Piræcum
solere transit, Munychiamque muniuit. Hanc his
prover- Tyranni oppugnare sunt adorti, ab eaque tur-
bi-um, piter repulsi, protinus in urbem, armis impedi-
 mentis-

mentisque amissis, refugerunt. Vfus est Thrasy- *Thrasy-*
 bulus non minus prudentia, quam fortitudine: *buli in*
 nam cedentes violari vetuit: ciues enim ciui- *victoria*
 bus parcere æquam censebat. Neque quisquam *modera-*
 est vulneratus, nisi qui prior impugnare voluit. *rio.*
 Neminem iacentem veste spoliavit. Nil attigit
 nisi arma, quorum indigebat, & quæ ad victum
 pertinebant. In secundo prælio cecidit Cri-
 tias dux Tyrannorum, cum quidem aduersus
 Thrasybulum fortissimè pugnaret. Hoc deie-
 cto, Pausanias venit Atticis auxilio Rex Lacedæ-
 moniorum. Is inter Thrasybulum, & eos qui vr-
 bem tenebant, fecit pacem his conditionibus, Ne
 qui præter triginta tyrannos, & decem, qui postea
 Prætores creati, superioris more crudelitatis e-
 rant vsi, afficerentur exilio: nève bona publica-
 rentur: Reipublicæ procuratio populo reddere-
 tur. Præclarum hoc quoque Thrasybuli, quod *Lex de-*
 reconciliata pace, cum plurimum in ciuitate *vsus iac de*
 posset, legem tulit, Nequis antea factarum rerum *qua Val.*
 accusaretur, nève multaretur: eamque illi legem *Max. li.*
 Oblivionis appellarent. Neque verò hanc tan- *4. c. 1. &*
 tum ferendam curauit, sed etiam ut valeret esse *Cic. Phi-*
 cit. Nam cum quidam ex his qui simul cum eo *lipp. 1.*
 in exilio fuerant, eadem facere eorum vellent, cum
 quibus in gratiam reditum fuerat, publicè pro-
 hibuit, & id quod pollicitus erat præstitit. Huic *Pittaci*
 pro tantis meritis, honoris corona à populo da- *dictum.*
 ta est, facta duabus virgulis oleagineis: quæ, quod *Valer.*
 amor ciuium, non vis expresserat, nullam ha- *Max. li.*
 buit inuidiam, magnaque fuit gloria. Bene er- *6. de In-*
 go Pittacus ille, qui septem sapientum numero *stina.*
 est habitus, cum ei Mitylenæi multa millia iu- *Parua*
 gerum agri muneri darent: Nolite, rogo vos (in *munera*
 quit) mihi dare, quod multi inuideant, plures e- *diuturna*
 uam concupiscant. Quare ex istis nolo amplius *sum.*

quàm centum iugera, quæ & meam animi æquitàtem, & vestram voluntatem iudicent: NAM PARVA MVNERA, DIVITINA: LOCVPLETA, NON PROPRIA ESSE CONSVENERVNT. Illa igitur corona contentus Thrasylbulus, neque amplius requisivit, neque quenquam honore se antecessisse existimavit. Hic sequenti tempore, cum prætor classem * ad Siciliam appulisset, neque satis diligenter in castris eius agerentur vigilie, à Barbaris ex oppido noctu eruptione facta, in tabernaculo interfectus est.

* Fortè, ad Cili-
ciam. Vi
de Xeno-
phótem
rerum
Græca-
rum lib.
4.



Conon.

CONON Atheniensis, Peloponnesio bello accessit ad Rempubl. in eoque eius opera magnus fuit usus: nam & Prætor pedestribus exercitiis præfuit, & præfectus classis, res magnas mari gessit. Quas ob causas præcipuus ei honos habitus est. Nanque omnibus vnus insulis præfuit: In qua potestate Pheras cepit coloniam Lacedæmoniorum. Fuit etiam extremo Peloponnesio bello Prætor, cum apud Agos sume copix Atheniensium à Lysandro sunt deuictæ. Sed tum abfuit, eoque perius res administrata est: nam & prudens rei militaris, & diligens erat Imperator. Itaque nemini erat his temporib. dubiū, si adfuisset, illam Athonenses calamitatem accepturos non fuisse. Rebus autem afflictis cum patriam obsideri audisset, non quæsiuit vbi ipse

ipse tutò vinceret, sed vnde praesidio esset ciuibus
 suis. Itaque contulit se ad Pharnabazum Sa-^{* Justin^o}
 trapem Ioniae & Lydiae, eundemque generum lib. 5. Tif-
 Regis, & propinquum: apud quem ut multum sapher-
 gratia valeret, multo labore, multisque effecit nem, Io-
 periculis Nam cum Lacedaemonij Atheniensibus nia &
 deuictis, in societate non manerent, quam cum Lydiae
 Artaxerxe fecerant, Agagilaumque bellatum praefectu
 misissent in Asiam, maxime impulsu à Tissapher-
 ne, qui ex intimis Regis ab amicitia eius defece-
 rat, & cum Lacedaemoniis coierat societatem.
 Hunc aduersus, Pharnabazus habitus est Impe-
 rator: re quidem vera exercitui praefuit Conon,
 eiusque omnia arbitrio gesta sunt. Hic militum
 ducem summum Agagilaum impediuit saepeque
 eius consiliis obstitit. Neque verò non fuit aper-
 tum, si ille non fuisset, Agagilaum Asiam Tau-
 ro tenus Regi fuisse erepturum. Qui posteaquam
 domum à suis ciuibus reuocatus est, quòd Bero-
 tij & Athenienses Lacedaemoniis bellum indi-
 xerant: Conon nihilo socius apud Praefectos Re-
 gis versabatur, hisque omnibus maximo erat v-
 sui. Defecerat à Rege Tissaphernes, neque id
 tam Artaxerxi, quam ceteris erat apertum.
 Multis enim, magnisque meritis apud Regem, e-
 tiam cum in officio non maneret, valebat. Ne-
 que admirandum, si non facile ad credendum *Mor Per*
 inducebatur, reminiscens, eius se opera *Cyrum sarum in*
 fratrem superasse. Huius accusandi gratia *Co-* *admitten-*
 non à Pharnabazo ad Regem missus, posteaquam *dis ad Re*
 venit, primum ex more *Perfarum ad Chiliarchum, gem lega*
 qui secundum gradum imperij tenebat, *tu.*
 stem accessit, seque ostendit cum Rege collo- *Cono Per*
 qui velle: nemo enim sine hoc *admittitur, saru regè*
 Huic ille inquit, nulla mora est: sed tu delibera, *adorare*
 vtrum colloqui malis, an per literas edere quae *recusat.*

cogitas. Necessè est enim, si in conspectum veneris: venerari te Regem, quod *εὐχρονέω* illi vocant: hoc si tibi graue est, por me nihilo fecius, editis mandatis conficies, quod studes. Tum Conon, Mihi verò, inquit, non est graue quemuis honorem habere Regi: sed vereor ne ciuitati meæ sit opprobrio, si cum ex ea ciuitate sim profectus quæ cæteris gentibus imperare consueuerit, potius Barbarorum quàm illius more fungar. Itaque quæ huic volebat, scripta tradidit. Quibus cogans, Rex tantum auctoritate eius motus est vt Tissaphernem hostem iudicauerit) & Lacedæmonios bello persequi iusserit, & ei permiserit, quem velle eligere, ad dispensandam pecuniam. Id arbitrium Conon negauit sui esse consilij, sed ipsius qui optimè suos nosse deberet. Sed suadere, Pharnabazo id negotij daret. Hinc magnis muneribus donatus, ad mare est missus, vt Cypriis, & Phœnicibus, cæterisque ciuitatibus maritimis naues longas imperaret, classè que quæ proxima ætate mare tueri posset, compararet. dato adiutore Pharnabazo, sicut ipse voluerat. Id vt Lacedæmonis est nunciarum, non sine cura rem administrarunt, quod maius bellum imminere arbitrabantur, quàm si cum Barbaro solum contenderent. Nam ducem fortem, prudentem, regis opibus præfuturum, ac secum dimicaturum videbant, quem neque consilio, neque copiis superare possent. Hac mente magnam contrahunt classem: proficiscuntur Lysandro ducem. Hos Conon apud Gnydum adortus magno prælio fugat, multas naues capit, complures depimit. Quæ victoria non solum Athenæ, sed etiam cuncta Græcia, quæ sub Lacedæmoniorum fuerat imperio, liberata est. Conon cum parte nauium in patriam venit: muros dirutos à Lysandro, vtroque

*Cononis
de Lacedæmonis
victoria.*

tro
rat
Pha
di
s
A
Pel
pac
pot
ran
gis
pug
con
tiam
ram
then
tum
euoc
le.
veni
quan
ibiqu
Dino
rebus
vtrum
tum.

trosque & Piræei, & Athenarum reficiendos en-
 rat, pecuniæque quinquaginta talenta quæ à *In secun-*
 Pharnabazo acceperat, ciuibus suis donat, Acci- *da fortu-*
 dit huic quod cæteris mortalibus, VT INCON- *na modum*
 SIDERATIONI IN SECUNDA QVAM IN tenere
 ADVERSA ESSET FORTVNA. Nam classe *difficile.*
 Peloponnesiorum deuicta, cum vtrum se iniurias
 patriæ putaret, plura concupiuit, quam efficere
 potuit. Neque tamen ea non pia, & probanda fue-
 rant, quod potius patriæ opes augeri, quam Re-
 gis multui. Nam cum magnam auctoritatem sibi
 pugna illa nauali quam apud Gnidum fecerat,
 conlruiffet, non folum inter Barbaros, fed e-
 tiam omnes Græciæ ciuitates, clam dare ope-
 ram cæpit vt Ioniam & Eoliam reftitueret A-
 thenienfibus. Id cum minus diligenter effet cela-
 tum: Teribazus qui Sardibus præerat, Cononem
 euocauit, fimulans ad Regem eum fe mittere vel-
 le. Magna feftinatione huius nuncio parens, cum *Cono do-*
 veniffet, in vineula coniectus eft. In quibus ali- *lo à Per-*
 quandiu fuit. Nonnulli eum ad regem abductum, *fit captiu.*
 ibique periiffe fcriptum reliquerunt. Contra ea
 Dinon Hiftoricus, cui nos plurimum de Perficis
 rebus credimus, effugiffe fcripfit. Illud addubitat,
 virum Teribazo fciente, an imprudente fit fa-
 ctum.



Iphicrates.

IPHICRATES Atheniensis, non tam magnitudine rerum gestarum, quam disciplina militari nobilitatus est. Fuit enim talis dux, vt non solum ætatis suæ cum primis compararetur: sed ne de maioribus natu quidem quisquam anteponeretur. Multum verò in bello est versatus, sæpè exercitiibus præfuit, nusquam culpa malè rem gessit: semper consilio vicit, tantùmque eo valuit, vt multa in re militari partim noua attulerit, partim meliora fecerit. Namque ille pedestria arma mutauit, cum ante illum imperatorem, maximis clypeis, breuibûsque hastis, minutis gladijs vterentur. Ille è contrario peltam pro parma fecit, à quo postea Peltastæ pedites appellantur, vt ad motus concursûsque essent leuiores. Hastæ modum duplicauit, gladios longiores fecit: idem genus loricatedum mutauit, & pro ferreis atque æneis, lineas dedit. Quo facto expeditiores milites reddidit: nam pondere detracto, quod aequè corpus tegeres, & leue esset curauit. Bellum cum Thracibus gessit: Seuthem socium Atheniensium in regnum restituit: apud Corinthum tanta seueritate exercitum præfuit, vt nullæ vnquam in Græcia neque exercitatiores copie, neque magis dicto audientes fuerint. Ducem, in eamque consuetudinem adduxit, vt cum prælij signum ab Imperatore esset datum, sine Ducis opera, sic ordinata consisterent, vt singuli à peritissimo Imperatore dispositi viderentur. Hoc exercitu morum

Lacedæ

Iphicrates in militari disciplina præstantia.

Iphicrates res gestas.

Lac
cele
nes
ptu
be
nie
citu
fuit.
eruo
mili
apac
dio
dau
qual
quã
anim
ma, v
fui, s
tiens
verò
bus d
donis
dicca
ta me
bus d
se suo
dixit
iudic
Thres
garetu
Matre
turi: at
tum in
Athen

Lacedæmoniorum interceptit, quod maxime tota celebratum est Græcia. Iterum eodem bello omnes copias eorum fugauit: quo facto magnam adeptus est gloriam. Cum Artaxerxes Aegypcio Regi Iphicratem ab Athenis ab Artaxerxe bellum inferre voluisset, quem præficeret exercitui conducto, cuius numerus duodecim millium exercitus fuit. Quem quidem sic omnia disciplina militari erudit, ut quemadmodum quondam Fabianis præferebat, Romani appellati sunt: sic Iphicratenses etiam apud Græcos in summa laude fuerint. Idem subsidio Lacedæmonis præfectus, Epaminonda retardauit impetus. Nam nisi eius aduentus appropinquasset, non prius Thebani Sparta abscessissent, quam captam incendio delessent. Fuit autem & animo magno, & corpore, Imperatoriæque forma, ut ipso aspectu cuius iniceret admirationem sui, sed in labore remissus nimis, parumque patiens, ut Theopompus memoriæ prodidit. Bonus verò ciuis, fidèque magna, quod cum in aliis rebus declarauerit, tum maxime in Amyntæ Macedoniae liberis tuendis. Namque Eurydice mater Perdicæ & Philippi cum his duobus liberis, Amynta mortuo, ad Iphicratem confugit, eiusque opibus defensa est. Vixit ad senectutem placatis in se suorum ciuium animis. Causam capitis semel dixit bello sociali, simul cum Timotheo, eoque iudicio est absolutus. Mnestæa filium reliquit ex Thressa natum Coryis Regis filia. Is cum interrogaretur, utrum plures patrem matremve faceret: Matrem, inquit. Id cum omnibus miram videretur: at ille: Merito, inquit, facio: nam pater quantum in se fuit, Thracem me genuit: contra mater, Atheniensium.

Iphicratem virtus & corporis forma

Iphicratem fides

Iphicratem filium, eiusque dictum quoddam graue.



Chabrias.

*Chabria
nouum in
pralio in-
uentum.*



CHABRIAS Atheniensis. Hic quoque in summis habitus est. Ducibus, relique multas memoria dignas gessit. Sed ex his elucet maxime inuentum eius in pralio quod apud Thebas fecit, cum Beotiis subsidio venisset. Nanque in ea victoria fidem summum ducem Agesilaum, fugatis iam ab eo conductis ceteris, reliquam phalangam loco veruit, cedere, obnixoque genu, scuto, * proiectaque hasta impetum excipere hostium docuit. Id nouum est, por- Agesilaus intuens progredi non est ausus suosque relictos, non iam incurrentes, tuba reuocauit. Hoc usque eo abiecta. Græcia, fama celebratum est, vt illo statu Chabrias sibi statuam fieri voluerit, quæ publicè ei ab Atheniensibus in foro constituta est. Ex quo factum est vt postea Athleta, ceterique artifices, his statibus statuis ponendis vterentur, cum victoriam essent adepti. Chabrias autem multa in Europa bella administrauit, cum dux Atheniensium esset: in Aegypto sua sponte gessit. Nam * Al. Ne * Nectanebum adiutum profectus, regnum ei Ctenabû, constituit. Fecit idem Cypri sed publicè ab Atheniensibus Euagora adiutor datus: neque prius Chabria inde discessit, quam totam insulam bello deuinceret. Qua ex re Atheniensis magnam gloriam sunt adepti. Interim bellum inter Aegyptios & Persas conflatum est, & Atheniensis cum Artaxerxe societatem habebant. Lacedæmonij cum Aegyptiis, à quibus magnas prædas Agesilaus Rex eorum faciebat. Id intuens Chabrias, cum

cū
ad
do
P
C
A
pr
fer
H
tū
lib
&
qu
E
M
V
E
T
Q
V
N
A
F
O
bar
ber
pes
pu
run
pri
Les
res
the
per
the
uat
rita
præ
mor

cum in re nulla Agesilao cederet sua, sponte eos adiutum profectus, Egyptiæ classi præfuit, pedestribus copiis Agesilaus. Tum præfeci Regis Perse, legatos miserunt Athenas, quæstum quodd Chabrias aduersum Regem bellum gereret cum Aegyptiis. Athenienses diem certam Chabrix præstitierunt, quam ante domum nisi redisset, capitis se illum damnaturos denuñciauerunt. Hoc ille nuncio Athenas rediit, neque ibi diutius est moratus quam fuit necesse. Non enim libenter erat ante oculos ciuium suorum, quod & vivebat lautè, & indulgebat sibi liberalius quam vi inuidiam vulgi posset effugere: EST ENIM HOC COMMUNE VICINUM IN MAGNIS LIBERISQUE CIVITATIBUS, UT INVIDIA GLORIAE COMES SIT, ET LIBENTER DE HIS DETRAHANT, QUOS EMERGERE VIDEANT ALTIUS: NEQUE ANIMO AE QVO PAVPERES ALIENAM OPVLENTVM INTVENTVR FORTVNAM. Itaque Chabrias quod ei licebat, plurimum aberat Neque verò solus ille Athenis libenter, sed omnes ferè Principes fecerunt idem, quod tantum se ab inuidia putabant absuturos, quantum à conspectu suorum recessissent. Itaque Conon plurimum Cyprucrius, Iphicrates in Thracia, Timotheus Lesbi, Chares in Syria. Dissimilis quidem Chares horum & factis & moribus: sed tamen Athenis & honoratus, & potens, Chabrias autem periit bello sociali, tali modo: Oppugnabant Athenienses Chium: erat in classe Chabrias priuatus, sed omnes qui in magistratu erant, auctoritate antebat, eumque magis milites, quam qui præerant, aspiciebant. Quæ res ei maturauit mortem. Nam dum primum studet portum in-

*Athenienses in
Chabriam
decreuerunt.*

*Inuidia
gloriae
opum comes.*

*Qui belli
duces Athenienses
uere non
potuerunt.*

*Chabrias
auctoritas,
virtus, &
cades.*

trare, gubernatorē iubet eō dirigere nauem, ipse sibi perniciē fuit. Cū enim eō penetrasset, ceterā nō sunt secuta. Quo facto, circūfusus hostium concursu, cum fortissimē pugnaret nauis rostro percussa cœpit sidere. Hinc cū refugere non posset, nisi se in mare deiecisset, quod sub erat classis Atheniensium, quæ exciperet natantem: perire maluit, quam armis abiectis nauem relinquere, in qua fuerat uectus. Id ceteri facere noluerunt qui nando in tutum peruenerunt. At ille, **FRÆSTARE HONESTAM MORTEM TURPI VITAE** existimans, cominus pugnans hostium telis interfectus est.

*Honestam
mortem turpi
uita
anteponenda.*



Timotheus.

*Timothei
virtutes.
Timothei
res gesta.*

TIMOTHEVS Cononis filius Atheniensis. Hic à patre acceptam gloriam multis auxit virtutibus. Fuit enim disortus, impiger, laboriosus, rei militaris peritus, neque minus ciuitatis regendæ. Multa huius sunt præclarè facta, sed hæc maximè illustria: Olynthios, & Byzantios bello subegit: Samum cepit, in qua oppugnanda, superiori bello Athenienses mille & ducenta talenta consumpserant: hanc ille sine ullis publicis impensis populo restituit: Aduersus Coyn bella gessit, ab eoque mille & ducenta talenta prædæ in publicum derulit: Cyzicum obsidione liberauit: Ariobarzani simul cum Agesilao auxilio profectus est: à quo cū Laco pecuniam numeratam accepisset, ille ciues suos agro atque

vibibus

urbibus augeri maluit, quam id fumere cuius partem domum suam ferre posset. Itaque accepit Erichthonem & Nestum. Idem classi praefectus circumuehens Peloponnesum, Laconicam populatus classem eorum fugauit: Corinthiam sub imperium Atheniense redexit, sociosque idem adiunxit Epirotas, Athamanos, Chaonias, omnesque eas gentes quae mare illud adiacent. Quo facto Lacedaemonij de diuina contentione destiterunt: & sua sponte Atheniensibus imperij maritimi principatum concesserunt, pacemque his legibus constituerunt, ut Athenienses mari duces essent. Quae victoria tanta fuit Atticis laetitia, ut tum primum Arae Pacis publicae sint factae, & eique Deae puluinar sit institutum. Cuius laudis ut memoria maneret, Timotheo publice statuam in foro posuerunt: qui honos huic vni ante id tempus contigit nemini, ut cum patri populus statuam posuisset, filio quoque daret. Sic iuxta posita recens filij, veterem patris renouauit memoria. Hic cum esset magnus natus, & magistratus gerere desisset, bello Athenienses vndique premi sunt coepti. ceciderat namque, defecerat Hellepontus. Philippus iam tunc valens Macedo, multa moliebatur: cui oppositus Chares cum esset, non satis in eo praesidij putabatur. Fit Mnestheus Praetor, filius Iphicratis, gener Timothei, & ad bellum proficiscatur, discernitur. Huic in consilium dantur duo usu & sapientia praestantes, quorum consilio vteretur, pater & socer: quod in his tanta erat auctoritas ut magna spes esset, per eos, amissa posse recuperari. Hic cum Samum profecti essent, & eodem Chares, aduentu cognito, cum suis copiis proficisceretur, ne quid absente se gestum videretur: accidit cum ad insulam appropinqua-

* De pa
cis ara
dissentit
Plutar-
chus in
Cimone

* Al. me
moria.

* *sup-*
presse-
runt, id
est, *reti-*
nuerunt.
* *Aldus*
habet,
vt in sua
manu.

Timo-
theus ab
Atheni-
sibus dā-
natu.

Fortuna
varietas,

Iason ty-
rannus
Theffalo-
rum.

rent, vt magna tempestas oriretur: quam eui-
tare duo veteres imperatores vtile arbitrari,
suam classem * suppresserunt. At ille temeraria
vſus ratione, non cessit maiorem natu aucto-
ritati, * & vt in sua nauī esset fortuna, quō con-
tenderat, peruenit: eodēque vt sequerentur,
ad Timothæum & Iphicratem nuncium misit.
Hinc malè re gesta, compluribus amissis nauibus,
eodem vnde erat profectus, se recepit, literasque
Athenas publicè misit, sibi procliuē fuisse Samum
capere, nisi à Timotheo & Iphicrate desertus es-
set. Ob eam rem in crimen vocabantur. Populus
acer, suspicax, mobilis, aduersarius, inuidus etiam
potentiæ, domum reuocat: accusantur proditio-
nis. Hoc iudicio damnatur Timotheus, līsque e-
ius æstimatur centum talentis. Ille odio ingrata
ciuitatis coactus, Chalcidem se contulit. Huius
post mortem, cum populum iudicij sui pœniteret,
multa nouem partes detraxit, & decem ta-
lenta Cononem filium eius admuri quandam
partem reficiendam iussit dare. In quo fortunæ
varietas est animaduersa. Nam quos auus Con-
non muros ex hostium præda patriæ restituerat,
eosdem nepos cum summa ignominia familiæ,
ex sua re familiari reficere coactus est. Timothei
autem moderatæ sapientissque vitæ, cum plera-
que possimus proferre testimonia, vno erimus
contenti, quōd ex eo facile conici poterit, quam
carus suis fuerit. Cum Athenis adolescentulus
causam diceret, non solū amici priuatique ho-
spites ad eum defendendum conuenerunt: sed
etiam in eis Iason tyrannus, qui illo tempore
fuit omnium potentissimus. Hic cum in patria
sine satellitibus se tutum non arbitraretur, Athe-
nas sine vllō præsidio venit: tantique hospitem
fecit, vt mallet se capitis periculum adire, quam
Timo-

Timotheo de fama dimicandi deesse. Hunc ad-
uersus tamen Timotheus postea populi iussu bel-
lum gessit: patriæ enim sanctiora iura, quam ho-
spitij esse duxit. Hæc extrema fuit ætas Imperato-
rum Atheniensium Iphicratis, Chabreæ, Timo-
thei. Neque post illorum obitum, quisquam dux
in illa vrbe fuit dignus memoria.

*Patriæ iu-
ra quam
hospitij
sanctiora
Extrema
imperato-
rum A-
thenien-
sium ætas*



Datames.

VENIO nunc ad fortissimum vi-
rum, maximique consilij omnium
Barbarorum exceptis duobus Car-
thaginensibus Hamilcare, & Hanni-
bale. De quo hoc plura referemus,
quod & obscuriora sunt eius gesta pleraque, &
ea quæ prosperè ei cesserunt, non magnitudine
copiarum, sed consilij, quo tamen omnes supera-
bat, acciderunt. Quorum nisi ratio explicata
fuerit, res apparere non poterunt. *Datames*
D A T A M E S *genus.*
patre Camissare, natione Care, matre Scythissa na-
tus, primùm militum numero fuit apud Artaxer-
xem, eorum qui regiam tuebantur. Pater eius
Camissares, quod & manu fortis, & bello stre-
nuus, & Regi multis locis fidelis erat repertus: ha-
buit prouinciam Cilicię iuxta Cappadociã, quam
incolunt Leucosy. Datames militare munus
fungens primùm, qualis esset apparuit bello,
quod Rex aduersus Cadusios gessit. Nanque hic
multis millibus regionum interfectis, magni fuit
eius opera. Quo factum est, cum in eo bello ce-
cidisset Camissares, paterna ei traderetur pro-

* Antophrades, habet Aldus. uincia. Pari se virtute postea præbuit, cum * Androphrodates iussu Regis bello prosequeretur eos qui defecerant. Namque eius opera, hostes, cum castra iam intrassent, profligati sunt, exercitusque reliquus conseruatus Regis est. Qua ex re maioribus rebus præesse cepit. Erat eo tempore Thyus Dynastes Paphlagoniæ, antiquo genere natus, à Pylemane illo, quem Homerus Troico bello * à Patroclo interfectum ait. Is Regis dicto audens non erat: quam ob causam bello eum persequi constituit: ei que rei præfecit Datamen propinquum Paphlagonis: namque ex fratre & sorore erant nati. Quam ob causam Datames primum experiri voluit, ut sine armis propinquum ad officium reduceret. Ad quem quum venisset sine præsidio, quod ab amico nullas vereretur insidias, penè interit. Nam Thyus eum clam interficere voluit: Erat mater cum Datame amica Paphlagonis: ea quid ageretur rescit, filiumque monuit. Ille fuga periculum euitauit, bellumque

* Non à Patroclo, sed à Menelao interfectum scribit Homerus Iliad. 5.

Datames indixit Thyo. In quo, cum ab Ario varzine *Thyus* Præfecto Lydiæ & Ionisæ totiusque Phrygiæ de regem *Pa* seruus esset, nihilo segnius perseverauit, viuimphlago que *Thyus* cepit cum vxore & liberis. Cuius familia cum ei, ne prius fama ad Regem, quam ipse vxore & perueniret, dedit operam. Itaque omnibus liberu *ca* insens, eò ubi erat Rex, venit, posteròque *pu* *Thy* die, *Thyus* hominem maximi corporis, terribilisque facie, quod & niger, & capillo longo, *tas*, & barbaque erat proluxa, optima veste conforma, *xi*, quam Sacerpæ regij gerere consueuerant. Ornauit etiam torque, atque armillis aureis, cæteròque regio cultu. Ipse agresti, duplicique amiculo circumdatus, hirtaque tunica, gerens in capite galeam venatoriam, dextra manu clauam, sinistra copulam, vinctum ante se *Thyus*

Thyūm agebat, vt si feram bestiam captam duceret. Quem cum omnes prospicerent, propter nouitatem ornatus, ignotaque formam, ob eamque rem magnus esset concursus: fuit nemo qui agnosceret Thyūm, qui non Regi nunciaret. Ac primò non creditur. Itaque Pharnabazum misit exploratum: à quo vt rem gestam comperit, statim admitti iussit, magno perè delectatus cum factò, tum ornato: in primis quòd non vilis Rex in potestatem inopinatè venerat. Itaque magnificè Datamen donatum, ad exercitum misit qui tum contrahebatur duce Pharnabazo, & Tithrauste ad bellum Ægyptium, parique eum atque alios imperio esse iussit. Postea verò quàm Pharnabazum Rex reuocauit, illi summa imperij tradita est. Hic cum maximo studio compa-
Datamis
in Aspis
Cataonia
regem ex
pediit.

raret exercitum, Ægyptumque proficisci pararet, subito à Rege literæ sunt ei missæ, vt Aspiū aggredere, qui Cataoniam tenebat, quæ gens iacet supra Ciliciam, confinis Cappadociæ. Namque Aspis saltuosam regionem, castellisque munitam incolens, non solum imperio Regij non parebat, sed etiam finitimas regiones vexabat, & quæ Regi portarentur, arripiebat. Datames, & si longè aberat ab his regionibus, & à maiore re abstraheretur: tamen Regis voluntati morem gerendum putauit. Itaque cum paucis, sed viris fortibus, nauem conscendit, existimans, id quod accidit, facilius se imprudentem parua manu oppressurum, quàm paratum, quamuis magno exercitu. Hac delatus, in Ciliciam egressus, inde dies noctesque iter faciens, Taurum transit, eoque quò studuerat venit. Querit quibus locis sit Aspis: cognoscit haud longè abesse, profectumque eum venatum: quem dum specularur, aduentus eius causa co-

Celeritas
in ballo
valet.

gnoscitur. Pisidias cum iis quos secum habebat ad resistendum Aspis comparat. Id Datanus ubi audiuit, arma capit, suos sequi iubet: ipse equo concitato, ad hostem vehitur: quem procul Aspis conspiciens ad se ferentem, pertimescit, atque à conatu resistendi deterritus, sese dedit.

Datanus
Affimica
pit.
Hunc Datanus vincitum, ad Regem ducendum tradit Mithridati. Hæc dum geruntur, Artaxerxes reminiscens à quanto bello, ad quam parvam rem principem ducum misisset, seipsum reprehendit, & nuncium ad exercitum acrem misit, quòd nondum Datamea profectum putabat, qui diceret, ne ab exercitu discederet. Hic priusquam perueniret quòd erat profectus, in itinere conuenit qui Aspiam ducebant. Quae celeritate, cum magnam benevolentiam Regis Datanus consecutus esset, non minorem inuidiam aulicorum excepit, quòd illum pluris quam se omnes fieri videbant. Quo factò, cuncti ad eum opprimendù consenserunt. Hæc Pan-

Regum
ingratissim
do.
datus *g*æ custos regis, amicus Datami præscripta ei mittit, in quibus docet, eum magno fore periculo, siquid illo imperante, in Aegypto aduersi accidisset: **NANQVE EAM ESSE**
CONSVETVDIMEM REGVM, VT CA-
EXERCITV
AVOCAT,
SVS ADVERSOS HOMINIBVS TRI-
quòd ex
paucis,
sed forti
rum perniciem, quorum ductu res malè gesta
bus con
nuncientur. Illum hoc maiore fore discrimine,
staret, quòd quibus Rex maximè obediatur, eos habeat
ut supra
inimicissimos. Talibus ille literis cognitis, cum
dictum
iam ad exercitum acrem venisset, quòd non
est
ignorabat ea verè scripta, desciscere à Rege con-
*** Al. An**
stituit. Neque tamen quicquam fecit, quòd fide
et oculè.
sua esset indignum. Nam * Androdem Magne
icem

sem exercitui praefecit, ipse cum suis in Capadociam discedit, coniunctamque huic Paphlagoniam occupat, celans qua voluntate esset in Regem: eam cum Ariobarzane facit amicitiam, manum comparat, vrbes munitas suis tuendas tradit. Sed haec propter hyemale tempus, minus prosperè succedebant. Audit Pisidas quosdam copias aduersus se parare: filium eò Arideum cum exercitu mittit. Cadit in praelio adolescens: proficiscitur eò pater non ita cum magna manu, celans quantum vulnus accepisset, quòd prius ad hostem peruenire cupiebat quàm de malè re gesta fama ad suos perueniret, ne cognita filij morte, animi debilitarentur militum. Quò contenderat peruenit, hisque locis castra ponit, vt neque circumuèni multitudine aduersariorum posset, neque impediri quò minus ipse ad dimicandum manum haberet expeditam. Erat cum eò Metrobarzanes focer eius, praefectus equitum. Is desperatis generi rebus ad hostes transfugit. Is Datames vt audiuit, sensit si in turram exisset, ab homine tam necessario se relictum, futurum, vt ceteri consilium sequerentur: in vulgus edit, suo iussu Metrobarzanem profectum pro perfuga, quò facilius receptus, interficeret hostes. Quare relinqui eum non par esse, sed omnes confestim sequi: quod si animo strenuo fecissent, futurum vt aduersarij non possent resistere, quum & intra vallum, & foris caderentur. Hac re probata, exercitum eduxit: Metrobarzanem persequitur: tum ad hostes peruenerat: Datames signa inferri iubet. Pisidia noua re commoti, in opinionem adducuntur, perfugas mala fide, compositoque fecisse, vt recepti, essent maiori calamitati: primùm eos adoriuntur. Illi quum quid

*Datames
deficit à
rege Per-
sarum.*

*Datames
strategie-
ma, quod
tamen a-
liter à
Fromino
refertur.*

ageretur, aut quare fieret ignorarent: coacti sunt cum eis pugnare ad quos transierant, ab hisque stare quos reliquerant. Quibus cum neutri parcerent, celeriter sunt concisi. Reliquos Pisidas resistentes, Datames inuadit: primo impetu pellit, fugientes persequitur, multos interficit, castra hostium capit. Tali consilio, vno tempore & proditores percudit, & hostes profligauit, & quod ad suam perniciem fuerat cogitatum, id ad salutem conuertit. Quo neque acutius illius Imperatoris cogitatum, neque celerius factum vsquam legimus. Ab hoc tamen viro Scisinas maximus natu filius, descendit, & ad Regem transit, & de defectione patris detulit. Quo nuncio Artaxerxes commotus, quod intelligebat sibi cum viro forti ac strenuo negocium esse, qui quam cogitasset, facere auderet, & prius cogitare, quam conari consuesset: Androphrodatem in Cappadociam mittit. Hic ne intrare posset, saltum in quo Ciliciae portae sunt fixae, Datames praecipue studuit: sed tam subito copias contrahere non potuit. A qua re depulsus, cum ea manu quam contraxerat, locum delegit talem, vt neque circumiretur ab hostibus, neque praeteriret aduersarius, quin ancipitibus locis premeretur: & si dimicare eo vellet, non multum obesse multitudo hostium suae paucitati posset. Haec etsi Androphrodates videbat, tamen statuit congregi, quam eum tantis copiis refugere, aut tam diu vno loco sedere. Habebat Barbarorum equitum viginti, peditum centum millia, quos illi Gardates appellant, eiusdemque generis tria funditorum. Praeterea Cappadocum octo, Armeniorum decem, Piphlagonum quinque, Phrygum decem, Lydorum quinque, Asendiorum & Pisidarum circiter tria, Cilicum duo, Captianorum

*Scisinas à
Datame
patre de-
scendit.*

*eo vi-
detur re-
dundare*

*Regis Per-
siam co-
tra
Datam.*

toti-

totidem: ex Græcia conductorum tria millia, le-
 uis armaturæ maximum numerum. Has aduersus *Datamis*
 copias, spes omnis consiliebat. *Datamis* in se, loci *de regu*
 que natura: nanque huius partem non habebat *Persarum*
 vigesimam militum. Quibus fletus confligit, ad *exercitus*
 uersariorumque multa millia cecidit, cum de *uictoria*.
 ipsius exercitu non amplius hominum mille ce-
 cidisset. Quam ob causam postero die tro-æum
 posuit, quo loco pridie pugnatum. Hic cum ca-
 stris mouisset inferior copias, superior omnibus
 præliis discedebat, quod nunquam manum con-
 fereret, nisi aduersarios locorum angustis clau-
 sisset, quod perito regionam, callidèque cogitan-
 ti sæpe accidebat. *Androphrodates*, cum bellum
 duci maiore Regis calanitate, quam aduersa-
 riorum videret, ad pacem atque amicitiam hor-
 tatus est, ut cum Rege in gratiam rediret. Quam
 ille etsi non fidam fore putabat, tamen condi-
 tionem accepit, seque ad *Artaxerxē* legatos mis-
 surum dixit. Sic bellum, quod Rex aduersus *Da-*
 tamen susceperat, sedatum. *Androphrodates* in *Regis Per-*
 Phrygiam se receperat. At Rex quod implaca-
 bile odium in *Datamen* susceperat, postquam *Per-*
 bello eum opprimi non posse animaduertit, insi-
 diis interficere studuit. quas ille plerasque vita-
 uit. Sicut cum nunciatum esset, quosdam sibi insi-
 diari, qui in amicorum eran: numero: de quibus
 quod inimici detulerant, neque credendum, *Datamis*
 neque negligendam putauit, experiri voluit, *stratego-*
 verum falsumne sibi esset relatum. Itaque eò ma aduer-
 profectus est, in quo itinere futuras insidias e-
 uenire dixerint. Sed elegit corpore & statura *diis regu*
 simillimum sui, eisque vestitum suum dedit, at-
 que eo loco ire, quod ipse consueuerat, iussit. Ipse *Persarum*
 autem ornatus vestitu militari, inter corpo-
 ris custodes, iter facere cœpit. At insidiato-

Datamis
in bello
calliditas

Regis Per-
sarum cū
Datame
pax simul
lata.

res, postquam in eum locum agmen peruenit
 decepti ordine atque vestitu, in eum faciunt
 impetum qui suppositus erat. Prædixerat autem
 his Datames cum quibus iter faciebat, ut parati
 essent facere quod ipsum vidissent. Ipse ut con-
 currentes insidiatores animaduertit, tela in eos
 coniecit. Hoc idem cum vniuersi fecissent, prius
 quam peruenirent ad eum quem aggredi vole-
 bant, confixi ceciderunt. Hic tamen tam calli-
 dus vir, extremo tempore captus est, Mithridatis
 Ariobarzani filij dolo. Namque, is pollicitus
 est Regi, se eum interfectorum, si ei Rex promit-
 teret, ut quodcunque vellet, liceret impunè fa-
 cere, fidemque de ea re, more Persarum dextra
 dedisset. Hanc ut recepit à Rege, copias parat,
 & absens amicitiam cum Datame facit: Regis
 prouinciam vexat, castella expugnat, magnas
 prædas capit: quarum partem suis dispertit, par-
 tem ad Datamen mittit. Pari modo complura
 castella ei tradit. Hæc diu faciendo, persuasit
 homini, se infinitum aduersus Regem susce-
 pisse bellum, cum nihilo magis, ne quam sus-
 picionem illi præberet insidiarum, neque col-
 loquium eius petiuit, neque in conspectum ve-
 nire studuit. Sic absens amicitiam gerebat, ut
 non beneficiis mutuis, sed odio communi, quod
 erga Regem susceperant, continere viderentur.
 Id cum satis se confirmasse arbitratus est, certiorè
 fecit Datamen, tempus esse maiores exercitus
 parari, & bellum cum Rege suscipit: de qua re, si
 ei videretur, quo vellet in colloquium veniret.
 Probata re, colloquendi tempus sumitur, lo-
 cusque quo conueniretur. Huc Mithridates
 cum vno, cui maximam habebat fidem, ante
 aliquot dies venit, compluribusque locis sepa-
 ratim gladios obruit, eaque loca diligenter no-

*Datames
 per simu-
 lacram eu-
 iusdam
 amicitiam
 interfici-
 tur.*

*Mithri-
 datu mi-
 rus dolo
 ad Data-
 men in-
 terficien-
 dum.*

tat. Ipso autem colloquendi die vtrique, locum
 qui explorarent, atque ipsos scrutarentur, mit-
 tunt: deinde ipsi sunt congressi. Hic cum ali-
 quandiu in colloquio fuissent, & diuersi disces-
 sissent, iamque procul Datames abesset, Mi-
 thridates, priusquam ad suos perueniret, ne-
 quam suspicionem pararet: in eundem locum
 reuertitur, atque ibi ubi telum erat impositum
 refedit, vt si lassitudine cuperet acquiescere, Da-
 taménque reuocauit, simulans se quiddam in
 colloquio esse oblitum, interim telum quod la-
 tebat prorulit, nudatúmque vagina, veste texit,
 ac Datami venienti ait, digredientem se ani-
 maduertisse locum quendam qui erat in con-
 spectu, ad castra ponenda esse idoneum. Quem
 cum digito monstraret, & ille conspiceret, a-
 uersum ferro transfixit: & priusquam quisquam
 posset succurrere, interfecit. Ita ille vir qui mul-
 tos consilio, neminem perfidia ceperat, simulata
 captus est amicitia.



Epaminondas.

EPAMINONDAS Polymni filius,
 Thebanus. De hoc priusquam scri-
 bamus, hæc præcipienda videntur
 lectoribus, Ne alienos mores ad
 suos referant, néve ea quæ ipsis *Musica*
 leuiores sunt, pari modo apud cæteros fuisse ar- *& saltat-*
 bitrentur. Scimus enim musicem nostris mo- *tie in Ro-*
 ribus abesse à Principis persona: saltare etiam *mano*
 in vitiis poni. Quæ omnia apud Græcos, & *principe*
 grata, & laude digna ducuntur. Cum autem *viciofa.*

exprimere imaginem consuetudinis, atque vitæ
velimus Epaminondæ, nihil videmur debere
prætermittere, quod pertineat ad eam declaran-
dam. Quare dicemus primum de genere eius:
deinde quibus disciplinis, & a quibus sit eruditus:
tum de moribus ingenique facultatibus, & si
qua alia digna memoria erunt. Postremò de

*Epaminò
de genu,
& insti-
tutio.*

*Musici
excellen-
tes.*

*Epaminò
da in phi-
losophia
præceptor
Lysias Ta-
rentinum.*

rebus gestis, quæ plurimis omnium anteponu-
tur virtutibus. Natus igitur patre quo diximus,
honesto genere, pauper tamen à maioribus reli-
ctus. Eruditus autem sic, ut nemo Thebanus ma-
gis: nam & citharizare, & cantare ad chordatum

sonum doctus est à Dionysio, qui non minore
fuit in musicis gloria, quam Damon, aut Lam-
prus, quorum peruulgata sunt nomina. carmina

cantare tibis, ab Olympodoro: saltare, à
Calliphrone. At philosophiæ præceptorem ha-
buit Lysiam Tarentinum Pythagoram: cui

quidem sic fuit deditus, ut adolescens tristem,
& seuerum senem, omnibus æqualibus suis in

familiaritate anteposuerit: neque prius eum à
se dimiserit, quam doctrinis tanto antecessis
condiscipulos, ut facile intelligi posset, pari mo-
do superaturum omnes in ceteris artibus. Atque

hæc ad nostram consuetudinem sunt le-
uia, & potius contemnenda: at in Græcia uti-
que olim magnæ laudi erant. Postquam ephē-
bus factus est, & palæstræ dare operam cepit:

non tam magnitudinē vitium seruauit, quam ve-
locitati: illam enim ad athletarum usum, hanc
ad belli existimabat utilitatem pertinere. Itaque

exercebatur plurimum currendo & luctando,
ad eum finem, quo aditans complecti posset,
atque contendere. In armis plurimum studij

consumebat. Ad hanc corporis firmitatem plu-
ra etiam animi bona accesserant. Erat enim

modè-

*Veloci-
tas in bel-
lo utilis.*

*Epaminò
da mores
& virtu-
tes.*

mo
vte
mo
me
qu
li,
que
pro
di,
que
Re
mo
quã
tate
nihil
mē
dos
cun
ciui
petu
per
filiu
facu
face
cebi
eiqu
que
debe
Dio
taxe
dun
The
qu
que
Mic
adu

modestus, prudens, grauis, temporibus sapienter
 vtens: peritus belli, fortis manu, animo maxi-
 mo, ad eò veritatis diligens, vt ne ioco quidem
 mentiretur: idem continens, clemens, patiens-
 que admirandum in modum, non solum popu-
 li, sed etiam amicorum ferens iniurias, in primis-
 que commissa celans, quod interdum non minus
 prodest, quam disertè dicere. Studiosus audien-
 di, ex hoc enim facillimè disci arbitrabatur Ita-
 que quum in circulum venisset, in quo aut de
 Republica disputaretur, aut de philosophia ser-
 mo haberetur, nunquam inde prius discessit
 quam ad finem sermo esset deductus. Pauper-
 tatem ad eò facillè perpessus est, vt de Republica
 nihil præter gloriam ceperit. Amicorum in se-
 mēdo caruit facultatibus, fide ad alios subleuan-
 dos sæpè sic vsus est, vt possit iudicari, omnia ei
 cum amicis fuisse communia. Nam quum aut
 ciuium suorum aliquis ab hostibus fuisset ca-
 ptus, aut virgo amici nubilus, quæ propter pau-
 pertatem collocari non posset: amicorum con-
 silium habebat, & quantum quisque daret, pro
 facultatibus imperabat: eamque summam cum
 faceret, priusquam acciperet pecuniam, addu-
 cebat eum qui quærebat, ad eos qui conferebant,
 eisque vt ipsi numerarent, faciebat, vt ille ad
 quem ea res perueniebat, sciret quantum cuique
 deberet. Tanta autem est eius abstinentia à
 Diomedonæ Cyziceno. Nanque is rogatu Ar-
 taxerxis, Epaminondam pecunia corruppen-
 dum susceperat. Hic magno cum pondere aurum
 Thebas venit, & Michitum adolescentulum,
 quinque talentis ad suam perduxit voluntatem
 quem tum Epaminondas plurimum diligebat.
 Michitus Epaminondam conuenit, & causam
 aduentus Diomedontis ostendit. At ille Dio-

*Audien-
di studio
de suo facillè
discit.*

*Epaminō
de fides
& caritas
erga ci-
ues.*

*Epaminō
da absti-
nentia.
Aldus
habet
Micy-
thum.*

*Epami-
nonda
dilectus,
de patria
caritate.*

medonte coram : Nihil, inquit, opus pecunia est. Nam si ea Rex vult, quæ Thebanis sunt vtilia, gratis facere sum paratus : sin autem contraria : non habet auri atque argenti satis : nanque orbis terrarum diuitias accipere nolo pro patriæ caritatē. Tu qui me incognitum tentasti, tuique similem existimasti, non miror, tibi que ignosco. Sed egredere properè, ne alios corrupas, quum me non potueris. Tu Michite argentum huic redde: aut nisi id confestim facis, ego te tradam magistratui. Hunc Diomedon cum rogaret, vt tuto exire, suâque quæ attulisset, liceret efferre: Istud, inquit, faciam, neque tua causa, sed mea: ne si tibi sit pecunia adempta, aliquis dicat, ad me ereptum peruenisse, quod delatum accipere noluissem. A quo cum quæsisset, quò se duci vellet, & ille Athenas diceret: præsidium dedit, vt tutò perueniret. Neque verò id satis habuit, sed etiam vt inuiolatus in nauem ascenderet, per Chabriam Atheniensem, de quo supra mentionē fecimus. Abstinentiæ erit hoc satis testimonium. Plurima quidem proferre possemus, sed modus adhibendus est, quoniam vno hoc volumine, vitas excellentium virorum complurium concludere constituimus, quas separatim multis millibus versuum, complures scriptores ante nos explicarunt. Fuit & disertus, vt nemo Thebanus par esset eloquentia: neque minus concinnus in breuitate respondendi, quàm in perpetua oratione ornatus. Habuit obrectatorem Meneclidem quendam indidem Thebis, & aduersarium in administranda Republica, satis exercitatum in dicendo, vt Thebanum scilicet: nanque illi genti plus inest virium quàm ingenij. Is quòd in re militari florere Epaminondam videbat, hortari solebat Thebanos, vt pacera bello antefere-

*Epami-
nonda e-
loquentia.*

*Thebanis
plus est
virium
quàm in-
genij.*

rent, ne illius Imperatoris opera desideraretur.
 Huic ille: Fallis, inquit, verbo ciues tuos, quod
 hos à bello euocas. Ocij enim nomine seruuntur. *Pax bello*
 tem concilias: nam, Paritur pax bello. Itaque qui *paritur.*
 ea diutina volunt frui, bello exercitati esse debe- *Epami-*
 bent. Quare si principes Græcia esse vultis, ca- *nonda a-*
 stris cit vobis viendum, non palaestra. Idem ille *liquor di-*
 Meneclides, quum huic obiiceret, quod liberos *sta.*
 non haberet, neque vxorem duxisset, maximè que
 insolentia, quod sibi Agamemnonis bello glo-
 riam videretur consecurus. At ille, Desine, in-
 quit, Meneclides de vxore mihi exprobrare:
 nam nullius in ista re minus quàm tuo vti con-
 silio volo. Habebat enim Meneclides suspicio-
 nem adulteri. Quod autem me Agamemnonem
 æmulari putas: falleris: Nanque ille cum vni-
 uersa Græcia vix decem annis vnam cepit urbem:
 ego contra, ex vna vrbem nostra, diè que vno, to-
 tam Græciam Lacedæmonis fugatis, liberaui.
 Idem cum in conuentum venisset Arcadam,
 petens, vt societatem cum Thebanis & Argiuis,
 facerent, contraque Callistratus Atheniensium *Callistra-*
 legatus, qui eloquentia omnes eo præstabat *tu Arche-*
 tempore, postularer, vt potius amicitias seque- *niensium*
 rentur Atticorum, & in oratione sua, multa in- *legatus.*
 uentus esset in Thebanos & Argiuos, in eis que
 hoc posuisset. Animaduertere debere Arcadas
 quales vtraque ciuitas ciues procreasset, ex qui-
 bus de cæteris possent iudicare. Argiuos enim
 fuisse Orestem, & Alceonem matricidas: The-
 bis Oedipum natum, qui quum patrem suum in-
 terfe. isse, ex matre liberos procreasset. Huic in-
 respondendo Epaminondas, quum de cæteris per-
 orasse, postquam ad illa duo opprobria perue-
 nit, admirari se dixit stultitiam Rhetoris Atti-
 ci, qui non animaduerteret, innocentes illos

natos, domi scelere admissio, quum patria essent pulsi, receptos esse ab Atheniensibus. Sed maximè eius eloquentia eluxit Sparta: quò cum omnium sociorum conuenissent legati, coram frequentissimo legationum conuentu, sic Lacedaemoniorum Tyrannidem coarguit, vt non minus illa oratione opes eorum concusserit, quàm Leuctrica pugna. Tum enim perfecit, quod post apparuit, vt auxilio sociorum Lacedaemonij priuarentur. Fuisse autem patientem,

Epaminò suorumque iniurias ferentem ciuim, quòd se de patrie patriæ irasci nefas esse duceret, hæc sunt testi-
monia. Quum eum propter inuidiam ciues
pietas in præficere exercitui noluisent, duxque esset de-
patriam. lectus belli imperitus, cuius errore eò esset de-

ducta res illa militum, vt omnes de salute pertimescerent, quòd locorum angustiis clausi, a hostibus obsidebantur: desiderari cepta est Epaminondæ diligentia. Erat enim ibi priuatus numero militum: a quo quum peterent opem, nullam adhibuit memoriam contumeliæ: & exercitum obsidione liberatum, domum reduxit incolumem. Neque verò hoc semel fecit, sed sapius. Maximè autem fuit illustre, quum in Peloponnesum exercitum duxisset aduersus Lacedæmonios, haberetque collegas suos, quorum alter erat Pelopidas vir fortis ac strenuus: hic cum criminibus aduersariorum omnes in inuidiam venissent, ob eamque rem imperium his esset abrogatum, atque in eorum locum alij Præ-

Epaminò res successissent: Epaminondas plebiscito non res successissent: Epaminondas plebiscito non
dat. Athe paruit: idèmq; vt facerent, persuasit collegis,
nienfium & bellum quod susceperat, gessit. Nanque ani-
plebiscito maduertebat, vbi id fecisset, totum exercitum
cur non propter Prætorum imprudentiam, infortiãmq;
paruerit. belli, periturum. Lex erat Thebis, quæ morte mul-
 tabat,

tabat, si quis imperium diutius retinuisset, quam lege præsumtum foret. Hanc Epaminondas, cum Republicæ conseruandæ causa latam videret, ad perniciem ciuitatis conferre noluit: & quatuor mensibus, diutius quam populus iusserat, gessit imperium. Postquam domum reditum est, collega eius hoc crimine accusabantur. Quibus ille permisit vt omnem causam in se trãfferent, suaque opera factum contenderent, vt legi non obedirent. Qua defensione illis periculo liberatis, nemo E. aminondam responsurum putabat, quòd quid diceret, non habebat. At ille in iudicium venit, nihil eorum negauit quæ aduersarij crimini dabant, omniãque quæ collega dixerant, confessus est: neque recusauit, quò minus legis pœnam subiret: sed vnum ab iis petiuit, vt in periculo suo inscriberent, **EPAMINONDAS** a Thebanis morte multatus est, quòd eos habet. coegit apud Leuctra superare Lacedæmonios, in sequos ante se Imperatorem: nemo Bæotiorum auspulchro sus fuit aspicere. In acie quoque vno pralio suo. non solum Thebas ab interitu retraxit, sed etiam *Epaminō* vniuersam Græciam in libertatem vindicauit: *de eto-* eoque res vtrorumque perduxit, vt Thebani *gum.* Spartam oppugnarent: Lacedæmonij satis haberent, si salui esse possent: neque prius bellare desinit quam Messena constituta, urbem eorum obsidione clausit. Hæc cum dixisset risus omnium cum hilaritate coortus est, neque quisquam iudex ausus est ferre suffragium. Sic à iudicio capitis maxima discessit gloria. Hic extremo tempore Imperator apud Manineam, cum acie instructa, audacius ioffaret hostibus, cognitus à Lacedæmoniis, quòd in vnius pernicië, eius patriæ sitam putabant salutem, vniuersi in vnum impetum fecerunt: neque prius ab

*Epami-
nonde
cades.*

*Epami-
nonde*

morientis

dictū: de

quo Cice

ro Epi. li.

5. ad L.

Luceiū.

Epaminō

de dictū

de progre

andū li-

beris.

Omnis ci

uiliū vi-

etoria su

nesta.

Unus ho-

mo pluri

quā ci-

uitas.

cesserunt, quā magna cæde, multisque occisis, fortissimè ipsum Epaminondam pugnātem, sparo eminus percussum, concidere viderunt. Huius causa aliquantulum retardati sunt Bœotij: neque tamen prius pugna excefferunt, quā repugnantes profligarunt. At Epaminondas, cū animaduerteteret mortiferum se vulnus accepisse, simulque, si ferrum quod ex hastili in corpore remanserat, extraxisset, animam statim amissurum: vsque eo retinuit, quoad renunciatum est vicisse Bœotios. Id postquā audiuit, Satis (inquit) vixi, inuictus enim morior. Tum ferro extracto, conflatim exanimatus est. Hic uxorem nunquam duxit. in quo cū reprehenderetur, quod liberos non relinqueret, è Pelopida, qui filium habebat infamem, malèque cum in eo patriæ consulere diceret: Vide, inquit, ne tu peius consulas, qui talem ex te natū relicurus sis. Neq. verò stirps mihi potest deesse: nanque ex me natam relinquo pugna Leuſtricā: quæ non modò mihi superstes, sed etiam immortalis sit, necesse est. Quo tempore duce Pelopida exules Thebas occupauerunt, & præsidium Lacedæmoniorum ex arce expulerunt: Epaminondas, quādiu facta est cades ciuium, domi se retinuit, quod neque malos defendere volebat, neque impugnare, ne manus suorum sanguine cruentaret. Nanque omnem ciuilem virtutem suam funestam putabat. Idemque postquā apud Cadmeā pugnari cum Lacedæmoniis cœpit in primis stetit. Huius de virtutibus vitæque satis erit dictum, si hoc vnum adiunxero, quod nemo eat inficias. Thebas & ante Epaminondam natū, & post eiusdē interitum, perpetuò alieno paruis se imperio: cum ea, quādiu ille præfuerit Reipublicæ, caput sui & totius Græciæ, ex quo intelligi potest, vnū hominem pluri quā ciuitatē fuisse.

De re



De Regibus Breuis

Notatio.

HI FERRE fuerunt Græciæ gentis duces, qui memoria digni videantur præter Reges. Nanque eos attingere noluimus, quòd omnium res gestæ separatim sunt relatæ: neque tamen hi admodum sunt multi. Lacedæmonius autem Agesilaus, nomine, nõ potestate fuit Rex, sicut cæteri Spartani. Ex his verò qui dominatum imperio tenuerunt, excellentissimi fuerunt, vt nos iudicamus, Persarum Cyrus, & Darius Hystaspis filius, quorum vterque priuatus, virtute regnum est adeptus. Prius horum apud Messagetæ in prælio cecidit. Darius senectute diem obiit supremum. Tres sunt præterea eiusdem generis, Xerxes, & duo Artaxerxes, Macrochir quoque & Mnemon. Xerxi maximè est illustre, quòd maximis post hominum memoriam exercitibus, terræ marique bellum intulit Græciæ. At Macrochir præcipuam habet laudem, amplissimæ pulcherrimæque corporis formæ, quam incredibili ornavit virtute belli. Nanque illo, Persarum nemo, fuit manu fortior. Mnemon autem iustitiæ fama floruit. Nam cum matris suæ scelere amisset uxorem, tantum indulgit dolori, vt tum pietas vinceret. Ex his duo eodem nomine morbo, naturæ debitum reddiderunt. Tertius ab Artabano præfecto ferro interfectus est. Ex Macedonum autem genere, duo multò cæteros antecesserunt rerum gestarum gloria, Philippus Amyntæ filius, & Alexander Magnus. Horum alter Babylone, morbo

Cyrus.

Darius.

Xerxes.

Artaxer.

xes duo.

Philippus.

Macedo.

Alexan.

der Ma.

gnus.

consumptus est: Philippus Agis à Pausania, cum spectatum ludos ireret, iuxta theatrum occisus est.

Pyrrhus. Vnus Epirotes Pyrrhus, qui cum populo Romano bellavit. Is cum Argos oppidum oppugnaret in Peloponneso, lapide ictus interiit. Vnus item Diorysius prior: nam & manu forti, & belli peritus fuit: & id, quod in tyranno non facile reperitur, minimè libidinosus, non luxuriosus, non avarus, nullus rei denique cupidus, nisi singularis perpetuæque imperij, ob eamque rem crudelis. Nam dum id studuit munire, nullius pepercit vitæ, quem eius insidiatorem putaret. Hic cum virtute tyrannidem sibi peperisset, magna retinuit felicitate, maiorque annos sexaginta natus, decessit florente regno. Neque in tam multis annis cuiusquam ex sua stirpe funus vidit, cum ex tribus vxoribus liberos procreasset, multique ei nati essent nepotes. Fuerunt præterea multi Reges ex amicis Alexandri Magni, qui post obitum eius imperia ceperunt. In his Antigonus, & huius filius Demetrius, Lysimachus, Selucus, Ptolemæus. Ex his Antigonus, cum aduersus Seleucum, Lysimachumque dimicaret, in prælio occisus est. Pari letho affectus est Lysimachus à Seleuco. Nam societate dissoluta bellum inter se gesserunt. At Demetrius, cum filiam suam Seleuco in matrimonium dedisset, neque eò magis fida inter eos amicitia manere potuisset, captus bello, in custodia foci generi periit morbo. Neque ita multo post Seleucus à Ptolemæo Ceraunio dolo interfectus est, quem ille à patre expulsam Alexandria, alienarum opum indigentem receperat. Ipse autem Ptolemæus, cum viuis filio regnum tradidisset, ab illo eodem vita priuatus dicitur. De quibus quoniam satis dictum putamus, non

incom-

incommodum videtur non præterire Hamilcar-
rem & Annibalem, quos & animi magnitudine
& calliditate, omnes in Africa natos præstitif-
se constat.



Hamilcar.



HAMILCAR Annibalis filius, co-
gnomine Barchas, Carthaginensis,
primo Punico bello, sed tempori-
bus extremis, admodum adolescen-
tulus, in Sicilia præfesse cœpit exer-
citur. Cum ante eius aduentum, & mari, & terra,
malè res gererentur Carthaginensium: ipse ubi
adfuit, nunquam hosti cessit, neque locum
nocendi dedit: sæpèque è contrario occasio-
ne data, lacessuit, sempèrque superior dis-
cessit. Quo factò, cum penè omnia in Sicilia
Pœni amisissent, ille Erycem sic defendit, vt
bellum eo loco gestum non videretur. Inter-
rim Carthaginenses classe apud insulas Ega-
tes à C. Lucratio consule Romanorum superati,
statuerunt belli finem facere, eamque rem arbi-
trio permiserunt Hamilcaris. Ille etsi flagra-
bat belli cupiditate, tamen paci seruiendum pu-
tauit, quòd patriam exhaustam sumptibus, diu-
tius calamitatem belli ferre non posse intellige-
bat: sed ita vt statim mente agitaret, si paulu-
lum modò res essent refectæ, bellum renoua-
re, Romanosque armis persequi, donec aut cer-
tè vicissent, aut victi manum dedissent. Hoc con-

*Hamilca-
ris genui.*

*Hamilca-
ri res in
Sicilia
gesta.*

*Hamilca-
ri cōstan-
tia.*

filio pacem conciliauit : in qua tanta fuit ferocia , vt quum Catulus negaret bellum compositurum , nisi ille cum suis , qui Erycem tenuerunt , armis relictis , Sicilia decederent : succumbente patria , ipse periturum se potius dixerit , quàm cum tanto flagitio domum rediret. Non enim sua esse virtutis , arma à patria accepta aduer-

Carthago sus hostes aduersarius tradere. Huius pertinacia cessit Catulus. At illè vt Carthaginem velicibus nit , multò aliter ac sperabat Rempublicam se in sum- habentem cognouit. Nanque diuturnitate exterui mali , tantum exarsit intestinum bellum , vt nunquam pari periculo fuerit Carthago , nisi cum deleta est. Primò mercenarij milites , qui aduèrsus Romanos fuerant , descuerunt , quorum numerus erat , viginti millium. Hi totam abalienarunt Africam , ipsam Carthaginem oppugnarunt. Quibus malis adeò sunt Pœni perterriti , vt auxilia etiam à Romanis petierint , eaque impetrauerint. Sed extremò , quum propè iam ad desperationem peruenissent , Hamilcarem Imperatorem fecerunt. Is non solum hostes

Hamilcar à muris Carthaginis remouit , quum ataplus centum millia facta essent armatorum , sed etiam eò compulit , vt locorum angustiis clausi , plures fame quàm ferro interirent. Omnia oppida abalienata , in his Uticam , atque Hipponem valentissima totius Africæ , restituit patriæ , neque eo fuit contentus , sed etiam fines imperij propagauit : tota Africa tantum ocium reddidit , vt nullum in ea bellum videretur multis annis fuisse. Rebus his ex sententia peractis , fidenti animo , atque infesto Romants , quò facilius causa bellandè recar in periretur , effecit vt Imperator cum exercitu in Hispaniã mitteretur , eoque secum duxit firmiissim. Ium Annibalem annorum nouem. Erat præterea cum

rea cum eo adolescens, illustris, formosus, Hasdrubal, quem nonnulli diligiturpius quam par erat, ab Hamilcare loquebantur. Non enim maledici tanto viro deesse poterant. Quo factum est ut à Praefecto morum, Hasdrubal cum eo vetaretur esse. Huic ille filiam suam in matrimonium dedit, quòd moribus eorum interdici non poterat focero gener. De hoc idè mentionem fecimus quòd Hamilcare occiso, ille exercitui praefuit, resque magnas gessit, & princeps, largitione, vetustos peruertit mores Carthaginensium: eiusdemque post mortem Annibal ab exercitu accepit imperium. At Hamilcar posteaquam mare transiit, in Hispaniamque venit, magnas res secunda gessit fortuna, maximas bellicosissimasque gentes subegit: equis, armis, viris, pecunia totam locupletavit Africam. Hic cum in Italiam bellum inferre meditaretur, nono anno postquam in Hispaniam venerat, in praelio pugnans aduersus Veetones, occisus est. Huius perpetuum odium erga Romanos, maximè concitasse videtur secundum bellum Punicum. Namque Annibal filius eius, assiduis patris obrestationibus eò est perductus, ut interire, quam Romanos non experiri mallet.

Hasdrubal Hamilcaris gener.

Hamilcaris res in Hispania gesta, & mors.

Hamilcaris in Romanos odium.



Euagoras.

*Vnde ge-
nus Aea-
cidarum.*



EVAGORAS à generosissimis semi-
deis, id est, è Ioue satis, ortū habuit.
Nam Æacus Ioue natus, à quo genus
Æacidarum est dictum, Telamonem
ac Peleum procreauit. Quorum alter
sub Hercule militās magnos honores acquisiuit.
Peleus præter alia pericula, adeo aduersus Cen-
tauros strenuè dimicauit, vt Thetidos Nerei filiz
nuptias demeruerit. A Telamone Atax Teucér-
que, à Peleo Achilles ortus est. Quibus Achilles
longè præstitit, & si Ajax post eū facile alios su-
perauit. Teucer tamen nec indignus genere, nec
aliis inferior visus est. Hic diruto & euerso Ilio
Cyprum petiit, vbi ciuitate ædificata, Salaminam
antiquæ patriæ nomine appellauit. Qui verò
per ordinem ab eo descenderunt, regnum tan-
diu obrinuere, donec lapsu temporū vir quidā ex
Phœnicia exul in Cyprū nauigans, ab eo qui tum
regno potiebatur, in gratiam autoritatēq. re-
ceptus est. Is enim officij immemor, & ingrati-
tudine plenus, eiectō benefactore, regnum sibi ven-
dicauit. Quo sic regnante Euagoras ortus est. De
cuius natiuitate & diuinationes & oracula præ-
tereo, non quòd his fidem abrogem, verū vt li-
queat nolle me quippiā de eo cōfingere: quando
etiam quæ nota sint, silētio tradā. Cum ergo puer
forma esset honesta & liberali, robustus tamen
fuit ac continens, vir deinde factus, his fortitudi-
nem, sapientiam, iustitiāque adiunxit. Nec hoc
quidem mediocriter, sed ita egregiè: vt qui in im-
perio constituti tum erāt, huius virtutes & animi
g ene-
patu
pra
rū.
cred
Nec
ti p
ueri
libi
puta
fung
Qu
mer
mag
sine
ver
indi
L h
deci
plec
etia
in C
ingr
mul
tra
nec
peri
nor
fecit
neq
iusti
Sunt
saru
anim
ricul
quer

*Exuli
dix fidem
dum.*

generositate admirantes, nō parum suo principatu metuerent. Nam quē tali videbant ingenio præditum, eum non putabāt priuatam vitā dicturū. Rursūsq. ita eius moribus cōfidebāt, vt minus crederent, eum aduersus ipsos vnquā esse facturū. Nec eos spes fefellit. Quippe ita Deus eius bonitati prospexit, vt facillē sine noxa regiā sibi vēdicauerit dignit. tē. Cū enim quidā in ciuitate potēs, libidine damnandi correptus regem obrūcasset, putauit stante Euagora principatu se vix posse deungi. Proinde eū identidem perdendū curabat. Qui periculum fugiens, in Ciciiliā fecessit. Nec tamen vt alij extorres animo concidit, sed tantum magnanimitatis retinuit, vt nullo pacto censeret sine imperio sibi esse degendum. Ad tam grande verò facinus, opis aliquid implorare ab exulibus indignū duxit. Cōparatis sibi igitur haud plurib. l. hominibus aut imperio potiri, aut mortē obire decreuit. Cæterum quia socij isti summē eū complecterentur, & omnia facerēt vt ipse vellet: mox etiam hostibus se firmiorem iudicauit. Ita cum in Cyprum insulam descendisset, noctu urbem ingressus est, in regiāmque irrupit. In qua orto tumultu cū solus contra multos, & cū paucis contra omnes acriter pugnaret, nō sanē destitit, donec tyrannum & inimicos vltus, & ciuitatis imperio positus gentilibus suis patrios restituit honores. Qui si memorabile nihil aliud penitus effecisset, præter cætera quæ manifesta sunt, tamen neque regum, neque tyrannorum vllus vnquam iustius sibi regnum, aut honestius comparauit. Sunt enim qui Cyrū admirentur, quōd cum Persarum exercitu Medis imperium abstulerit. Hic animi præstantia fretus, in omnibus semper periculis victor euasit, qualia nec Cyrum subisse liquet. Et cū iustē omnia ac sanctē alter fecisset,

*Euagora
principa
tus ini
mum.*

*Euagora
sanctissimi
commen-
datur.*

*Euagora
lauder.*

inimicosq. perdidisset. Cyrus impia multa patrās,
etiā matris parentem sustulit. Quo fit vt si quis v-
triusque virtutem metiri velit, Euagorā profectō
maiore dignum laude censeat. Nā si (modō luor
absit) rectē iudicari libuerit, neminem regnū fan-
ctius fuisse assecutus p̄stebimur Itaq. si ex huma-
nis diuinisq. rebus regno antiquius est nihil, quā
cū Euagora comparandus est, qui tanta cū laude
regnū sibi cōparauit? Quis rhetor ergo, aut poeta
quis demū eloquij princeps, huius rebus gestis di-
gnā comperiet orationem? Nā cū primo natura
saperet, mentē deinde ad honestissima quæq. ac-
comodaret, nihil sibi inconsultō putabat esse fa-
ciendū. Dicebat enim optimē cōparatū esse, si be-
ne institutus animus regnū moderaretur: quoniam
qui summa diligentia cuncta proficerent, nunquā
pœnitentia afficerentur, propterea bene toleran-
do, prudentēq. agendo tanta maturitate actio-
nes dirigebat, & ita ciuium quēque animo com-
prehendebat, vt neq. iniqui neq. æqui cum late-
re possent. Proinde non ex aliorum delationibus
verū ex iis quæ sepius expenderat, prout delin-
quentium requirebat grauitas, vel plestendo vel
amplectendo iudicia exercuit. Cum igitur non
minus iuste quā piē publica gubernacula gere-
ret, illō se cōferentes aduenz, nihilominus ac ci-
ues ipsi obtemperarunt. Nec enim vnquam ali-
quem iniuria affecit, sed recto examine in delin-
quentes animaduertēs, probos beneficiis affecit.
Et cum nullius esset consilio egens omnibus rectē
consulebat. Ab amicis multis in rebus facilē se vin-
ci patiebatur: verū æqualiter inimicos supera-
bat. Reuerentiam autem non censorio supercilio
sed vitæ instituto, & morum maiestate assecutus
est. Et cū in re qualibet decorum seruaret, etiam
in promissis fidem nūquam sefellit. Præterea non
in qui-

*Fidei ser-
uanda stu-
dium Eu-
goras.*

in qu-
virtu-
quā-
sua-
min-
ptati-
ratic-
hono-
iam-
belli-
enur-
in ci-
sepli-
ita il-
rare-
form-
pien-
vtru-
dign-
enur-
tut-
neft-
rule-
etia-
hic p-
præl-
adi-
suler-
sibus-
omn-
Ath-
Et d-
stina-
& co-
& an-
fes m-

In quibus fortuna cū extulisset, sed in iis quæ sua virtute parasset, gloriari solitus est. Gratia sibi quàm plurimos demereri solebat, cæteros autem sua magnanimitate ad obsequium assuefecit. Nemini ob seuitiam formidabilis videbatur, voluptatibus ita non erat obsequens, quin appetitum ratione frænaret. Laboris verò patientissimus, & honesti ocij amantissimus. Rege nihil quidē quod iam in principio dignum esset, reliquit ex rebus bellicis, sed ex forensi gloria permultum. Quam enim accepit ciuitatē barbaris ritibus sædatā, eā in ciuilem redegit consuetudinem. Mœnib. urbem sepsit, & exadificato portu, structisque triremibus ita illam excoluit, vt a nulla Græcarū urbū superaretur, imò quibus contemptui semper fuerat, formidabilis aliquando videretur. Porrò tam sapienter omnia dimeticbatur, vt in ambiguo esset, verum iustius, an circumspectius imperaret. Quis dignam his ergo factis reperiret orationem? Eius enim & morum & sanctitatis non leuis esse potuit existimatio, eum Græcorum plurimi, tum honestate tum probitate insignes, in Cyprum se cōrulerint, vt non solum eius consuetudine, sed etiam vt ipsius iusto imperio vterentur. Vnum hic pro multis referam. Conon, qui suæ virtutis præstantia Græcis aliquando præfuit, Euagoram adire, & in suæ ciuitatis calamitatibus eum consulere non erabit. Quod non solum Atheniensibus optimè tum conduxit, verum etiam Græcis omnibus sæpe postea. Nam iisdem temporibus Athenienses Lacedæmoniorū imperio parebant. Et dū superbia elati, etiam Asiam sibi animo destinassent, Euagoras & Conon ita regis ducib. spe & consilia profuere, vt debellatis Lacedæmoniis, & amisso imperio Græci libertatē, & Athenienses maiorem veteris gloriæ partem, Conone duce

*Euagora
virtus.*

Conon.

scilicet, ac Euagora suffragante, recuperauerint. Quare Athenienses tanti beneficij non immemores, ambobus statuas erexere. Paulo autem post, Cyrus qui superiori bello Euagoræ ingenium atque animi præcellentiam perpenderat, eum tanquam insuperabilem fortunatumque formidabat. Quare coacta classe in Cyprum irrupit. Euagoras autem quantumvis viribus esset inferior, ita tamen prædètia astuque profecit, ut in his admirabilior quam in cæteris visus sit. Nam dum in pace degeret, sua erat ciuitate contentus: simul ac bellare coactus est, parum abfuit quin vniuersa Cypro potiretur. Phœniciam quoque depopulatus, Syrum inuasit, & Ciliciam fecit ab rege desciscere. Quid multis adeo Perias bello defatigauit: ut dum suas deplorarent calamitates, virtutis illius plerumque meminissent. Et licet triennio Lacedæmones rerum iam potitos attriuerit, tamen omnium illud maximum fuit, cum sociis L. Salaminam nouam occupasse, quàm Artaxerxes tantis copiis subiicere prius non poterat. Sed quo pacto Euagoræ præstantia emicuisset, nisi mille se obiecisset periculis? Quod si rerum scriptores, qui vna pro capta ciuitate Græciæ, heroes quosdam tot laudibus extulerunt, suo hunc præconio honestarent, longè clarior omnibus illis appareret. Nam cum vni duntaxat dominaretur ciuitati, cum vniuersa Asia bellum gerere non formidauit. Etsi veritati volumen inniti, quis tot varios casus, quis tot pertulit discrimina rerum? quis ex priuato tam se sanctè tyrannum effecit, aut genus suum sede expulsus, tam strenuè fortiterque in decus gloriamque restituit? Præter hunc quis barbaram, imbellem, & ingloriam ciuitatem nactus, ciuilem, pugnacem, gloriosamque effecit? Hic summi regis iniurias ita vltus est, ut illius memoriam belli nunquam

*Euagora
res gesta.*

nunquam tacitura sit ætas. In pugna circa Cnydium commissa, adeo cæteris ducibus præstitit, ut omnium consensu peracto certamine, totius Asiæ dominus constitueretur. Et ut paucis absolvam, Lacedæmonios antea de Asiæ imperio decertantes, circa proprium solum periclitari coegit. Græcis restituit libertatem, atque ita Athenienses viribus exauxit, ut his quorū ipsi parebant imperio, brevis superiores evaserint. Quo fit, ut si diligenter expendamus & belli molem, & adversus Lacedæmones apparatus, item postremum hoc bellum, necnon regni adoptionem, tum etiam tantam rerum dispositionem profecto hæsitandum sit, quodnam ex his maximum fuerit. Unde si propter virtutē aliquis unquam immortalitate donatus est, hoc tanto munere Euagoram dignum esse censeamus. Et cum semideorum multi fuerint cal miratibus affecti, hic à principio nedum mirabilis, verum etiā beatissimus semper extitit. Nā cum tāto ortus esset genere, dignus eo suis successibus ad extremū permansit, tot tantisque & corporis & animi virtutibus excellens. Demum in hoc ætissima senectute haud fuit morborum expers, quos ea solet ætas ferre. Quare naturæ concedens, multos reliquit filios, cum claris nominibus, tum plurimis etiam præditos virtutibus, quorū hunc imperatorē, illum regem, illas identidem reginas compellare consueverat. Ergo si à poetis quispiam est præconio celebrandus, hic aut inter immortales seu diuos aut diuis genitos collocandus videtur.



Pomponius Atticus.

*Pomponij
genus.*

POMPONIUM Atticum vltima Ro-
manum stirpis origine generatum
esse, equestrémq; à maioribus acceptâ
dignitatē perpetuo obtinuisse con-
stat. is à perditute patre doctrinis
omnibus eruditus, etiam dulci spiritu percepta
pronunciabat. Ex quo inter æquales nobiles ma-
ximè habebatur quàm adeo eum æquo ferebant
animo, vt eius studio plurimum incitarentur. In
quorum numero cum L. Torquatus, C. Marius, M.
Cic. essent, ita eius consuetudine deuincti sunt, vt
chariorem habuerint neminem. Patre decedente,
& vrbe Cinnanis Syllanisq; factionibus flu-
ctuante, ipse adolescens adhuc, ne alterutram
offenderet partem, Athenas se contulit, vbi licet
philosophiæ tantum incumberet, maiorem ta-
men fortunarum partem eò deuexit, & is Marij
adulescentis hostis iudicati fugam magno opere
subleuauit. In tantam verò creuit apud Athenien-
ses gratiam, cum propter liberalitatem, tum pro-
pter vitæ honestatem, vt omnibus fuerit æquè
charissimus. Nam suis ipse multoties facultatibus
publicæ suppeditauit inopiæ, vsuram non acci-
piens, nec debitum efflagitans. Maiore est etiam
aliquando munificentia vsus. Quippè singulis è
populo septem tritici medimnas largitus est tam
humaniter, vt cum inter primores præcij uis es-
set, vel infimis par videretur. Quamobrem Ahe-
nieoscs publicis eum honoribus exornassent, nisi
Romanam se ciuitatem amissurum alia adscita
dixisset. Vnde nec passus aliquam sibi ponere
statuam,

*Pomponij
muni-
ficentia.*

tiam
tiam
uolu
con
Po m
minu
prop
ille.
quib
itaqu
quæ
tico
mnia
ta o
aut l
cis a
mai
cero
feste
quæ
è effi
cuti
lius
rita
con
rem
fin
Cic
xit,
val
ver
fere
bit
inst
stan
qu

tuam, eo licet absente posita fuerit. Romanus, etiam populus in omni eius procuratione beneuolus se prebuit. Sylla uero Athenas ex Asia concedens, quandiu ibi moram traxit, semper Pomponium secum habere uoluit. Et quia non minus graecam quam latinam callebat linguam, propterea ipsum penes se retinere cupiebat. Cui ille. Ne me, oro, inquit, illis aduersari facias, cum quibus ne in te consergerem, Italia excessi. Illinc itaque digrediens Sylla, collaudato adolescente, quae unque tum Athenis acceperat munera, Attico deferri iussit. Caeteram ipse semper ante omnia diligentis instar patrisfamilias rei domesticae operam dedit, quod reliquum erat temporis, aut bonis artibus, aut Atheniensium reip. aut amicis attribuit. Eorum enim comitiis, & si qua res maior agebatur, libenter interdum intererat. Ciceroni etiam ex patria fugienti CC. & XL. M. sestertium dono dedit. Compositis itaque aliquando in urbe rebus, eo remigrauit: cuius discessum tanto dolore palam Athenienses persecuti sunt, ut mirum omnibus videretur. *Qu.* Cecilius eques Ro. Attico erat auunculus: cuius asperitatem cum nemo ferre possit, hic summa cum comitate ad vltimum usque pertulit. *Quamobrem* ab eo adoptatus, haeresque institutus, bona simul defuncti consequutus est. Attici soror *Qu.* Ciceroni nupta erat: cum quo ita Pomponius vixit, ut facile ostenderet plus in amicitia morum valere similitudinem, quam affinitatem. In rep. versabatur, ut ciuilibus dissentionibus se non infereret. In tam effusis autem largitionibus & ambitus corruptelis, ceu contra leges & maiorum instituta, honores non petiit. Ad publicam hastam accessit nunquam, neque criminatus est quemquam. Delatas aliquando a consulibus praeturas sic

Cice. fugiens muros offert.

Q. Cecilius asperitas.

Pōp. Attici infignis prudentia.

gessit, vt ipsum honorem non fructum recepisse videretur. Sexagenarius erat Atticus ciuili oriente bello inter Casarem Pompeiumque. Per quod ætatis uocatione, neutri adhaesit. Quinimo domi quietescens, utriusque gratificatus est: adeo vt victore Casare, sororis filium & Qu. Ciceronem è Pompeij castris apud illum seruauerit. Interempto postea Casare, M. Brutus eo familiariter usus est, & non solum suorum consiliorum participem, sed etiam omnium rerum fecit. Cum autem Antonius cœpisset esse superior, & Brutus cū Cassio sortitis prouinciis quasi in exilium proficiscerentur, Atticus, Bruto Italia cedere, se tertium ceteris M. dono misit, in Agyptoque trecenta eidem dari iussit. Post Mutinense bellum, Antonio hoste iudicato, cum Fulua vxor, & omnes Antonij familiares persecutionibus & periculis afflictarerentur, omnibus quibus potuit officiis eos persecutus est: & ita P. Volumnium illius amicum adiuit, vt vel à patre maius nihil expectaret. Fuluae etiã multis in litibus versanti, semper opulatus est, præ, spōsorque rerum omnium ei fuit: pecuniãsq; dum laboraret, sine fœnore ac stipulatione credidit. Arbitrabatur enim maximum se fructum capere, quoties cōmodo alicui ornamentūq; esset, quandoquidem nō fortunæ, sed tempore seruire ciuem oporteret. Cum verò Antonius in Italiam rediens Octauiano se reconciliaasset, oēs Attico malè omnabatur, quod Bruti Ciceronisq; esset amantiſſimus. Ipse simul id metuens, apud Volumnium delituit. Antonius autem tametsi ad proſcriptionem iam deuenisset, & Ciceroni eiusque amicis maximè esset inſensus, non tamen Attici beneficiorum immemor fuit: sed exarato chirographo, ne timeret iussit. Atticus igitur ex formidine in spem & lætitiã excitatus, iterum omnibus usui esse

esse studuit. Post Philippense præliū, ac M. Bruti & Cassij interitum, L. Iulio, eiusque filio, ac Aulo Torquato, cæterisque pari fortuna perculsis, nusquam defuit. Verum illis è Cypro in Samothraciam vsque necessaria supportari iussit. Omnia quidem prosequi difficillimum est: eius virtutem sat est ex his rebus posse censerī, cum etiam potentissimus, neminem vltus sit, sed potius miseris adiumento fuerit. Seruiliam Bruti matrem post filij mortem longè magis excoluit. Cæterum ita neminem iniuria afficiens, à quibus sibi illa inferebatur, nihilominus leniter indulgebat. Ab omni pecuniarum libidine prorsus abhorruit, duntaxat in amicorū necessitatibus aliquid haberet, quod in ipsa quidem proscriptione liquidò paruit. Quippe cum à triumuiris L. Sapphei equitis Rom. tum ætate, tum studiis conuictissimi prædici venirent, sua Atticus industria affecit, & liberalitate, vt eodem nuncio ea amissa & sibi restituta esse intelligeret. L. Iulium deinde, callidum virum, sed bonum, & bonis artibus eruditum, nescientem è proscriptorum numero sic eripuit, vt non minus absentes quàm præsentēs amicos fouere videretur. Porro tamen si pecuniis affatim abundaret, non tamen profusior fuit, aut edificator nimius. Habitabat enim in Quirinali valle, domum ab auunculo relictam sibi, in qua nihil nisi verustate collapsam instaurauit. Familiam habuit, quam literatissimi pueri, anagnostæ optimi, plurimisque librarii compleuerunt: vt ne vnus quidem illiberalis seruus in ea esset, cæteri artifices apprimè boni. Et cum domi ipsius nati fuerint, facillè continentiam & diligentiam obseruauerunt. In victu elegans magis quàm magnificus, & splendidus potius quàm sumptuosus videbatur: mūditiā verò suā, diligentiam, nō affluētia

Illiberales serui non admissi à Pomp. Attico.

prosequebatur. Et quantum Romanus esset eques, non amplius tamen, quam tria (ut ex Ephemeride liquet) aris millia in singulos menses expendere consueverat. Excipiebat sapiens omnium ordinum homines conuiuio, nec sine disputatione aut lectione erat cœna, ut non minus animo quam ventre oblectarentur. Inde cum magna ipsi facta pecuniarum fuisset accessio, non propterea cultum auxit, seu vitæ consuetudinem mutauit. Nullam habuit sumptuosam in Italia villam, præter Numentanum atque Aretinum agrum. Sed ex urbanis maximè possessionibus pecuniarum illi proventus extabant. Comis erat non sine seueritate, nec sine grauitate facilis. Quæ ab ipso petebatur, omnia non promittebat: quod leuissimi hominis vitium esse putaret, ea polliceri quæ præstare non posset. Quanta eum Cicero fuerit beneuolentia prosequutus, facile Epistolarum volumine declarat, quas ipsi semper à Consulatū ad extremum usque eius vitæ misit. De eius autem pietate, ex multis hoc vnum narrari præcipuè debet, quod cum matre nonagenaria (ut ipse in funere retulit) nunquam rediit in gratiam. Cum sorore nunquam habuit dissidium: sicque tanta in suos fuit indulgentia, ut quos amaret, eosdè obiurgare non posset: idque non solum natura, sed etià ex doctrina faciebat. Quippe cū philosophiæ operam dedisset, eius præceptis ad vitam degendam, non ad ostentationem uti voluit. Antiquitatis maximus erat perscrutator, & illustrissima quæque in quodam volumine copiosè congeffit. Nonnullorum item clarorum hominum origines progeniesque descripsit, quibus nihil potest esse iucundius, his qui harum rerum cognitione afficiuntur. Nec musicæ expertus fuit suauitatis: quippe quaternis versibus, singulorum ex Romanis Illustrium virorum

*Moderata
Pompeij
vici.*

*Pomp.
pietas in
suos.*

roru
hen
dun
vn
esse
uen
prin
cip
Nar
fice
bat
qua
taa
int
tiu
sur
&
gra
ha
cū
op
ce
In
(v
di
de
t

rerum gesta, honores, magistratusque comprehendit. Quod vix credibile videretur, nisi perfectum esset. De Ciceronis etiam consulatu librum vnum, sed Græcè, composuit. Hic licet equestri esset contentus ordine, tamè in affinitatem peruenit imperatoris Octauij, cui vitæ elegantia imprimis charus erat, quòd ea cæteros Romæ principes anteiret: à M. Antonio pariter cultus est. Nam quicquid illi tum negotij erat, vel quicquid facere constituerat, id Attico codicillis significabat. Qualis verò viri fuerit prudètia, inde patet: quandoquidem sine omni suspitione & iniuria, tantorum hominum beneuolentia frui potuit, inter quos certamen erat non solum vrbs potitiunda, verumetiam terrarum orbis imperij vsurpandi. Cùm autem annos esset Atticus VII. & IX. natus, non magis hoc ipso tempore, quàm gratia, authoritate & fortuna creuit. Nam multas hæreditates sua adeptus est bonitate. Postremò cùm in morbum incidisset, tanta dolorum vi oppressus est, vt biduum à cibo, propter accedentem simul violentam febrim abstinuerit. Inde diem obiit. Mortuus igitur sine pompa (vt iusserat) optimis viris, & vulgi frequentia leuiculam comitante, via Appia ad quintum lapidem in Quinti Cecilij auunculi sui monumento tumulatus est.

*Atticus
sine pōpa
tumula-
tus.*



Philippus Macedo.

PHILIPPVS. Amyntæ filius, & Alexandri, qui Persas deuicit, pater, Olympiade C v. ad Macedoniz regnum illo peruenit modo. Quum pridem eius pater Amyntas Illyriis, qui cum debellauerant, stipendium pendere, & obsidem Philippum, cæteris filiis iuniorẽ, dare coactus esset, illi adolescentulum Thebas custodiendum miserunt. Ciuitas autem eam curam Epaminondæ patri demandauit, in cuius domo erat filij præceptor Pythagoricus, sub quo Philippus non parum profecit. Amynta autem mortuo, Alexander filius maior natu quum regnũ suscepisset, à Ptolemæo Ægypti sceptro & uita spoliatus est Ptolemæus à Perdicca paulò post interfectus, & Perdicca ab Illyriis prælio victus, captus est & ad summam redactus miseriam. Interim Philippus frater de custodia elapsus regni habenas apprehendit & Macedones variis cladibus attritos animi sui quadam præsentia erectos, paulatim reddidit audentiores. Conuersusque ad disciplinæ militaris emendationem, curauit ut decentibus armis milites instructi essent, & artibus bellicis exercerentur. Deinde excogitato ad fortiter pugnandum ordine illo, qui ab eo tempore Phalangis Macedonicæ nomen obtinuit, ut Athenienses sibi amicos redderet, Amphipolim urbem lubens illis liberam reliquit: Cum Æoniis pacem iniit, Argæum aduersarium prælio uicit & fugauit, Crenidâsque urbem à Thasiscultam Philippopolim appellari, quod eam instaurasset,

tasset, voluit. Vauò post Athenas, missis legatis
 pace ab eo populo impetrata Pæonas aggressus
 vi aperta sub Macedonum iugum redegit supera-
 tos. Reliqui erant Illyrij, ad quos expugnandos
 miro studio ferebatur. Horum regionem cum
 sexcentis equitibus, pedumque millibus decem
 ingressus, acie disposita & pralio commisso, tan-
 dem Illyrij multis absumptis sibi contulie-
 runt, petitisque prius vrbeis Philippo per lega-
 tos dedentes obtinere pacem. Post hæc cum
 Amphipolitani malignè se gererent in Philip-
 pum, ac pluribus modis eum irritarent, parato in
 sto exercitu eos inuasit, & inductis ad incenia ma-
 chinis, acri continuâque oppugnatione eos pre-
 mens, muri partem deiecit, irrumpensque in vr-
 bem, ea potitus est: ciues autem humanissimè ha-
 buit, præter paucos quos sibi aduersos multauit
 exilio. Porro, vròs illa ex Thraciæ aliorumque
 locorum propinquitate multum contulit ad in-
 crementa Philippi. Subitò etenim ab illa Pydnâ
 occupauit, & Olynthis ad obtinendam Potideâ,
 quam auidè cupiebât, tulit auxilia. Olynthiorum
 verò ciuitas & pœrentia & hominum numero
 plurimum valebat ad bellica negotia perficien-
 da, quæque aduersante multum laboris subeun-
 dum esset ei qui imperij sui limites extendere
 vellet. Quapropter mutua quadam æmulatione
 & Philippus & Athenienses tenebantur, vtri ipso-
 rum illa se adiungeret. Sed enim Philippus Poti-
 deam expugnans, Atheniensem præsidium illinc
 depulit, deuictosque clementer admodum Athe-
 nas remisit saluos ac incolumes Olynthis etiam
 Tydnam urbem prius à se captam, & ei finitima,
 quæ possidebat donauit. Quumq; in Philippo po-
 leos tractu essent aurifodinæ, sed tenues, nec be-
 ne exploratæ, eas Philippus magnâ cura tales ef-

fecit ut annua ei redirent amplius mille auri talenta. Unde magnis opibus breui cumulatis, Macedonia regnum valde auxit, cum pecunia coeptis omnibus negotiis sufficerent. Tunc numos aureos, Philippi nomine cudi instituit. Mulcorum qui stipendia facerent certum & validum sibi delegit numerum, & in Græciæ ciuitatibus, non paucos tum oratores, tum politicos viros aureis Philippicis corruptos ad patriam prodatione allexit. Tunc sociali bello Græcia vexabatur quod cum tres annos durasset, tandem Atheniensium prudentia sopitum est. Sed enim prope Macedonia, Illyrici, Pæoniæ, & Thraciæ reges, cum Philippi potentiam, in dies crescentem, suspectam haberent, consilia de eo coniunctis viribus, opprimendo inierunt. Verum Philippus imparatos ad huc, dum copias cogunt, de improviso adortus, superat, compellitque in ius Macedonum. Hæc intra septennij spatium gesta fuere. Dum autem inter Phocenses, Bæotios, Locenses & quamplures alios bellum nouennale, quod sacrum dictum est, gereretur, non sine totius Græciæ maximis incommodis, Philippus Methonem urbem expugnauit, direptamque euertit. Pagas etiam intereipiens suo adiecit imperio. Post Methonis expugnationem, in qua alterum oculum sagitta confixum amisit, Philippus à Thessalis in auxilium vocatus, copias suas in Thessaliam duxit: statimque Lycophronem tyrannum adortus est, qui cum Phocensium exercitum 7000. militum subsidio obtinisset, ad pugnam ventum est, in qua Philippus vicit Phocensis, eosque de Thessalia expulit. Inde in Macedonia discedens, propter Onomarchi Phocensis victorias ad Thessalos redire coactus, magno pralio sex hostium millibus de pocularis, tribus millibus in captiuitatem ductis, paucis marchum cruci affigi, multos alios, & ceterumque omnes amplissimis, effecit ut quam

dem
liber
busq
pyl
Ath
sclon
res d
Ath
res c
dign
statu
in A
inte
exer
cem
ter
ras
tyr
Oly
nan
citi
Co
cap
Op
cap
gn
li l
nia
tis
qu
ali
tan
ne
ciebar
ret cum
liis com

demergi iussit. Thessalos dein à tyrannidis iugo liberauit, concessa Pheræorum vrbi libertate, rebusque aliis Thesaliæ compositis ad Thermopylas cōtendit, vt Phocenses Lacedæmoniorum, Atheniensium, Achæorum, & quorundam Thessalorum subsidiis mirum in modum superbientes debellaret. Sed transitam ei intercipientibus Atheniensibus, in Macedoniam reuersus, pacis artes coluit, præclarisque factis & dictis principe dignam prudentiam, clementiam & iustitiam testatus est. Porro dum Artaxerxes Ochus ex Asia in Ægyptum arma intulisset, & Græciæ ciuitates inter spem metumque fluctuarent, Philippus cū exercitu Chalcidis vrbes inuadens Geram arcem vi expugnatam diruit, iniectioneque inde aliis terrore, aliquot oppida manus dare coegit. Phæras postmodum Thesalicas profectus, Pytholaū tyrannum inde expulit. Ad initium autem c. vii. Olympiadis, summo studio intentus vt Micybernam & Toronem Helle Ponti vrbes occuparet, extra periculum per prodicionem eas obtinuit. Conuersus deinde totis viribus ad eius regionis caput Olynthum, initio velitationibus quibusdā Oppidanos fugatos intra muros vrbis compulit, captaque obsidione dum subinde tentat expugnationem, multo milite ex suis desiderato, peli leoninæ (vt aiunt) vulpinam assuit. Nam pecunia corruptos Læsthenem & Euthycratem ciuitatis primarios, induxit vti eam sibi proderent: quam captam diripuit, oppidanosq; omnes cum alia præda vendidit. Hoc pacto, pecuniam multam ad belli usum consecutus, ceteras vrbes sibi

noceat eos perterruit. Datis autem muneribus
 in ceptis inueniunt militum, qui strenuè pugnaue-
 ciebat: retulit, quæ opunia missa sibi conciliauit eos
 ret cum v' idis. Letus ig ebant, adeo vt multos ad pa-
 liis commissis, scem

tria prodicionem pelliceret. Nec spe id diffi-
 mulabat, se magis auri copia quam armis auxil-
 se imperium: immo ceu de rebus præclare gestis
 palam gloriabatur. thenienses tantam potentiã
 veriti, tum arca iis confiliis & arcibus, tum aperto
 Marte cum Philippo bellum gere e ceperunt, ad
 quod & totius Græciæ defensionem à Demo-
 sthene oratorum Græcorum principe accēdeban-
 tur. At minime reprimi potuit infusus ille numo-
 rum Philippeorum amor vanaque libido quæ
 plecosque occupauerat, vt aras & focos patrios
 Philippo proderent. Tam altè pestis illa in Græ-
 corum animos penetrauerat. deirco aiunt Phi-
 lippum cum vrbe quadam munitissima potiri co-
 narentur, ac eius quidam incolæ contra omnem
 impetum tutissimum, ac fermè inexpugnabilem
 eam esse affirmaret, quæsiuissè, Num etiam auro
 onustus asellus eius vrbs mœnia transcendere
 posset? Nimirum erat expertus quæ armis doma-
 ri non possint auro facillimè posse expugnari.
 Comparans igitur largitione in vrribus prodito-
 res, eosque qui tantum scelus in se admitte-
 bant honestis nominibus nunc amicos, nunc ho-
 spites appellitans: per eiusmodi munerum verbo-
 rumque commercia mores hominum maximè
 corrumpebat. Ab Olynthi verò expugnatione, in
 deorum honorem pro rebus tam prospere gestis
 Olympia celebraturus, splendidissima peregit sa-
 crificia: & conuocata ingenti hominum multitu-
 dine certamina pulcherrima edidit: multosque
 hospites qui spectatum conuenerant, regali exce-
 pit conuiuiò. ubi colloquiis & inuitatione loco
 temporisque accommodata vsus, multis co-
 manu sua porrigebat ab se præstata: non pocula
 munera est largitus. In vniuersa ductis, a paucis
 promissionibus prosequutus aros
 ierisumque omnes
 mplissimis, effecit
 vt: quàm

vt quã
 petero
 dibus
 pi au
 da ma
 lum p
 omni
 attrit
 uenn.
 cum p
 g oru
 rant.
 tis do
 tis m
 ra res
 cum
 raco
 bello
 lio p
 susre
 rum
 tis v
 est l
 rant
 sis,
 uinx
 ter t
 eue
 cino
 nien
 Gra
 adu
 u
 nec
 ciebat
 ret cum v
 liis comm

vt quàm plurimam amicitiam suam suidissimè ex-
 peteret. Accidit deinde vt Bœotij, belli sacri cla-
 dibus variis debilitati, aduersus Phocenses Philip-
 pi auxilium implorarent. Ille impiger cum vali-
 da manu Phocentium ducem Phalæcum ad præ-
 lium prouocans, hostes dissipauit, & Phocenses
 omni spe destitutos, in uenerisque calamitatibus
 attritos in clientelam suam recepit. Bello hoc no-
 uennali confecto, in Amphictyonum collegium
 cum posteris conuocatus est, cum duorum suffra-
 gorum iure, quæ debellati Phocenses habue-
 rant. Cæterum rebus omnibus placidè composi-
 tis domum reuersus est, pietatis & bellicæ virtu-
 tis magna sibi comparata gloria. Sed longè maio-
 ra res suas augendi instrumenta inde nactus est,
 cum toto animo id moliretur, vt à Græcia impe-
 rator nominatus, per eam occasionem in Persas
 bellum moueret, quod tandem ab Alexandro fi-
 lio peractum est. Nec interim in Macedonia ocio-
 sus remansit, sed cum valido exercitu in Illyrio-
 rum regionem irrumpens, agris vastatis & mul-
 tis urbibus expugnatis in Macedoniam reuersus
 est. Postmodum in Thessaliam contendens, ty-
 rannis aliquot, qui ciuitates opprimebant expul-
 sis, magna beneuolentia Thessalos omnes sibi de-
 uinxit: ex eorum societate sperans Græcos pari-
 ter in amicitiam suam tradendum iri. quod sanè
 euenit. Conterminamque Thessaliam Græci, vi-
 cinorum factum sequuti, fœdus cum Philippo in-
 nierunt. Ille verò vt ad idem fœdus pertraheret
 Græcas Thraciæ ciuitates, expeditio nem sumpsit
 aduersus Thersobleptem Thraciæ regem, qui con-
 iunctis vicinis Hellepontis gentes affi-
 niceps et igitur Barbarorum impetum reprimere-
 ciebat. In retulit, et opus eos aggressus, aliquot præ-
 ter cum uictis, etus igitur victor, debellatos eò rede-
 lliis commissis, scun

git, ut decimas regi Macedoniæ exoluerent. In locis autem opportunis ad coercendam Thracum audaciam oppida bene munita construxit. Tunc ciuitates Græcæ à Barbarorum iugo liberatae, promptissimis animis cum Philippo fœdus iurauerunt. Quoniam verò vrbs Perinthus, quæ sibi infensa, partes Atheniensium tuebatur, obsidione eam cinxit, vnde multiplex ortum est bellum: at Philippus viribus impar tandem cum Atheniensibus & aliis Græcis sibi aduersantibus fœdus percussit, quod irritum paulò post redditum est: vehementer enim rei illi studebat Philippus, ut Athenienses clade aliqua deprimeret, & ita nullo repugnante totius Græciæ Princeps diceretur. Propterea ex insidiis Elatea occupata omnes suas copias illuc euocauit, bellum contra Athenienses moturus. Sperabat autem certissimam victoriam se consequiturum, quod illos ob fœdus percussum imparatos offensurus esset. Idque planè contigit: capta siquidem Elatea, tanto pauore consternati sunt Athenienses, ut de salute sua ferrè desperarent, nisi Demosthenes opportunè suggestum conscendens, sapienti consilio & Bœotiorum auxilio festinanter accersito, malum imminens auertisset. Inde sequutum memorabile illud ad Chazoneam prælium, in quo Athenienses mille cæsi & duo mille capti sunt. Bœotiorum pariter multi interempti, nec pauciores in captiuitatem pertracti. Pugna finita, Philippus peractis quæ victorem decebant, genio ita indulgit, ut post liberalem potationem, multo mero repletus, cum amicis ridiculam saltationem intraret, atque ita per mediam captiuorum progressus victis illis calamitatem rescuit, cum exprobrare contumeliosius videretur, Macedones qui inter captiuos erat

ad regis petulantiam

tiam
mum
tuna
non
ta
dicaci
se fer
habit
ster l
libert
melle
redēp
illos
popu
socie
præsi
ti ill
piad
con
tis
uent
Perf
anim
com
con
tus,
lige
Att
Asia
libe
de b
bigi
E
An
gen
fom

tiam retundendam dixerim accommodatissimum proferre ausus est. O rex, inquit, quum fortuna Agamemnonis personam tibi imposuerit, nonne opprobrium tibi æternum inuris Therstæ actiones referens? Tempestiua illa Demadis dicacitate pulsatus Philippus adeo sese immutasse fertur, ut totum priorem animi corporisque habitum reliquerit, virum autem qui tam audacter loqui veritus non fuerat multum admiratus libertati restituit, honorificæque excepit. Tandem illo Attico mitigatus, captivos omnes citra redẽptionis pretium dimisit, prorsusque inflatos illos ex victoria spiritus deponens, legatos misit ad populum Atheniensem, per quos cum ea Repub. societatem inuit & amicitiam. Thebis etiam cum præsidium imposuisset, eo deducto, pacẽ & genti illi concessit. Postea verò, & circa finem Olympiadis ex ciuitatibus denunciauit cupere se de communi omnium commodo quædam in Comitibus totius Græciæ proferre. Itaque Corinthi conuentus habitus est, in quo multa de bello contra Persas loquutus, spemque bonam eius rei faciens, animos eorum qui conuenerant ad negotium comprobandum induxit. Nouissimæque omnium consensu Imperator & totius belli dux salutatus, tanto operi conficiendo manus & oculos diligenter admouit: & in Macedoniam reuersus, Attalum & Parmenionem cum validis copiis in Asiam præmisit, eis demandata vrbiur Græcarum liberatione. Ipse autẽ à Diis incipiens, Pythiam de belli euentu consuluit. Apollo suo more ambigùe loquens respondit ex tripode,

Ecce coronatum est qui taurum mactet ad aras.

Anceps hoc dictum Philippus ad Persarum regem retulit, quem victimæ instar mactatum iri fomniabat. Letus igitur, ampla sacrificia in Deo-

rum honorem peregit, & Cleopatram Olympiadis vxoris filiam, Alexandro Epirotarum regi desponsatam, nuptias celebrare instituit, in quibus inuitatis Græciæ primoribus regio luxu omnia defluebant. Ipse autem tanquam vnus ex diis maiorum gentium, cum duodecim eorum simulachris aureis artificio quodam in-theatrum aduectis, Philippi signum diuino habitu etiam gestatum est. Pleno autem theatro ipse candida veste pretiosissima amictus prodiit, spiculatoribus suis, vt se iunctim & longè abs se venirent, admonitis. Hoc enim factum significabat omnibus, Græcorum communi beneuolentia sibi munito, non opus esse corporis armata custodia. Tanto eminentem fastigio, ab omnibusque beatissimum iudicatum, præter omnium opinionem, nullis prius apparentibus indiciis, insidiarum conatus simulque ipsa mors oppressit. Pausanias quidam, genere Macedo, allectus inter eos, quibus regis corporis tuendi cura incumberebat, Philippo valde charus erat ob formæ elegantiam. Hic cum alterum Pausaniæ sibi cognominem à rege amari animaduertisset, probrosis conuiciis eum grauius est insectatus, ancipitis sexus hominem appellans: quod masculorum libidini sese exponeret. Id contumeliosa maledicta iniquissimo ferens animo, rem pro tempore silentio continuit. Attalus autem vni ex amicis quid deinceps esset faciendum cum indicasset, vltro, & miro modo vita se abdicauit. Post paucos enim dies Philippo prælium contra Illyricos inente, hic ante suum regem consistens, quæcumque in eum tela mitterentur, suo corpore excipiens, fato ita functus est. Qua morte audita, Attalus, apud regem gratia & autoritate valens, consilio dissimulato, Pausaniam inuitauit ad conuiuium. Ibi mero multo eum oneratum, mulionibus,

bus,
sunt.
ini
detu
rei t
Iri
bello
tur,
nian
loco
raui
tant
vici
atque
re a
port
lico
lipp
vt
pro
eum
mor
para
ge e
pus
sequ
faci
vite
diss
Per
run
tem
imp
se
sup

bus, qui per cōtumeliam corpus stuprarēt, expo-
 suit. Cum ex ebrietate conualuisset ille, illatam
 iniuriam ægerrimè ferens, Attalum apud regem
 detulit, qui multum quidem commotus est ob
 rei turpitudinem, sed Attalo, tum propter fami-
 liaritatē, tum ob affinitatē, & quod eius opera in
 bello aduersus Persas promouendo tunc vte-
 tur, vt noceret, induci haud potuit: sed vt Pausa-
 niam placeret, muneribus ingentibus ditatum,
 loco insuper honestiori inter spiculatores hono-
 rauit. At ille, ira implacabili percitus, decreuit nō
 tantum de Attalo, verum etiā de Philippo, quod
 vlcisci tantam iniuriam noluisset, sumere pœnas:
 atque in ipsis certaminibus Philippum interfice-
 re animo constituit. Dispositis equis ad vrbis
 portas, ad theatri aditum se recepit, cum Gal-
 lico pugione, quem occultum tenebat. Ibi Phi-
 lippum amicos, qui ponē sequebantur, inuitatē
 vt in theatrum progredierentur, spiculatoribus
 procul amotis, quum solum relictum videret, ad
 eum festinans, ac per latera ictum infligens,
 mortuū eū prostrauit: ad portāsque vbi fugæ equi
 parati erant properè contendit. Qui verò pro re-
 ge excubare soliti erant, partim ad regium cor-
 pus accurrunt, partim se ad regis percussorem in
 sequendum effundunt. Sed Pausanias praegressus,
 facile insequentes euasisset, nisi inter currendum,
 vite quidam ad calceum hærente retentus deci-
 didisset. Ibi eum de terra surgere conantem, qui
 Perdiccam comitabantur, inuadentes confode-
 runt. Philippus itaque, regum omnium qui suo
 tempore in Europa vixerunt, maximus, & qui ob
 imperij sui amplitudinem duodecim diis parem
 se adnumerare ausus est, quum annos quatuor
 supra viginti regnasset talem vitæ exitum habuit.



SICILIAE PRIN-
cipes priores.

TRES } Gelo.
 } Hiero.
 } Dionysius.
G E L O.

G E L O Dinomenis filius principatum apud Syracusanos primus tenuit. Huius maiores ex Lyndo Rhodiorum oppido oriundi erant. Quum Lyndij Gelam Colonias seducturi in Siciliam proficisceretur, hi tum quidem domi manserant: ceterum haud longo post tempore suos in Siciliam subsequuti, Mactorium oppidum Gelae vicinum incoluerunt. Accidit autem ut Gelensibus seditione laborantibus, quidam e civibus ab aduersa factione pulsi ad Mactorianos tanquam consanguineos suos confugerent: quos Telines Sacerdos humaniter acceptos, sola religione nullis armis fretus, in patriam reduxit. Ex hoc Teline longa maiorum serie ortus Oecetor Dinomenem filium habuit. Huic quatuor fuere filij, Gelo, Hiero, Polyzelis & Thrasylulus: e quibus Gelo natus maximus, quam in Hippocratis quatum Gelsensium principatu potiebarur, familiaritatem se insinuasset, breui ob virtutem praefectus equitum ab Hippocrate creatus, Zancleas, Callipoli-

polit
lauit
gna
eto
rzon
nix
com
dein
elici
min
ditu
Hin
qua
elat
dro
pat
cab
na v
nor
rac
H.
eto
se J
lit,
cla
qu
ess
tut
ca
spe
da
fed
ip
ip
se
of

politanos, Naxios, Leontinosque adortus, debel-
 lauit. Ab his & Syracusanos aggressus, eosdē pu-
 gna ad Florim fluium prosperē commissa, vi-
 ctos oppressisset, nisi ad Corinthiorum & Corcy-
 rorum opes confugissent: quorum auxilium sub-
 nixi pacem cum Hippocrate iis conditionibus
 composuerunt, vt tradita Camarina vrbe, liberi
 deinceps à bello essent. Hippocrates pace iis con-
 ditionibus Syracusanis concessa, dum ad Hyblam
 minorem Siculis bellum infert, in prælio occi-
 ditur, Euclide & Cleandro liberis superstitibus.
 Hinc Gelo, nomine tutorio Gela præfectus, post-
 quam ciues rebellantes prælio vicisset, victoria
 elatus ipse principatū occupat, Euclide & Clean-
 dro exclusis. Post eam fraudem, quum quosdam
 patricij ordinis apud Syracusanos, qui Gamorivo-
 cabantur, à plebe & seruis vrbe pullos, ex Casme-
 na vbi exulabant, Syracusas reduxisset, Syracusa-
 norum fauore in urbem recipitur. Hoc modo Sy-
 racusis Gelo positus, Olympiadis LXXI. anno
 II. vrbs autem Romæ conditæ CCLXII. reli-
 cto fratri Hieroni Gelensium principatu, totum
 se ad Syracusas ornandas ampliandæque contu-
 lit, & in hâc adductis ex Sicilia variis incolis, præ-
 clari principis domi forisque famam est conse-
 quutus. Et quamuis ipse literarum penitus expers
 esset, Græcorum tamen nemini tum humanitate,
 tum belli pacisque artibus cedebat. Et sanè belli-
 cæ virtutis ipso statim principatus initio egregiū
 specimen edidit: mortem namque Doriei Lace-
 dæmonij à Carthaginensibus & Segestanis inter-
 fecti vlturus, quum auxilium ab Atheniensibus &
 ipsis Lacedæmoniis postulasset, nec obtinuisset,
 ipse hostem per se aggressus, insignem victoriam
 reportauit. Ad Gelonem itaque, iam potentia &
 opibus florentem Atheniensem & Lacedæmo-

niorum Legati veniunt, auxilium contra Xerxem (qui iam in Græciam irruerat) petentes: quibus postquam prius exprobrasset, quàm turpem ab ipsis in simili causa repulsam fuisset passus, auxilium tamen ducentarum triremium, x. m. peditum & 11. m. equitum, deinde & comineatum qui vel omnibus Græcorum copiis sufficeret, ea conditione obtulit, vt vel nauali vel terrestri exercitui ipse præesset. Recusantibus conditionem legatis, & Græciam milite non ducibus indigere dicentibus, subridens Gelo, Apud vos, inquit, ô Græci, vti video, qui imperent, non qui pareant habetis: abite itaque quàm celerrime vestræ renunciaturi, ver illis exaruisse: subindicans copias suas, quæ erant florentissimæ, illis defuturas. Ab-euntibus cum hoc responso legatis, Gelo haud ignorans quantum periculi sibi immineret, si Xerxes Græcos sibi subiiceret, vbi cognouit eum transmissio Helleponto Græciam intrasse, Cadmum Coum cum tribus triremibus & ingenti pecunia mittit, quam (si vinceret Xerxes) illi, simul terram & aquam, traderet: si verò penes Græcos staret victoria, pecuniam ad se referret. Cadmus vbi Græcos victores videt, cum pecunia & nauibus reuertitur ad Gelonem, Siciliae motus compescentem. Terillus namque Crimopi filius Himereusium tyrannus, à Therone Agrigentinarum principe Himera pulsus, ad generum Anaxilum Rheginensium tyrannum confugerat. Is eam iniuriam vindicaturus, simul vt focerum restitueret, auxilium petit à Carthaginensibus, quod vt facilius impetraret Amilcari horum duci filios duos dat obsides. Is Pænorum, Hispanorum, aliarumque gentium contractis trecentis millibus, expeditionem in Siciliam parat. Theron autem tantis viribus impar, Gelonem generum

(filiam

(filiam
Gelo
lia a
long
solu
Panc
mera
se: p
pro
dele
quod
puli
long
edoc
fict
fium
dicit
pera
me
mag
equ
cap
hæc
que
die
lio,
lin
cti,
tes
stat
int
uer
vti
dib
lo
ip

(filiam enim ipsius Damaratam uxorem habebat Gelo) vt iunctis viribus tantam procellam à Sicilia auerterent. Interim Amilcar cum ducentis longis nauibus ac trecentis onerariis Carthagine soluens, aliquot ex onerariis tempestate amissis, Panormum appulit. Deinde terrestri itinere Himeram petit, adnauigante secundum litus classe: positisque binis ad Himeram castris, alteris pro terrestri, alteris pro nauali exercitu, ipse cum delecto milite accedens, agmen Himerensium quod eruperat, magna edita strage in urbem repulit. Ea clade accepta, Theron Syracusas ad Gelonem mittit qui eum de presenti rerum statu edoceat, moneantque vt quam primum rebus afflictis subsidio veniat. Gelo intellecta Himerensium desperatione, statim cum quinquaginta pedum & quinque equitum milibus auxilio properans, castrisque ad urbem quam poterat proximè muros communiceis, mox inmissò vndique magno cum impetu in vagos & palantes hostes equitatu, magnum Pœnorum manum concidit, captosque ad decem mille misit in urbem. Post hæc intercepto ex itinere Amilcaris nuntio, per quem ille Selinuntiorum sociorum equites statò die ad se euocabat, intellectòque hostium consilio, lectissimam suorum equitum turmam pro Selinuntinis mittit. Hi noctu loca vicina circumuerti, sub diluculum ad castra Pœnorum peruenientes, pro sociis intra vallum recepti sunt: factòque statim in ipsum ducem impetu, Amilcarem sacris intentum ad ipsas aras obruncant: ab hoc conuersos in reliquos ferro, raptum ex aris ignem, vt iussi erant, nauibus iniicientes, omnia latè cadibus atque incendiis inuoluunt. Quod vbi Gelo intellexit è sublato ab exploratoribus signo, ipse cum reliquis copiis instructus ad castra Pœ-

norum contendit: illi vicissim agmine, vti tempus ferebat, raptim composito obviam progressi, postquam primum Gelonis impetum vtrunque sustinissent, subito vident omnia collucere flammis, sparsoque iam per exercitum rumore, capta castra, ipsumque Amilcarem caelum fuisse, Pœni consternati subito in fugam vertuntur: Instant fugientibus Syracusani, æditaque late disperforum passim per campos fœda ac miserabili strage, centum quinquaginta Pœnorum milia cæsa sunt, qui superfuerunt in locum munitum se recepere: sed quod aqua destituerentur, tandem sui coacti & ipsi se Gelonis arbitrio permiserant. Naues interea quæ incendium euaserant, & cladem suorum viderant, dum quàm celerissimo cursu Carthaginem petunt, oborta in mari procella omnes ferè perière: paucis scaphis excepti ac Carthaginem perlati, urbem luctu merituque impleunt. Gelo tam illustri victoria potitus, militibus & belli ducibus digno præmio muneratis, prædam & captiuos pro cuiusque dignitate ac merito distribuit. Captiuorum pars maxima à ciuitatibus Siciliæ: quibus sorte obuenerant ad opera publica, & agros colendos deputati sunt. Post hæc Gelo dimissis sociis, Anaxila verò Rheginensium tyranno venia donato, ac pace cum eo facta, Syracusas reuersus n gratiam vrbes recipit quæ Amilcaris partes fouerant: & tandem Carthaginensibus pacem quàm suppliciter petebant, his conditionibus concessit, vt abstinerent deinceps Saturno liberos impuberes immolare, duo argenti talentorum milia penderent, naues duas instructas mitterent in pacis compositiæ testimonium. Carthaginenses conditiones has alacriter suscipiunt, centum insuper auri talenta Damaratæ Gelonis vxori, quæ portissimum

simum illis eam pacem confecerat, vltro offerunt. Ad hunc modum pace vbique firmata, Gelo Syracusanorum in se animos expleri volens, sine satellitio ac inermis in concionem prodit: vbi postquam vitam suam, beneficiaq. in Syracusanos ac Siculos accurata oratione rece. fuisse, ab vniuersi concione Liberator. Patriæ & Syracusanorum Siculorumque consalutatur. Cæterum Gelone nomen regium vt nimis inuidiosum reuente, vel hoc ipso vehementius in ipsius fauorem pertracti ciues, statuam Geloni eo quo in concionem prodierat habitu, in templo Iunonis Syracusis posuerunt, adiecta inscriptione qua factum eius tam egregiū posteritati significaretur. Hinc Gela ad religionis curam conuersus templa Cereris & Proserpinæ à manubiis construxit, tripodem quoque aureum sexdecim talentorum artificio insignem Apollini Delphos donum misit. Ioui quoque Olympio loricas linteas tres, pretio atque arte spectatissimas, tum & Iouis signum admirabili magnitudine conspicuum dono Etidem misit. Syracusanos autem ne desidia marcescerent ad syluas cædendas, tum & ad agros colendos, tanquam in expeditionem educere solebat: atque hac potissimum ratione prius steriles agros fertiles reddidit. Porro septem annos quum summæ rerum præfuisset, morbo correptus mortemque instare sentiens, Hieroni fratri (quod hærede filio caret) principatum populi consensu tradidit. Defunctus autem, luctu maximo ab omnibus tã publicè quàm priuatim haud secus ac pater deploratus, in vxoris agro (cui à nouem turribus nouem erat) conditus est: quo loco populus Syracusanis, in ipsius honorem insigne Mausoleum exstrui curauit: quod postea Carthaginenses, quum Syracusas obsiderent, a-

uerterunt. Agathocles quoque inuidia ductus, ipsas etiam turres, quae sepulchrum cingebant, sola aequauit. Caterum, neque hic priuata inuidia, neque illi publico odio efficere unquam potuerunt, quin Gelonis nomen apud Siculos Syracusanosque aeternis monumentis consecratum, per omnem posteritatem celebraretur.



Hiero.

MORTUO Gelone, Hiero fratrum post illum natu maximus principatum excepit. Is plurimum a fratris humanitate degenerans, crudelitate & auaritia suos afflixit. Hinc se eunctis inuisum, & merito, suspicatus, quum Polyzelum fratrem, qui Demaratam Gelonis uiduam in uxorem duxerat, maximo ab omnibus amore & studio coli uideret, ueritus ne ab illo, ciuium beneuolentia subnixo, principatu tandem priuaretur, praetextu auxilij Sybaritis ferendi, qui a Crotonatis graui obsidione premebantur, Polyzelum in Italiam cum exercitu mittit, sperans illum ab hostibus occisum iri. Sed postquam hostibus a Polyzelo profligatis, contra ac Hiero sperauerat, euenisset, nec haberet aliud quod salutem fratris impeteret, varias exinde insidias eidem moliri non destitit. Eo intellego Theron Agrigeninus, Polyzeli socer, indignatus ad bellum Hieroni inferendum se comparat, quod tamen intercedente Simonide poeta, ac desponsa Hieroni Theronis sore, sopitum est. Alij rem paulo aliter

aliter narrant: at in eo conueniunt, Hieronē cum Polyzelo in gratiam rediisse. Postea, quum Hiero in morbum grauissimum incidisset, otium à rebus gerendis, quod aduersa corporis valetudo concedebat, in audiendis doctissimorum virorum disputationibus & sententiis impendit. Hinc iam firmior factus, quum assiduam, uti prius in audiendo Pindaro, Simonide & Bacchylide, non modò de poëtica verum etiam de rebus politicis, & philosophia morali eruditè, & sapienter admodum differentibus, daret operam, breui illorum consuetudine aliud efficitur: ita ut quos prius avaritia & crudelitate afflixerat, eosdem humanitate & munificentia sibi conciliare studeret, ac cum fratribus summa deinceps viueret iunctus concordia. In summa igitur tranquillitate constitutus, animum ad constituendam ornandamque Siciliam adiiciens, Naxios & Catanzos, quod illis minus fideret, in Leontinos transcripsit. In Catanam autem quinque Peloponensium & totidem Syracusanorum millia colonos deduxit: vrbique Doricas leges, quæ erant præstantissimæ, dedit: eandemque mutato nomine appellauit Aetnam: cuius non princeps sed conditor celebrari, seque deinceps Aetnem ciuem appellari voluit. A Cumanis deinde, qui graui ab Etruscis bello vexabantur, in auxiliu[m] sollicitatus, classè illis subsidio mittit, quo aucti Cumanis, prius hosti impares, manus conferere ausi, Etruscis insigni clade affectis, superiores euaserunt. Cumanis ad eum modum liberatis, classis Syracusana non sine magna Hieronis gloria domum reuertitur. Consequutus hanc expeditionem Theronis Agrigentinarum principis obitus, res in Sicilia tranquillæ turbauit. Thrasydæus namque Theronis filius & successor, sauitiam & libidinem, qua uiuo etiam patre

occultè flagrauerāt, iam veluti sublati repagulis liberè in omnes exercens, breui se omnibus inuisum exosumque reddidit: adeò vt quum nemini fideret, inter omnes veluti hostes circumspiciens & anxius versaretur. Itaque seu furis agitat, siue desperatione amentiaque impulsus, bellum Hieroni mouet: & quum domestico odio vix par esset etiam foris hostem in se concitat. Hiero audiens Thrasydæi in se apparatus (vixinti namque tam Himeræorum quàm Agrigentinarum millia in armis habebat) coacto vndique haud impari exercitu, Thrasydæo occurrit. Prælium itaque inter hostes, vti viribus, ita & virtute pares, committitur: sed tandem victus Syracusanorum pertinacia Agrigentinus terga vertit, desideratis suorum quatuor millibus. Thrasydæus, rebus desperatis, principatu deserto ad Megarenenses confugit: vbi tandem præ animi dolore ipse sibi consciiuit mortem. Agrigentini hoc modo liberati, sub populari deinceps statu administrarunt Rempublicam, missisque ad Hieronem legatis pacem impetrarunt. Sunt qui tanta nominis existimatione Hieronem floruisse referant, vt Anaxilam Rheginensium principem, ad perdendos Locros Zephyrios incitatum, sola interminatione cohibuerit. Post hæc, incertum quæ de causa, infestissimum suorum odium Hiero incurrit: hinc clandestinam in se conspirationem veritus, certos homines occultè instituit sibi fidiſsimos, qui si quos alicubi è Syracusanis congregatos viderent, illorum se cæteribus & circulis immiscentes eorundem sermones & consilia ad se referrent: metumque ciuibus hoc modo tantum incussit, vt non solum noui aliquid moliri, sed nec verbis animi sui sententiam proferre ausu nutibus gestibusque sibi inuicem significarent.

Quin

Quinetiam quosdam ex amicis quos suspectos habebat, palam interfici iussit. Porro palmas Olympicas plures adeptus est: semel enim quadrigis, vis celete vicit. Deinde, post alteram victoriam celete partam Syraculas regressus inde Aetnam petiit, ubi morbo correptus, postquam vnde-
cim annos & menses octo regnasset, vitam morte commutavit, voto prius Ioui, ob victorias Olympicas facto, ac Thrasybulo fratre, quamvis filium Dinomenem haberet successore designato. Ab Aetneis omnibus tum diuinis tum humanis honoribus, non aliter ac vrbs conditor, insigni insuper sepulchro, ipsi publicè constructo, honoratus est. Id postea Catanæ, qui ab Hierone in Leontinos transcripti fuerant, à Syracusanis in patriam redacti discecerunt, abolitòque Aetnæ nomine vrbi restituerunt pristinum Catanæ nomen. Mortuo patre Dinomenes filius, quæ ille Ioui Olympio vouerat, eius nomine dedicauit, inscripto hoc epigrammate:

*Iupiter Elco rediit qui à puluere Victor
Quadrigæque semel, iniuge bus & equo,
Vouerat hæc Hieron: natus monumenta parentis
Dinomenes posuit clara Syracusij.*



Dionysius.

TH R A S Y B U L V M fratrem Hiero successorem habuit anno secundo Olympiadis LXXVII. Huius Thrasybuli libidine, crudelitate & audacia vexati Syracusani arma pro libertate sumpserunt, coactisque quindecim ho-

minum millibus eam vrbis partem, quæ Tycho vocabatur, occupant. Thrasybulus autem Acradina & Naso, aliis duabus vrbis partibus, communis, Syracusanos frequentibus excursionibus laceſſebat. Ciues autem vt ſe ab hac tyrannide liberarent auxilia ab Agrigentinis, Gelenſibus, Selinuntis & Himereſibus petunt, quorum copiis adiuti, aliquoties cum Thrasybulo manus, ſed duobus martè, conſeruere: extremo tandem prælio victores tyrannum expellunt: qui Sicilia excedens, & deſperato reditu, reliquum ætatis priuatus, apud Loerenſes tranſegit. A Thrasybuli electione per annos ſerme ſexaginta libertate potiti Syracuſani, dum ea nimis impotenter abutuntur, ac pro libidine quiſque ſua in Repub. dominantes, contempto præſectorum imperio, iisdemque in ſumma licentia inſultantes optimum quemque ciuium exulare iubent, libertatem ſuam breui ſuis ipſi manibus euerterunt, ac tandem inciderunt in Dionyſij tyrannidem. Is patre Hermocrate, auo Hermone, honeſtis ciuibus Syracuſanis ortus erat. Quum autem Carthaginēſes domnandi cupiditate, ceu quadam animi ſcabie perpetuò prurientes, in Siciliam delati Agrigento iam potiti eſſent, Syracuſani duces magna apud populum inuidia laborabant, ac ſi illorum perfidia res ſociorum eſſent proditz. Ad Dionyſius, iuuenis acer & manu promptus, animaduertens, occasione arrepta duces apud concionem proditiōnis accuſat: quam ob accuſationem ſicuti ſummū apud ciuitatis principes odium incurrit, ita plebs viciffim tanquam ſui ſtudioſum haud mediocri fauore proſequuta eſt. Hinc cum aliis aliquot prætor creatus, Gelam cum exercitu mittitur, populum Gelenſem cum optimatibus diſſidentem pacatu-

*Dionyſij
natales.*

Prætura.

pacaturus: vbi optimatibus aliquot supplicio affectis, & fortunæ eorum in publicum redactis, plebem sibi plurimum deuinxit. Hinc plebeiiorum opera & studio, simul & militum, quos donis & spe maioris in posterum liberalitatis sibi conciliauerat, commendationibus effectum est, vt Syracusanæ Reipublicæ onus & belli cuncta negotia ei committerent. Imperium adeptus, edixit vt quisquis Syracusanorum arma ferre posset, secum properaret ad Leontinos. Tenebatur ea vrbs Syracusanorum præsidio, conferta hominum colluuiè vndique eò confugientium: quàm multitudinem ipse se facillè in partes suas allecurum sperabat. Vbi igitur iam ad Leontinos peruentum, & castra sub vrbe cõmunita essent, noctu (quàm potest tumultuosissimè) ad arma conclamat, insidiari sibi inimicos simulans. Deinde quasi nec in castris se satis tutum crederet, raptim in arcem Leontinorum confugit: ibique orta iam luce, præfectos & præcipuos quosque è militibus ad se vocat. Postea conuocata & Leontinorum multitudine, obtestari cœpit vt sexcentos milites sibi ad corporis custodiam concederent. Quo satellitio impetrato, quotquot obætos aut scelere aliquo pollutos nouerat, accersit: coactaque ad mille capita istiusmodi hominum manu, eandem armis instruit. Mox aduocata & mercenariorum concione, humaniter illos allocutus, illorumque fauorem sibi conciliat. Ordines inde militares pro suo arbitrio mutare aggressus, quos habebat suspectos ordine mouet, sibi fidissimis substituit. Agmine tali stipatus, Syracusâsq; profectus, annos tũ natus xxv. reipublicam occupat, anno III. Olympiadis XCIII. Romæ verò conditæ CCCXLVII. amicis præmio affectis, aduersariis autem aut interfectis aut pulsis in exilium,

Imperium.

*Novum
dominatus.*

Deinde nuptiarum fœderibus noua dominatio-
 ne confirmata, expeditionem in Carthaginienses,
 qui tum Gelam obidebant, edicit. Verùm tenta-
 to infeliciter, apud Gelam cum Carthaginiensib.
 prælio, in tantam consternationem adductus est
 vt Gelenfes statim urbem deserere ac Syracusus
 commigrare iuberet, Gelamque Carthaginiensib.
 relinqueret diripiendam. Inde Camarinam
 profectus, Camarinos quoque idem facere com-
 pulit. Id equites Syracusani qui eum comitaban-
 tur indignè ferentes, quum de medio tollere ty-
 rannum facile non possent, Syracusæ Gelam profe-
 cti custodes domus tyrannicæ ex improviso oc-
 cupantes obruncant, ædes diripiunt, tyrannique
 uxorem omni contumeliarum genere vexantes
 effecerunt vt ipsa sibi præ dolore manus infer-
 ret. Dionysius audito equitum discessu, delectis
 è toto exercitu quos sibi sciebat fidissimos, quàm
 potuit celerrimè properat Syracusas, portaque
 insensa primo diluculo insens aduersarius urbem
 ingreditur. Equites id rescientes, impetum ipsius
 repressuri occurrunt, sed aduersariorum multi-
 tudine equitibus oppressis Dionysius totam per-
 uagatus urbem, quoscumque sparsim equitibus
 auxilium ferre videt, ferro cædit. Inde illorum
 quos sibi insensissimos nouerat domos & fortu-
 nas inuadens, interficit deprehensos, aut urbe
 pellit. Recuperata hoc modo tyrannide, & sub
 pacis conditionibus Carthaginiensium exercitu
 Sicilia discedente, Dionysius duas uxores duxit,
 Doridem Lærentem, & Aristomachen Hippari-
 ni filiam, Dionis sororem. Ex Doride filios tres
 sustulit, quorum maximus natu Dionysius, patri
 imperio successit: ex Aristomacho, Nysæum &
 Hipparinum, & filias Aretam ac Sophrosinem
 procreauit: è quibus Sophrosinem Dionysio fi-

*Turbatur
 & paulo
 post pla-
 catum.*

*Non enim
 prius &
 proles.*

lio, Aretam autē primū Thearidi fratri, deinde eo mortuo Dionī in matrimonium dedit. Paulō post exercitum educit in Siculos, nulla quidem ab his laesitū iniuria, sed sola dominandi libidine impulsus. Ea in expeditione dum Herbesū urbem obsidet, Syracusani qui in ipsius exercitu erant, rursus insurgunt, praefectisque qui seditionem comprimere itudebant interfectis, sese inuicem ad libertatem recuperandam cohortati, equites (qui ex superiore clade elapsi Aetnam cōfugerant) socios assumunt, & Dionysium deserto exercitu Syracusas confugientem, postquam per tempus aliquod in insula arctissimē obediissent, eō desperationis adegerunt, ut an principatum relinqueret & ad Carthaginienses confugeret diu incertus fuerit: sed familiarium quorundam hortationibus confirmatus tyrannidem retinere constituit. Tandem postquam Campanorum equitum auxilia ad ipsum peruenissent, in nouā spem erectus, eruptione facta Syracusanos praelio victos in fugam vertit. Ceterum ea victoria elementer vsus neminem fugientium interfici passus est. Ita recuperata iam secundō tyrannide, animum rursum ad ampliandum imperium adiecit. Primū psus va- itaque exercitu contra Aetnam ducto, castellam rias vr- quo exules Syracusani confugerant in deditio- bes sibi nem recepit. Deinde Catania per proditionem subiecit. potitus, ciues sub hasta vendidit. Naxo item iisdē artibus occupata, oppidanos pari modo exposuit venales. Leontinos deinde obsidere aggressus terrore ad deditiōnem compulit, ac in fidem receptos patria relicta Syracusas migrare coegit, agrūque eorum suis milibus diuisit. Rebus ita succedentibus, quum de bello Carthaginiensibus inferendo cogitaret, Rhegini adiunctis sibi Syracusanis exulibus in Siciliam traiciunt, ducibūq.

*Altera
in euy ty
rannide
cōpressio.*

*Sed peri-
culo cla-
culis va-
rias vr-
bes sibi
subiecit.*

Messanensium in partes suas pertractis, Syracusas versus proficiscuntur. Sed quum orta inter milites seditione, Messanenses domum reuertentur, Rhegini à sociis deserti, quòd bello per se gerendo impares essent, & ipsi dimisso milite penes suos se recipiunt. Dionysius dilata in aliud tempus ultione, Syracusas etiam repetit: vbi mox Rheginorum & Messanensium legati affuerunt, veniam moti in illum belli pacemque petentes: qua facile concessa, quòd sibi aduersus Carthaginenses bellaturo amicos illos quàm inimicos mallet, rursus ad bellum Carthaginensibus inferendum se comparat: & quum se rebus omnibus instructum videret, misso Carthaginem eaducente bellum indicit. Ad eam belli famam, omnes penè Græcorum in Sicilia vrbes ad Dionysium defecerunt: quorum auctus auxiliis, iam ad octoginta peditum & tria equitum millia sub signis habebat. Cum his igitur copiis Moryam Phœnicum coloniam terra marique oppugnans, Himilconem Pœnorum ducem auxilium obsessis ferentem repulit, & oppidanos sociorum auxilio destitutos, quamuis fortissimè resistentes, non sine magna tamen suorum iactura expugnat. Siculis autem in Pœnos ob præteritarum cladum memoriam atrocissimè sauentibus, Moryenses penè omnes concisi sunt, exceptis iis qui in templum confugerant, quos Dionysius vita Donatos sub corona vendidit. Interim Aegestani Dionysianorum qui ipsos obsidebant castra incendunt, quo incendio maxima militum pars periit, reliqui semiustulati vix euaserunt. Dionysius tamen nihil ea clade segnior redditus, Carthaginensium ditionem cum exercitu peruagatus, Alycenses metu ad societatem secum in eundam compulsi. At Himilco, nouis copiis collectis, Panormum appul-

*Bellum
Carthagi
nensibus
denunciat.*

*Moryam
expu-
gnat.*

sus, Mo
Aegest
ex vrb
que ill
Hac ta
vt plur
delicet
ex itin
gna vi
vrbem
calam
Carth
cladib
audie
cone d
tem du
que na
nem fi
rere iu
de affi
libus
simul
cum v
citur.
xiliu
cupat
so lou
rum
curtio
uis La
do ho
nim c
hac o
eò de
pauci
lore n

sus, Motyam aggressus recipit. Dionysius autem *Ab Himilcone repressus.*
 Aegesta relicta Syracusas repetiit, Siculis vndiq;
 ex urbibus suis eodem commigrare iussis, agris-
 que illorum passim qua ipsi iter erat deuastatis.
 Hac tam subita Dionysij desperatione factum est
 vt plurimi sociorum ab illo ad Carthaginenses
 deficerent. Himilco verò Messanam petiit, captaq;
 ex itinere Lipara vrbe & insula, Messanam ma-
 gna vi adortus expugnat: recreatōque ibi milite
 urbem delet funditus. Siculi audita Messanēnsiū
 calamitate, omnes exceptis Assarinis certatim ad
 Carthaginenses deficiunt. Dionysius tot simul
 cladibus attonitus, dum sibi vt cunq; prouidet
 audit diuisas esse hostium copias: partem Himil-
 cone duce, itinere terrestri Catanam petere: par-
 tem duce Magone mari eo prouehi. Sperans ita-
 que nauales copias se faciliē oppressurum, Lepti-
 nem fratrem cum vniuersa classe Magoni occur-
 rere iubet. Sed Leptines p̄lio victus maxima cla-
 de afficitur, amissis ad cētū nauibus & viginti mi-
 libus militū. Quo intellecto Dionysius percussus, *In maxi-*
 simul veritus ne urbem p̄sidio vacuam hostis *mas conii-*
 cum victrice classe occuparet, Syracusas p̄ficis- *citur an-*
 citur. Inde missis in Græciam & Italiā legatis au- *gustias.*
 xillum petit. Himilco autē propius accedens, oc-
 cupatis Acradiæ suburbiis tentorium sibi in ip-
 so Iouis Olympij templo figit, reliquis suburbio-
 rum Syracusarum tēplis spoliatis, & agro suc-
 cursiombus incendiisque vastato. Dionysius no-
 uis Lacedæmoniorum copiis recreatus, miro mo-
 do hostium manus effugit. Carthaginensium e- *Tandē vi-*
 nim castra quum grauis pestilentia corripuisset, *tor, Car-*
 hac occasione vsus, ille terra marique inuadens *thaginen-*
 eò desperationis adegit, vt Himilco noctu cum *ser Sici-*
 paucis Carthaginensibus aufugeret, vbi p̄æ animi do- *lia expel-*
 lore mortem sibi propria manu consciiuit. Exer- *tie.*

*Messanā
instaurat*

citus autem duce destitutus partim in Dionysij
potestatem devenit, partim fuga per Siciliam alij
alio dilapsi sunt. Postea Messanam ab Hemilcone
deletam Dionysius instaurat. Inde Tauromeniū,
quod Siculi munierant aggressus, fortiter ab Op-
pidanis repulsus, maxima militum parte amissa
vix ipse viuis evasit. Mago interim Pœnorum in
Sicilia dux socios comiter tractabat, tum a Dio-
nysio diuexatos suscipiebatur tutelam suā. Hinc
conciliatis sibi omnium animis, breui vires in
tantum auxit, ut exercitum non contemnendum
iam sub signis haberet. Ducto itaque primū in
Messanenses exercitu, agros eorum devastavit,
partaque non mediocri præda, Abacanos quoque
Dionysij socios obsidere aggreditur. Sed Diony-
sius obviam profectus, Magonem prælio vicit fu-
gavitque. Inde reuersus, & recreato milite, con-
tra Rheginos cum centum triremium classe sol-
uit, & noctu urbem adortus, incēlis portis etiam
scalas muris admouet. Rheginis autem fortiter
propugnantibus, recedere coactus est. Quum e-
nim de nouo Carthaginensium apparatu bellico
nuncius afferretur, in Siciliam rediit, ubi pax in-
ter eos his conditionibus sancita est, ut quos
quisque subegerat, hos sub sua ditione teneret:
neutri alteros lacerarent: Dionysio saluis pacis
legibus Tauromeniū occupare liceret. Pace com-
posita, Tauromeniū magna vi aggressus, oppi-
do post diurnam oppugnationem potitus, Siculo-
los, qui ibi sedes fixerant, eiecit, & coloniam ex
mercenariis suis eò deduxit. Deinde ne milites
desidia torpescerent, coactis ad viginti peditum
& tribus equitum millibus, in Italiam traiecit,
Græcos qui ibi iam olim confederant subactu-
rus. Illi autem copias undique cogunt quibus præ-
ficiunt Elorim exulem Syracusanum, & aduersus

*Magonē
vincit.*

*Pacem i-
nit cum
Carthagi-
nensibus.*

*Græcos in
Italia a-
dortur.*

Diony-

Diony-
ficisci
uentu,
suo cu-
sus pri-
miue
cie irr-
busqu-
refugi-
tur, t-
mānt
miste
illustre
ob ne-
xercis
bello
cem
fecere
centi
ex cu-
nia o-
potit
crens
Rheg-
rursu
qua r-
rimē
press
Phyt
cto, c
cuiū
Tor
adieu
mos
adul
secu

Dionysium, qui tum Cauloniam obsidebat, proficisci iubent. Dionysius cognito Græcorum aduentu, relicta Cauloniæ obsidione, quam primū suo cum exercitu occurrit: ac postero die discessit primo diluculo in Græcos incompósito agmine iter facientes ipse improvisus instructa acie irruit: occisisque vna cū duce fortissimis quibusque ex ipsis, reliquos in tumultum quendam refugientes obsedit: vbi cum aquis destituerentur, tandem siti ad deditiōem coactos, præter omnium spem clementissimè habuit, & liberos dimisit sine vilo redemptionis pretio. Victoria tam illustri potitus, in Rheginos (quos implacabili ob negatas sibi nuptias odio prosequabatur) exercitum ducit. Illi autem, quod sociis destituti bello per se sustinendo impares essent, coacti pacem cum Dionysio iniquissimis conditionibus fecere, traditis videlicet sexaginta triremibus trecentisq; talentis, & insuper loco obsidum centum ex ciuibus nobilissimis. Dionysius inde ad Cauloniæ obsidionem reuersus, vrbe tandem per vim potitus eam euertit, agrumque Cauloniatem Locrensibus donauit. Sed quia semel conceptum in Rheginos odium deponere non poterat, nouam rursus contra illos belli occasionem quæsiuit: qua reperta, vrbe terra marique obsessam acerrimè expugnat, & post varios conflictus fame oppressam expugnat, euertitque à fundamentis, Phytone Rheginensium duce crudeliter interfecto, oppidanis superstitionibus aut talèto pro vniuscuiusque capite mulctatis, aut sub hasta venditis. Tot bellis gestis, animū ad scribendas tragœdias adiecit: accitōsque vndique Poetarum celeberrimos scriptorum suorum correctores esse volebat: adulationibusque familiarium dementatus haud secus istiusmodi poematibus gloriabatur, ac si

Rheginos affligit.

Cauloniæ & Rhegium euertit.

Poemata scribit.

præclarum aliquid in bello gessisset. Philoxenum poetam præstantissimum ob liberiores istiusmodi scripturæ censuram in latumias detrudi iussit. Haud dissimilem fere fortunam & Plato philosophus propter libertatem in loquendo expertus est: quem Dionysius occidere constituerat, sed amicorum rogatu, Platonem in Aegina per Polidem Lacedæmonium vendidit; ubi redemptus tandem inde Athenas remissus est. Præterea Dionysius cantores qui poemata sua decantarent misit ad ludos Olympicos. Ij primum ob vocis præstantiam, à Græcis magna admiratione auditi, postea poematum vanitate & vitis intellectis risu excepti & demum explosi sunt. Quod ubi rescivit Dionysius vehementi furore ob contempta carmina sua percitus, cum in alios non posset, in amicos bilem suam effudit, quorum præcipuos quosque aut occidit, aut in exilium eiecit, inter quos recessentur Marlyas Polixenus Sororius, Leptines frater, & non pauci alij. Sunt etiam qui affirmant, eum ne matri quidem suæ pepercisse, sed eam quoque curasse occidi. Cives Syracusanos multos leuibus de causis è medio sustulit, alios expilauit, alios variis artibus sub iugum duræ seruitutis & captiuitatis continuit, sicariorum & latronum, quos satellites habebat, vsus opera. Quæ itaque ob crudelitatem omnes haud immeritò sibi inestissimos existimaret, tantam de omnibus mortalibus diffidentiam induit, vt satellites, familiares, seruos, filias & filium Dionysium mirum in modum reformidaret. Et ridicula certè sunt quæ de eius pauore referunt historici. Porrò, imaginariam tyranni felicitatem & certissimam miseriam, in adulate Damocle ipsemet Dionysius egregio facto ostendit, quum Damocli in conuiuio sedenti ensẽm vertici imminentem

*Eulgar
vadem.*

*Scæ 173
scæ in a-
micos,
propin-
quos, &
subditos
sancit.*

*Omnes ti-
met, quæ
omni ti-
mebant.*

minentem

minentē suspēdi iulisset: hoc emblemate testatus nihil illis esse beatū quibus aliquis semper terror impendat. Nec minor fuit Dionysij in Deos impietas, quā in homines iniustitia. Horum enim templū spoliavit, impotentem potentium & silentium derisit securē. Proserpinā templum expilavit, Ioui Olympio aureum amiculum ponderis talentorum octoginta quinque detraxit, laneum pallium substitutaens, non sine dicitur, Laneum videlicet ad utramque anni tempestatem esse aptius. Post bellum Rheginense zrariorum tam publice quā privato sumptibus exhausto, instructa i. x. triremium classe, tanquam illa contra praedones usus, profectus in Etruriam templum Agyllense multis donariis refertum depradavit ex quibus spoliis mille confecit talenta. Agyllenses quoque ipsos custodibus templi auxilio accurrentes, acie victos ad ipsam usque urbem persequutus, praeter maximam captiuorum turbam praeda quoque ingenti potitus est, quam Syracuse confestim reuersus diuendidit, atque ita repleto zrariorum nouum mercenarium militem conscripsit. Animaduertens autem urbes Carthagini subiectas ad defectionem proclines esse, si quae ex illis ad se deficerent, humanissime excipiebat. At Carthaginenses fraude hac intellecta, missa ad eum legatione urbes suas repetunt, quas cum reddere recuset, utrinque ad arma recurrit. Carthaginenses ingentem exercitum cum Magone duce in Siciliam mittunt Dionysius instructis copiis obviam profectus & paulo post praelio congressus caesis cum Magone decem hostium & quinque milibus captis superior euasit. Carthaginenses vicissim neuitquam ob eam eladem animo fracti, Magonis filio in locum patris occisus fuisse, Dionysium specie induciarum deco-

*Deos suos
cōremnis,
eorumq;
delubra
spoliat.*

*Iterum
cum Car-
thagines
sibi bello
certat.
vario e-
uenit.*

*Pacem
inimam
violat.*

*Scalvini
sua perfi-
dia pe-
nituit,
& tandē
excingui-
tur.*

prum acri pugna aggressi, caesis XIII. M. Siculo-
rum, ipsoque Dionysio vix fuga propriam salu-
tem tuente, vicerunt. Nulla tamen ob tam insi-
gnem victoriam superbia elati, missis ad Diony-
sium legatis pacem ineunt quam ille non longo
post tempore violavit. Quum etenim audisset
peste Carthagini grassante, res Carthaginiensium
domi admodum esse afflictas, simulque intestinis
raxis urbem laborare, causatus foederatorum a-
gros à Pæno milite depopulatos, conscriptis tri-
ginta peditum & tribus equitum millibus in
Carthaginiensium ditonem irrupit. Primòq; im-
petu Selinunte & Eatella potius, etiam Lilybæū
obsedit: sed urbem validiori presidio munitam
esse videns, quàm vi facile expugnari posset, solu-
ta obsidione recessit. Et cum Carthaginiensium
naualia incendio periisse comperisset, ratus & o-
mnem classem vna periisse hostes contemptui
habuit. At illi supplerat subito ducentarum tri-
remium classe, CXXX. Dionysij triremes quæ in
Erycinorum portu hieantes in statione erant,
inopinatò adorti, maximam partem aut corrupe-
runt, aut ceperunt. Hac clade accepta, Dionysius,
pactis cum Carthagine induciis, Syracusas regres-
sus in morbum incidit, & Dionysio natorum ma-
ximo successore designato, post annos XXXVIII.
in Tyrannide exactos, violenta (vt aiunt) morte
sublatus supremam vitæ diem clausit.

Caesar



Caesar Augustus.



AESAR AVGVSTVS à pa- *Augusti*
 tre Octauiò Senatore Octauianus, *familia,*
 ex adoptione verò C. Iulij Caesaris *& nomi-*
 maioris auunculi Caesar, postremum *na.*
 Augustus dictus est. Thurinus in in-
 fantia cognominatus, quod pater tum in Thuri-
 na regione aduersus Spartacum rem gessisset
 prosperè, cum is nasceretur. Fuit autem Actia,
 mater Augusti, filia M. Aetij Balbi Aricini Sena-
 toris clarissimi & Iuliae sororis C. Iulij Caesaris.
 Quum autem post bella ciuilia prouincias ordi-
 nasset & imperium condidisset, in senatu nonnul-
 li Romulum, quasi alterum vrbis conditorem co-
 gnominari voluerunt: at aptius visum est Angu-
 sti nomen ex Munatij Planci sententia. Decimum *Tyroci-*
 sextum vix attigerat annum quum à Iulio donis *nia belli.*
 militaribus ornatus virilem togam assumpsit. Ac
 deinceps auunculum in Hispaniam sequutus, mi-
 ra industria itineris superauit difficultatem, per
 annumque magistri equitum munere functus
 est. Quoniam verò adolescens adhuc erat, vt va-
 earet literis & in scientia militari perfectius in-
 stitueretur, Apolloniam, Epiri nobile oppidum,
 missus est: ibi enim equitum turmae, ex Macedo-
 nia aduentantes exercebantur. Sex tantum men-
 ses Apolloniae moratus, benevolentiaque om-
 nium sibi comparata, quum Caesarem in senatu
 trucidatum intellexisset, & se haeredem institu-
 tum mox Romam repetiit, vt haereditatem adi-
 ret. Indignum de hinc existimans Caesaris necem

*Heres &
 vltor Ca-
 saru à co-
 iuratu in
 terfecti.*

inultam relinquere, Brundisium ad exercitum accessit, à quo Cæsar saluatus; nomen illud deinceps retinuit. Tunc ab auunculi defuncti amicis, libertis, militibus, arma & pecuniæ allata sunt. Strenua itaque & obsequenti multitudine stipatus, urbem reuertitur, vt in Iulij interfectores animaduerteret. Primum autem M. Antonium Consulem pecunias post Cæsaris necem interceptas reddere recusantem, & nouam heredem ceu puerum diçterius excipientem aggressus facile deiecit. At maiora tunc voluens animo, ad tempus iusto dolore compresso, semel & iterum Antonio reconciliatus est. Tandem, quum Antonius ad ingenium reuertetur, bellum mouit Augustus aduersus eum circa Mutinam, quod tribus mensibus confecit: deinde Cassium & Brutum Iulij percussores primarios in Campis Philippicis extinxit. Tertio, circa Perusiam vicit L. Antonium M. fratrem. Quartum bellum Siculum dictum est & nauale, aduersus extum, magni Pompeij filium. Vltimum denique contra M. Antonium & Cleopatram ad Actium promontorium, quod in Ægyptum persecutus est, vbi fœda morte perierunt. Quæ quia in Bruto, Antonio, & Cæsare antea descripta sunt, nunc nobis attingisse sufficiet. Multa autem adeo streuè in his bellis egit, vt consulatum illi petere per decem ante annos quam liceret per leges Senatus concederet decreto, multosque alios honores illi conferret. Verum post bellum Mutinense Romam accedens, consul cum Q. Pedio electus sacrificans, duodecim vultures (vt olim Romulus) inter sacrificandū vidit: perfectisq; sacris iterum se Cæsaris filiam adoptiuum professus est lege Curia. Pansa autem Consul in hoc bello vulneratus, cum se morti proxima sentiret, Augustum hortatur

*Bella
quinque
priora.*

*Antonio
reconciliatur.*

vt an
impe
let:q
pid
crue
Flor
qua
quan
sent
per
roro
nup
inte
visq
Cæ
roq
tho
funt
feri
den
cui
gin
spo
in
Pa
de
bi
pr
dat
des
na
de
tia
ati
&
liu

vt amicitiam cum M. Antonio ineat, si commodè
 imperiū assequi & Caesaris percussores tollere vel
 let: quod & Augustus præstitit, ac cū Antonio Le
 pidoq; inuit triumviratū, in quo crudelissima &
 cruentissima centū & quadraginta Senatorū, teste
 Floro, trecentorū Plutarcho, proscriptione fuit: de
 qua Appianus abundè nimium, belli civilis libro
 quarto. Tandem etiā, cū leues quādā intercessis-
 sent odij inter Augustū & Antoniū suspiciones,
 per Pollionē & Mæcenatem reconciliati sunt: fo-
 rorq; Augusti Octavia, Marcelli vidua, Antonio
 nupsit post Fulviæ obitum. Tunc orbem terrarum
 inter se hoc pacto diuiserunt, vt orientem omnē
 vsque ad Euphratem fluuiū Antonius, Occidentē
 Cæsar, Lepidus Lybiā possideret. Sed fuso fūga-
 toq; in mari Sexto Pompeio, cū Antonius Par-
 thos iam accessisset, maximi honores Augusto
 sunt delati, in quibus aureum trophæum cum in-
 scriptione & perpetuus tribunatus. Quam quī-
 dem tribunitiam potestatem per se dehinc exer-
 cuit, atque perpetuam in se recepit. Octo & vi-
 ginti annos tunc natus erat, & Lepidus, exercitu
 spoliatus, exulabat Circēis: ita vt rerum potestas
 in Antoni & Augusti manu tunc consisteret.
 Paulo post Antonio victo ad Actium, cū deinde
 Alexandria Augustus potiretur, hostem vt si-
 bi necem cōfisceret adegit. De hinc Aegypto in
 prouinciæ formam redacta, Alexandriam, inun-
 datione Nili difficilem accessū, propterque palu-
 des inuiam, labore militum ita aperuit, vt anno-
 na facilè in urbem postea conuheretur. Multas
 deinde conspirationes ac coniurationes pruden-
 tia fatōque euasit, priusquam imperij fastigium
 attingeret, rerumque potiretur. L. enim Murena
 & Fannius Cepio cū occidendi Augusti consi-
 lium iniissent, autoritate publica oppressi, quem

*Triumui-
 ratum cō-
 ponit.*

*Lepido
 ciecō,
 Antoniū
 superat.*

*Conspira-
 tiones dis-
 sperat.*

in Dominum ense occultè & iniustè strinxerant, iure & palam in seipos conuerterunt. Neque multò post Rufus Egnatius, collectò in ædilitate fauore populi, in tantum quidem vt præuram ei continuaret, mox etiam consulatum petere ausus, aggregatis sibi simillimis interimere Cæsarem statuit, vt quo saluo saluus esse non poterat, eo sublato moreretur. Sed neque hic in occultando prioribus fuit felicior, abditusque carceri cum sceleris cõsortibus mortem vita sua dignissimam obiit. Postea Cantabros & gentes illis vicinas quæ latrocinia exercebant oppressit, ac sub corona iure belli vendidit. Constat enim Alpinos omnes tunc prædones fuisse, ac à Iulio Cæsare quondam per legatum Sergium Galbam perdomitos, deinde à Tiberio Cæsare, viuentè Augusto. Item Aquitanos, Rhetos, Vindelicos, Dalmatas numero prouinciarum Populi R. coniunxit, Sueuos, Cattosque deleuit, & Sircambros in Galliam transtulit, & in proximis Rheno agris collocauit. Pannonios adiecit stipendiariis: ac Germanorum populos Basternasque bellis laecissimos compulit ad concordiam. Nec vlli genti sine iustis & necessariis causis bellum intulit, ambitiosi ingenij esse affirmans, ob triumphalis pompæ superbiam & lauream corollam ciuium vitas ac securitatem periclitari. Qua temperantiæ & modestiæ virtute effecit, vt Persæ obsides offerrent, creandique regis arbitrium ei permitterent. Persarum enim & Parthorum regna olim confusa & eadem esse Plinius tradidit. Hi igitur nominis Augusti magnitudine perculsi, Phraartis Parthorum regis filios nepotesque dederunt. Obsides, signaque militaria Crasso & Antonio ablata remiserunt. Tum Indi, Scythæ, Garamantes, Æthiopes legatos cum donis ad eum miserunt. Sed ad eò i-

*Varias
gentes de
bellat.*

*Eius tem
perantia
à populis
remotiori
bus vene
rata.*

gnomi-

gno
lian
quo
sep
enir
(R
etia
vex
rij
nat
pas
tia
mar
tar
arm
me
uit
in
ten
pra
rin
tuo
par
ge
nar
Sac
rex
cta
me
bli
stu
ex
bu
ge
oro
par

gnominiosè à Germanis acceptus est clade Loliana & Variana, vt consternatus barbam aliquot menses nutritet, & capite ad parietes illiso sæpius exclamaret, Vare, redde legiones. Tunc enim tres legiones obruncatæ & aquilæ duæ (Romani populi signa) à Germanis captæ, quas etiamnum possident. Nec enim biceps est illa in vexillis & numis aureis vel argenteis imperij Germanici aquila, vt imperitum vulgus opinatur: sed duæ simul, quarum altera alteram ex pascis alis obregit. Tertiam signifer legionis tertiæ abstulit, paludèque demersit, ne in hostium manus perueniret. Cæterum Augustus circa militarem disciplinam seuerus fuit & diligens, nec arma sumenda esse censuit nisi maioris emolumentum causa. Urbem pro maiestate imperij ornauit & excoluit, turamque (pro viribus) reddidit in posterum & plurima opera publica extruens, templa præsertim, delubra, fora iudiciaria, urbem præter hæc in regiones & vicos distinxit. Tiberinum purgavit & laxauit alueum. Lepido mortuo Pontifex Maximus fatidicos libros recensuit, parum idoneos reiectos cremauit: annum negligentia Pontificum ad nouas confusiones declinantem, denuo ad pristinam rationem redegit. Sacerdotia reformauit, abusisque nõ paucos correxerit in Reipublicæ statu. Leges quasdam retractauit, quasdam de integro sanxit: senatorum numerum definiuit, noua excogitauit munera publica. Habitum vestitumque pristinum reducere studuit: liberalitatem omnibus, quantum potuit, exhibere conatus est. In reprimendis voluptatibus populi fuit seuerus: spectacula tamen omnis generis edidit, spectandique morem correxit & ordinauit. Romanum imperium diuisit in duas partes: alteram sibi ascripsit quæ militum præsidio

A Germanis bello prostigatur.

Studia tamen principis digna.

Eius præclara genera.

indigeret, regionē puta Barbarorum iugum detraherentem, in cuius praefecturas misit procuratores, consulares, praefectos, & pratorios viros: partē populo dedit, regiones videlicet & pacatas, quibus populus dedit Imperatores vel Consules. Propterea alii Caesaris, alii populi provinciae dicebantur. Propter res feliciter eius nomine gestas, vicesies Imperator est salutatus. Inter tot rerum incommoda, Rom. Imperij provincias tribuitis gravissimis aliquoties exhaustit, Colonias non paucas in Italia & extra Italiam misit: quae omnia non sine maximo populorum detrimento facta sunt. Nihilominus tamen, principatu suo

Imperator xx. salutatus.

Eius virtutes.

Ob quas Pater patriae nominatus.

Monarchiam alio vultu suavis retinere.

stabilito, & delectatus qui in Caesaris Iulij caput coniurauerant summā fuit clementiē, summā temperantia, ut obtricatoribus nihil obiceret & libellos famosos de se contemneret, iocosq; flocci faceret mordaces: paululumque se à populo secerneret in dādis testimonis ac suffragis. Ob id, Rom. Populo charissimus fuit, immo dilectissimus, maximisque affectus honoribus, ac Pater patriae, totius plebis ac vniuersi Senatus consensu maximo vocatus est. Statuae item, arae, delubra, ac pro eius incolumitate vota facta sunt à provinciis: nec minora tum à regibus, tum à sociis & foederatis. Dictaturam tamen nullis precibus impelli potuit ut assumeret: dominique appellationem ut opprobrium exhorruit, licet tredecim gessisset cōsulatus, & pluries triumphasset. Quinto de monarchia omittenda, & Republica servandā re. Illud seriō cogitavit, atque ea de re cū familiaribus, Agrippa videlicet & Mecenate instituit colloquium. At Mecenas, cuius & amicitia & auctoritate delectabatur, monarchiam ut retineret suavit. Ceterum parsimonia vivebatur tum in suppellectili haud superflua, & vestitu domestico,

messi
à nū
sepiu
cans
ditus
frigid
toto
grad
trans
cuius
roga
inqu
Qua
vere
ret,
mne
fisi
uidi
rum
gan
dem
sui
rati
& A
set
nzu
ab
sc
ade
po
An
pri
dic
tat
inc
Te

mestico, tum in conuiuiis conisque moderatis, &
 à nimio sumptu abhorrentibus. Conuiuabatur *Eius vi-*
 saepius, alacri comitate omnes assidentes prouo- *ta priua-*
 cans: cibo vulgari & modico contentus, non de- *ca.*
 ditus vino. Si tamen licis vegebat, perfusum aqua
 frigida panē aut fructus aliquos edebat. Corpore
 toto pulcher & forma eximia per omnes ætatis *Corporis*
 gradus: omnis lenocinij negligens, vultu sereno *habitu.*
 tranquillōque, oculis nitidis ac pellucētibus: à
 cuius facie dum quidam miles se auerteret, &
 rogatus, quid ita summitteret vultum? Quoniam,
 inquit, oculorum tuorum fulgetra ferre nequeo.
 Quam verò parum firma valetudine ab infantia
 vteretur, multo exercitij genere, vt vires collige-
 ret, & annos prorogaret utebatur. Disciplinas o-
 mnes amplexus, eloquentiam à puero laborio- *Ingeniū*
 sissimè coluit, multaque scripsit quæ temporis in *& amor*
 uidia nobis erepta sunt. Græcarum autem litera- *literariæ*
 rum miro flagrauit desiderio, Apollodoro Per- *& litera-*
 ganeo doctore vsus, quem etiam natu gran- *torum.*
 dem Apolloniam secum deduxit. Eruditos viros
 sui seculi fouit omnes, Virgiliū in primis & Ho-
 ratium Flaccū poetas: ac inter amicos Mecenate
 & Agrippam, quod is patiens, ille taciturnus es-
 set, dilexit. Porro tot animi pulchritudines
 natus quibusdam asperse sunt. Quum verò *Nati.*
 ab aliis, ita prolixè persecuta sint, ab eiusmodi
 scabie lubens vagues remoueo. Primam vxorem *Coniugia*
 adolescens habuit P. Seruiliij Isaurici filiam. Sed *quatuor.*
 post reconciliationem in triumphatu cum M.
 Antonio, vt necessitudine aliqua necerentur,
 priuigiam eius Claudiam Fulvæ ex Publico Clo-
 dio filiam duxit, vix dum nubilerat: post simul-
 tatem cum Fulvia socra ante bellum Perusinam
 inchoatam, ita etiam adhuc Claudiam dimisit. Proles e-
 Tertio, Scriboniam de familia Libonum accepit *ius.*

in matrimonium, nuptam ante duobus consularibus viris: ex qua filiam Iuliam genuit, quæ primum Marcellis Octavio sororis suæ filio vix pueritiam egresso. Eo mortuo, M. Agrippæ data est, matris intercessione. Sustulit autem Augustus ex Agrippa & Iulia nepotes tres, Caium, Lucium & Agrippam posthumum. Ex quibus Caium & Lucium mox adoptavit, ac iuvenes ad reipublicæ curam admovit. Alter autem in Lycia, alter Massylia perit. Agrippam dehinc etiam adoptavit, Sed paulò post abdicavit deportarique iussit ob ferox eius ingenium. Neptes item duas habuit: Iuliam L. Paulo Censoris filio, & Agrippinam Germanico sororis suæ nepoti collocatas. Ex hæc nati sunt Germanicus & Claudius, sororis nepotes: qui ut optimè instituerentur, summè laboravit: filiam verò & neptes ut lanificium etiam exercerent & sub custodia seruarentur, omni conatu enixus est: quanquam frustra. Nam omnibus stupris ac flagitiis inquinatas relegavit, vini vsu omnique cultu delicatiore adempto. Mortuo autem Agrippa genero, Tiberium priuignum, Liviæ scilicet filium, Iuliæ filiaë maritum ac sibi generum elegit, prægnatèmq; vxorem coegit dimittere, ex qua prius etiam filium susceperat. Nullam igitur felicitatem è sobole Scriboniaë sortitus Augustus, tum morum mulieris prauitatem agrè ferens, diuortium fecit: ac statim Liviæ Drusillæ, quæ ex Tiberio Nerone iam grauida, illo concedente, quartam duxit vxorem: cuius filij erant Tiberius & Drusus. Eam vntè ac perseveranter dilexit: sed nullos ex ea tulit liberos, etiam si maxime cuperet. Mulier comis, vltra quam antiquis fœminis probatum: mater impotens, vxor facilis, & cum artibus mariti simulatione filij bene composita: & quæ ad extremam peruenit ætatem. Decimo

*Infelix
domi.*

*Tiberij
adoptio.*

*Erga Livi-
am a-
mor.*

cimo
teste
Solit
mod
dan
tur,
cens
vide
fa su
fis,
ta,
si di
man
rjo e
nem
dia.
uiur
An
duo
can
dal
spel
hof
ta:
Ac
nes
sta
ti
tes
ter
tum
pri
stip
iuu
que
no

cimo quinto eteain Tiberij anno fatis concessit, teste Tacito, qui eam Iuliam Augustā nominat. Solita hæc fuerat multorum filias enutrire, & cōmoda multa præstare. Et quondam nudis quibusdam adolescentibus occurrentibus dixisse fertur, cum plerique eos morte multandos esse censerent, modestis mulieribus hos statuas videri. Porrò quæ supra à nobis comprehensa sunt à Plinio paucis, sed admodum expressis, & auro melioribus, verbis commemorata, hic apponere libet. In Diuo Augusto, inquit, si diligenter æstimentur cuncta, magna sortis humanæ reperientur volumina. Repulsa in Magisterio equitum apud auunculum, & contra petitionem eius prælatus Lepidus: proscriptionis inuidia, collegium in Triumviratu pessimorum ciuium, nec æqua saltem portione, sed præ graui Antonio: Philippensi prælio morbus, fuga, & tri-duo in palude latebræ ægroti: & (vt fatentur Mecenas & Agrippa) aquâ iubter cutem fusa turgida latera: naufragia Sicula, & alia ibi quoque in spelunca occultatio. Iam in nauali fuga, urgente hostium manu preces mortis Proculeio admotæ: cura Perusina contentionis: sollicitudo Martis Actiaci: Pannonici belli ruina è turri: tot seditio-nes militum, tot ancipites morbi corporis: suspensa Marcelli vota: pudenda Agrippæ ablegatio: toties petita insidius vita, inculsata liberorum mortes, iustusque non tantum orbitate tristes, adulterium filia, & consilia parricidæ palam facta: cōtumeliosus priuigni Neronis secessus: aliud neptis adulterium: iuncta deinde tot mala: inopia stipendij, rebellio Illyrici, seruitiorum delectus, iuuentutis penuria, vrbs pestilentia, fames sitisque Italiae, destinatio expirandi, & quadridui inopia maior pars mortis in corpus recepta: iuxta

Lib. 7.
cap. 45.

Vita Au-
gusti epi-
tome, vi-
uaq. effi-
gies.

hæc Variana clades, & maiestatis eius scæda fugilatio, abdicatio Posthumi Agrippæ post adoptionem, desiderium post relegationem, inde suspicio in Fabium, arcanorumque prodicionem: hinc vxoris & Tiberij cogitationes suprema eius cura. In summa, Diuus ille, cælumque nescio adeptus magis an meritis, hærede hostis sui filio excessit. Hactenus Plinij verba, quæ Augusti felicem

Lib. 1. miseriam graphicè depingunt. His addamus de Annaliũ eiusdem morte, Taciti grauissimi historici testimonium. Hæc atque talia agitantibus, inquit, gratio ferè. uescere valetudo Augusti, & quidam scelus vxoris suspectabant. Quippe rumor inceserat paucos ante menses, Augustum electis conscis, &

Mors
Augusti

comite vno Fabio Maximo Planasiam vectum, ad visendum Agrippã. Multas illic vtrinq; lachrymas, & signa caritatis, spemque ex eo fore vt iuuenis penatibus sui redderetur. Quod Maximum vxor: Martia aperuisse illam Liuia: C. Navum id Casari: neque multo post, exit in cæto Maximo (dubium an quaesitã morte) auditos in funere eius Martia gemirus semet incusantis, quod causa exitij marito fuisset. Vt cumque se caeres habuit, vix dum ingressus Illyricum Tiberius, propteris matris Literis accitur. Neque satis compertum est, spirantem adhuc Augustum apud urbem Nolam, an exanimem reperit: acribus namque custodiis domum & vias sepserat Liuia: latique interdum nuntij vulgabatur, donec prouisus quæ tempus monebat, simul excessisse Augustum & rerum potiri Tiberium Neronem fama eadem tulit. Et hæc quidem Tacitus. Vixerat Augustus annos LXXVI. corpus Nola Romam perlatum, ipse Tiberius paulò post in urbem venit, & Testamentum in Senatu lectum, quo Tiberium Cæsarem dimidia ex parte & sextate hæredem scripserat.

Testamentum.

pferat. Liviā & alios adiunxerat, legatis Populo Romano, Tribubus, Prætorianis militibus, cohortibus vrbānis, legionariis, & priuatis nonnullis varia pecuniæ summa. Iulias filiam & neptem, si quid ius humanicus accidisset, vetuit suo sepulchro inferri. Tria alia volumina in Venetia *Volumina* tunc exhibita & aperta sunt. vno completæ *na tria,* xus fuerat mandata de funere suo: altero indicē rerum à se gestarum, quem incidi volebat æneis tabulis quæ ante Mausoleum ipsius statuerentur: tertio, Breuiarium totius imperij inscriptum: quantum militum sub signis vbique esset: quantum pecuniæ in ærario & fiscis, & vectigalium residuis: adiecerat & libertorum seruorumque nomina, à quibus ratio exigi posset. Addiderat & consilium coercendi intra præscriptos à se terminos imperij, incertum metæne an per inuidiam. Funus deinde maxima cum pompa curatum: sed *Funus.* monente Tiberio, honoribus modus adhibitus est, laudatūque Augustus bisariam: pro æde scilicet Iulij Caesaris à Tiberio, & pro Rostris sub veteribus Tabernis à Druso Tiberij filio, Senatorumque humeris in Campum Martium delatus, ibidem crematus est. Multis huic de Augusti vita sermo, quæ apud prudentes variè commendabatur vel accusabatur. Cæterum reliquias legerunt primores Equestris ordinis, tunicati, & distincti, pedibusque nudis, ac in Mausoleo condiderunt. Sepultura ex more peracta, templum, ara & sacrificia decernuntur: consecratūque Augustus inter Diuos reclarus est. Numerius Atticus vir Prætorius, à Livia decies festertium acceperat, vt iuraret se cremati effigiem in calum vidisse subeuntem. Hoc fuit Augusti Caesaris vitæ curriculum, postquam continuata per xxxvii. annos Tribu-

Apotheosis.

nitia potestate, tredecim consulatibus tum ge-
 stis, tum iuris, plurimâque ob bella ac prælia
 partim per se, partim per legatos suis au-
 spiciis prosperè gesta & confecta,
 nomen Imperatoris vice-
 ses accepisset.

FINIS.



Ac
 Ea
 Ag
 i
 En
 l
 P
 Er
 Af
 Ag
 Ag
 r
 Ag
 c
 Ag
 f
 Ag
 P



INDEX RERVM INSI-
gniorum quæ hoc libro con-
tinentur.



Bantidæ mors	470	Agésilai in Græcos scomma	479	
Acron Ceni- nensium rex	27	Agidis adolescentis bene in- stitutum ingenium	209	
Acrocorinthus capitur	473	Agidis in Alcibiadem fa- ctio	74	
Æacidarum genus vnde	332	Agrorum diuisio	219	
Ægeus Thesei pater in eius interitus	15	Alcibiadis tutores, eiusque ingenium	64. 65. 72. in præceptorem contumacia 66. militia 67. mira indo- les ibid. callidum factum ibid. victoriæ	68
Æmilij nomen 200. P. Æmi- lij victoria 201. 204. trium- phus 206. mors, ibidem.		Alcibiades Socratis sectator	65. 66. quomodo ad rem- publicam aspirare	68
Æris alieni remissio	47	Alcibiades in Siciliã trans- fretat, & Catinam occu- pat	71	
Afranius à Cæsare profliga- tus	355	Alcibiades adulator	84	
Agamemnonis prouerbium	299	Alcibiadis bona publicata	72	
Agésilauus hostes bellicosio- res reddidit 31. rex decla- ratur	236	Alcibiades accusatus quòd Ceretem violasset	71	
Agésilauus Asiam igne ferro- que populatur	312	damnatus 72. patriæ reconciliatus 73. in car-		
Agésilai fraudulentum con- siliium	219			
Agésilai virtutes 316. apo- phthegmata	315			

cerem coniectus	74	Alexandri apud Maltos pe- riculum	345
Alcibiades rursus populare odium occurrit	76. in Thraciam secedit, ibid.	Alexander Demosthenem, Lycurgum, Hipperidum, Charidemumque ad sup- plicium dari petit	366. à Phocione mitigatur
Alcibiadis reditus in patriam insolentia	76	Alexander à Demetrii mini- stris confossus	434
Alcibiadis mors	77	Amazones	324
Alexander Pheræus	123.	Ambronum cædes	260
eius malignitas & feritas ibid.		Amphytriones	46
Alexander Macedo impera- torum maximus	145	Amulius obruncatur à Ro- mulo	20
Alexander Macedonum rex Mardonij voluntatem ho- stibus aperit	179	Androgei fatum	14
Alexander regno pulsus in- terficitur.	249	Animi ingenij signum	32
Alexander Magnus paternum genus ab Hercule mater- num ab Æaco traxit	336	Annonæ caritas mira	241
Alexandri membrorum fra- gantia	336. mora eius in- doles	Anax à Cæsare instauratus	356
Alexander Aristoteli datur erudiendus	337	Anserum Rom. utilitas	96
Alexander in medicina ver- satus.	ibid.	Antigona Pyrrhi vxor	248
Alexandri strenuè gesta	338	Antigonus Iudæorum rex securi percutitur	447
Alexander à Græcis dux eli- gitur contra Persas	ibid.	Antigoni somnium	425
Alexandri iocosum dictum		interitus	451
340. ad Hammonem pro- fectio, ibid. continentia ibid. & 341. munificentia 346. mors ibid. liberali- tas	567	Antiochus fufus	154
		Antiopiæ facinus	16
		Antipatri largitio à Phocio ne repudiata	369
		Antipatri mors	ibid.
		Antylli cædes	228
		Antonius populum ad furo- rem incitat	442. Cice- ronis opera hostis iudica- tur 443 Cleopatæ vin- culis irretitur 450. à Cæsare

I N D E X.

- | | | |
|---|---|--|
| <p>tos pe-
345
enem.
ridum,
ad sup-
366. à
367
ij mini
434
324
260
46
à Ro-
20
14
32
241
uratus
as 96
248
m rex
447
425
451
154
16
hocio
369
ibid.
228
ad furo
Cice-
udica-
vin-
à
Cæsare</p> | <p>Cæsare vincitur 452. sibi-
ipsi manus affert 453
Antonius & Curio tribum
plebis ex vrbe eiekti 351
Antonij in Ciceronem o-
dium 420
Antonij crapula 441. co-
mites 444. miserandus e-
xitus 451
Appius Claudius 61
Apollonij de Cicerone testi-
monium 413
Aratus post Leonidæ obitu
Arcades bello infestat 217
Aratus Sycionem noctu in-
uadit 471. Græciam à
tyrannide liberare parat.
472
Arati ingenium 471. impe-
rium 479. mors 480
Arato statua erigitur 472
Ariadna 15
Archelaus 241. 243
Archimedis machinæ 127.
mors 128
Areopagitarum consilium
49
Argos occupatum 222
Aristides reperundarum ac-
cusatus ostracismo rele-
gatus 176
Aristidis & Themistoclis
contentio 174
Aristidis natura 174. mi-
ra in aduersarium bene-
uolentia 175. continen-</p> | <p>tia 176. trophæum 177
sententia de auro 178
paupertas 181
Aristippus transfoditur
475
Aristoteles Alexandri præ-
ceptor 337
Artaxerxis ingenuitas 457
Artaxerxis humanitas 122
Aruns Tarquinij filius 58
Asylum 21
Athens euerse 234
Athenarum Democratia 15
Athenienses à Theseo defi-
ciunt 17
Athenienses adulatoris 427
Atheniensium res gestæ in
Sicilia 72. 73
Atheniensium cum Antipa-
tro pax 369
Atheniensium in Chabriam
decreta 507
Atlanticum Oceanum pri-
mus ingressus est Cæsare
351
Atticus sine pompa tumula-
tus 543
Auaritiæ tollendæ ratio 39
Auri argentique vsus à Ly-
curgo sublatus 29
Babylonia ab Alexandro
subiecta 342
Barbarorum clades 340
Beatus soloni quis 253
Bellum Sabinum 21
Bellum Spartiarum 69</p> |
|---|---|--|

I N D E X.

Bellum Siculum	70	mors	57-444
Bellum Persicum	88	Bruti malus genius loquitur	
Bellum Gallicum	95	401	
Bellum Siculum	127	Bruti copia auro argentog.	
Bellum Peloponnesum	160	ornata, ibidem, eius	
Bellum Macedonicum	202	miranda spes & audacia	
Bellum Argolicum	217	402	
Benevolentiam conciliat fa-		Bucephalus equus	334
cilitas	373	Bucephali mors	343
Bibliotheca Eumenis in-		Bysyris immolatus	13
cendium	266	Bysantij obsidio	75
Boni liberi sunt, mali mini-		C æsar caluitiem fugat	
mè	381	347. Comment. belli	
Bovis imago cur nummis		Gallici conscribit, ibid.	
imprensa	16	in piratas incidit	348.
Brennus Romam expugnat		consul designatur	350.
95		consulatum petit	351.
Bromatus à Marcello cæsus		Italia potitur	352
125		Cæsaris munificentia	348.
Brutus Platonicus	395.	præclare dictum ibid. ce-	
Græcas complures scri-		leritas incredibilis in ex-	
pfit epistolas ibid. Pom-		peditionibus	ibid.
peium tanquam æquio-		prætura 350. arrogancia	
rem sequitur, ibid. Cæ-		& incivilitas.	357
saris filius non abs re exi-		Cæsaris eloquentia	347.
stimatus est	396	vxores 348. 349. æ ali-	
Brutus tyrannidis osor	396	num 350. calliditas 353.	
Cæsari suspectus est, ibid.		subita victoria tribus ex-	
Athenas nauigat post in-		plicata verbis	354
terfectum Cæsarem	399.	Cæsar parum continens	348
seipsum interfecit.	404	Cæsar interfectorum Pom-	
Brutus Cymbæ & Casca		peij alterum interfecit	354.
Cæsari insidiantes	357	natando ad suos fugere	
Brutus & Collatinus con-		cogitur	354
sules	55	Cæsar ad Rubicõnem venit	
Bruti in filios seueritas	56.	329. urbem ingreditur:	
		ibid.	

- 57-444
 quibus
 entōq.
 eius
 audacia
 334
 343
 13
 75
 fugat
 t. belli
 ibid.
 348.
 350.
 351.
 352
 348.
 d. ce-
 in ex-
 ibid.
 gantia
 357
 347.
 s alie-
 35 353.
 us ex-
 354
 ns 348
 Pom-
 t 354-
 ugere
 354
 venit
 ditur
 ibid.
- ibid. Pompeium vincit
 331
 Cæsar perpetuus dictator &
 pater patriæ appellatus
 356
 Cæsar Germanos laceffit
 379. morti Catonis inui-
 det 382
 Cæsari fortuna niniium a-
 mica 381
 Cæsaris equus descriptus 355
 Cæsaris de Catilinartiis sen-
 tentia 375
 Cæsaris dictum de iure vio-
 lando 357
 Cæsar pallentes & macilen-
 tos reformidauit 357
 Cæsari quoniam insidiari fue-
 rint 357
 Cæsaris cædes 318. rogi in
 eius honorem extructus, &
 statua erecta ibid.
 Cæsaris interfectoibus præ-
 mia decernuntur 398
 ex Cæsaris percussoribus ne-
 mo triennium præterit
 558
 Cæsaris Augusti familia &
 nomina 605
 Cæsaris hæres & vltor à con-
 iuratis interfecti 605
 Cæsar Augustus Antonino
 reconciliatur 606
 Triumviratum componit
 607
 Cæsar Lepido eiccto, Anto-
 nium superat 607. conf-
 pirationes dissipat ibid.
 varias gentes debellat
 608
 Cæsaris temperantia à po-
 pulis remotioribus vene-
 rata 608
 Cæsar Aug. à Germanis bel-
 lo profligatur 609
 Cæsaris studia tanto princi-
 pe digna 609. eius præ-
 clara gesta ibid.
 Cæsar x x. Imperator salu-
 tatus 610. eius virtutes
 ibid. ob quas Pater patriæ
 nominatus ibid.
 Cæsar Monarchiam aliorum
 suauis retinet 610
 Cæsaris priuata vita 611. cor-
 poris habitus ibid. inge-
 nium & amor literarum
 & literatorum ibid. eius
 proles 612
 Cæsar infelix domi 612
 Cæsaris erga Liuiam amor
 612
 Cæsaris Augusti epitome vi-
 tæ, viuaque effigies 613.
 eius mors 614. testa-
 mentum ibid.
 Cæsaris volumina tria 615.
 Funus ibid. Apotheosis
 ibid.
 Caius Gracchus 224. &
 deinceps,
 Callistratus Atheniensium
 P p iij

- legatus 523
 Camerini à Romulo fusi 24
 Camillus Gallis fugatis Romanam recuperat 96
 Camillus de Gallis triumphat 66. & de Latinis 97
 Camillus quartum, & quintum dictator 98. Concordiæ templum extruit ibidem, diem obiit 99
 Camilli præclarum facinus 94. fuga & reditus 95
 Cannensis clades 112
 Capitolium à Sabinis occupatum 22
 Captivi lapidibus obruti 164
 Capuæ obsessio 141. deditio 142
 Cares Atheniensium dux 365
 Carthago Iunonia dicta 227
 Carthago à suis militibus, in summum discrimen adducta 530
 Carthaginensium XI. millia vno die caesa 153
 Carthaginis nouæ oppugnatio 148
 Cassius Cæsari conciliatur 396. Brutum ad tyrannidis euerfionem incitat 397. copias iungit cum Bruti copiis 399
 seruo iugulum præbet 402
 Cassij cum Bruto dissensio 396. natura in re bellica 400
 Cassij & Bruti in Casarem conspiratio 442
 Cassij mors 444
 Catilinaria coniuratio 373
 Cato virtutis cognomentum 181
 Cato maior disertissimus orator 182. senex Græcas literas didicit, ibid. Romanus Demosthenes appellatus 183. agriculturæ studiosus 189. libidinosus, ibidem
 Catonis continentia 182. censura 184. apophthegmata, ibid. sapiens consilium 187. religio in uxorem & liberos 188
 Catonem trium rerum pœnerebat 185
 Cato etiam senex nunquam ociosus 190
 Cato in carcerem ducitur 378
 Cato iunior 371. consularia comitia venalia damnat 374
 Cato iustitiæ diligens custos 375. legi à Metello promulgandæ obstat 376. & Pompeij affinitatem repudiatur, ibid. Cæsari se opponit, à quo in carcerem trahitur

- trahitur 378
 Catonis adhuc pueri constantia 372. generosus animus ibid.
 Catonis prætura 372. & 379. diligentia in seruando ærario 373. fides, ac de eadem prouerbium 374
 Cato in Catilinos sententia 373. eiusdem egregium dictum 379. & sancta aduersus Cæsarem sententia 380. oratio ad milites 381. & de seipso consilium ibidem
 Cato sibi ipsi mortem infert 382
 Celeres vnde dicti 25
 Celeres exauctorati 37
 Centauri 17
 Cerua Sertorij 271
 Cerua pugnae initium 291
 Chabrie authoritas, virtus & cædes 507
 Chalcedon obsessa 75
 Chalciæcus quid sit 497
 Charilaus 28
 Cicero sub Sylla militauit 412. primus Pater patriæ dictus 414. Clodij diligentia exiliū subire coactus, Pompeij studio reuocatur 416. primus Philosophiam Latinitate donauit 418. repudiata Terentia Publicam ducit 420
 Ciceronis ortus 411. & 412. facultates 414. commendatio 417. prudentia in non admittendo triumpho ibid. facetia 419. fortuna mutata, ibid. fuga in agrum Tusculanum 421. interitus 422
 Ciceronis ab exilio reditus 326
 Ciceroni dies à Clodio dictus 377
 Ciceronianorum librorum numerus 418
 Cimon classis præfectus 280
 Cimonis liberalitas 280. victoriae 281
 Cimonis interitus 202. & 286
 Cinna cum Sertorio pulsus 272
 Cinna pro coniuratore captus & confossus 398
 Ciuitas viris non muris cingenda 33
 Ciuium distributio 41
 Ciuium census 49
 Ciuilis belli origo 240
 Cleombrotus Spartanorum rex 118
 Cleombrotus in exilium 211
 Cleomenes fufus 159
 Cleomenis natura 416. victoria 218. festinè dicta 220. interitus 224
 P p iij

I N D E X

Cleomenis victoria	478	tur	503
Cleomenis copiae repressae	479	Cononis victoria	501
Cleopatra Aegypti regina à Caesare constituta	354	Consilio porius quam cele- ritate & audacia res ma- gnae gerendae sunt	397
Cleopatra ad Antonium na- uigat	445	Consulum alter popularis eligitur	99
Cleopatrae inauditus appa- ratus	ibid.	Coniunctio Lycurgi	29
Cleopatrae mors ac regale funus	454	Coriolani cognomen vnde	80
Cliti mors	343	Cornelius Scipio	144
Clodius de pollutis sacris accusatur 415. Ciceroni fit inimicus. ibid. à Mi- lone necatur	416	Coscorum vniuersa gens ab Alexandro deleta	346
Clodij audacia	326	Coris Paphlagonum rex	314
Caelibum poena Sparta	31	Cotta à Mithridate vincitur	289
Collatinus	55.56.57	Crassi cum Pompeio consu- latus	377
Comarum primitiae	11	Crassi inuidia 305. victoria & epulum 307. interitus	309
Comitia consularia venalia à Catone iuniore damna- ta	374	Crateri mors	267
Comitia tonitru audito dis- solui solita	378	Crispinus cur à militibus oc- ciscus	484
Concordiae templum quare à Camillo extructum	98	Cresus à Cyro superatus	53
Concordia inter diuites & inopes rara	78	Cylonis factio	46
Coniurationis fomes & o- rigo	55	Cymbriacum bellum	258
Conon Atheniensium dux	535	Cyrrheorum sacrilegium	46
Conon Persarum regem a- dorare recusat.	501	Cyrus regni gratia Artaxer- xi fratri struit insidias	457
Conon dolo à Persis capi-		Cyrus cautiore factus Cresi periculo	53

- Cyri & Artaxerxis confli-
 ctus 458
 Cyrus à fratre occiditur 458
Darius patri in regnum
 succedit 461. patris ius
 su supplicium perfert 462
 Darij mater, vxor & filia
 captæ 340
 Darij copia 339. Clades 340
 Darij ad Alexandrum lega-
 ti 341
 Darij exercitus cæsus ibid.
 Darij mors 343
 Datamis genus 511
 Datames Thyum regem Pa-
 pphlagonia cum vxore &
 liberis capit 512
 Datamis in Aspin Cataonia
 regem expeditio 513
 Datames Aspin capit 514
 Datames deficit à rege Per-
 sarum 515
 Datamis strategema ibid.
 Datamis de regis Persarum
 exercitu victoria 517. in
 bello calliditas, ibid. stra-
 tegema aduersus insidias
 regis Persarum ibid.
 Datames per simulatam cu-
 iusdam amicitiam interfi-
 citur 518
 Decas, locus exitialis in car-
 cere 211
 Decimæ Iunoni votæ 94
 Deidamia Demetrio nupta
 430 moritur 432
 Demades orator Athenien-
 ses Alexandro reconciliat
 409
 Demadis in Demosthenem
 odium 410
 Demaratus 92
 Demetrius Macedonia rex
 249
 Demetrius Athenas liberat
 reddere constituit 477
 Vxorem ducit 428. cal-
 ceis vitur, & subditis adi-
 tum colloquiumque pro-
 hibet 435
 Demetrij victoria & machi-
 na 428. libido 430. tri-
 stis exitus 431. fuga 436
 Demetrius supplex hosti Se-
 leuco vitâ committit 438.
 moritur ibid.
 Demetrio Phalereo trecenta
 statua ab Atheniensibus
 eriguntur 492
 Demosthenes ab Harpago
 corruptus in exiliu mitti-
 tur 409. hausto veneno
 expirat 411
 Demosthenis de Phocione
 dictum 363
 Demosthenis æmulatio &
 studiū 406. auaritia 407.
 fuga 408. facetus sermo
 409
 Demostheni vires pares in-
 genio defuere 411
 Diogenis cum Alexandro

- colloquium 338
 Dion animi magnitudine
 consilioque præstans 385.
 Platonis, cuius fuit disci-
 pulus, doctrinã arripit 387
 Dion se contra Dionysium
 instruit 388. Minoam Si-
 cilie oppidum occupat
 389. & paulò post Syraeu-
 fas, ibid. patrie liberator
 salutatur 393. pugionibus
 confoditur 394
 Dioni insidie struuntur 387
 Dionis diuitie 387. victoria
 393
 Dionysij tyranni suspicaci-
 tas 386
 Dionysij fors misera 194
 Dionysij natales 564. Prætu-
 ra ibid. Imperium 565. No-
 uus dominatus ibid.
 Dionysij nuptie & proles
 566
 Dionysij in eius tyranni-
 dem compressio 567
 Dionysius periculo elapsus,
 varias vrbes sibi subiicit
 567
 Dionysius bellum Carthagi-
 nensibus denuncia: 568.
 Motyæum expugnat ibid.
 Dionysius ab Himilcone re-
 pressus 569. in maximas
 concilicatur angustias ibid.
 Dionysius Messaniam extau-
 rat 570. Magonam vin-
 cit ibid. Pacem iniit cum
 Carthaginensibus ibid.
 Græcos in Italia adoritur
 600. Rheginos affligit 601
 Cauloniam & Rhegium
 euertit ibid.
 Dionysius poemata scribit
 601. euulgat eadem 602
 Dionysius irrisus, in amicos
 propinquos & subditos sa-
 uit 602
 Dionysius omnes timet,
 quem omnes timebant.
 602
 Dionysius deos suos contē-
 nit, eorumque delubra
 spoliat 603
 Dionysius iterum cum Car-
 thaginensibus bello cer-
 tat, vario euentu 603. pa-
 cem initam violat 604.
 huius perfidie pœnas luit,
 & tandē extinguitur ibid.
 Diuitie quibus præcipuè ne-
 cessariae 117
 Domitius victus à Pompeio
 320
 Draconis leges 48
EChemytia Pythagorea
 37
 Egeria nympa 36
 Eleusina sacra 76
 Epaminondas Pelopidae a-
 micus 117
 Epaminonda victoria 121
 Epaminonda genus & in-
 stitutio

- inuit cum
 us ibid.
 adortur
 affligit 601
 Rhegium
 ibid.
 a scribit
 em 502
 a amicos
 ditos 524
 602
 timet,
 mebant.
 contē-
 delubra
 603
 m Carlo
 lo cer-
 03 pa-
 604.
 as luit,
 ar ibid.
 uē ne-
 117
 mpeio
 48
 gorea
 36
 76
 e a-
 117
 121
 e in-
 tuno
- stitutio 520. meres & vir-
 tutes ibid. fides & caritas
 erga ciues 521. abstinentia
 ibid. dilemma de patriæ
 caritate 522. eloquentia
 ibidem. aliquot dicta 523.
 patientia & pietas in pa-
 triam 524. elogium 525.
 cædes 526
 Epaminondas Atheniensem
 plebiscito cur non parue-
 rit 524
 Epaminondæ morientis di-
 ctum 526. de procreandis
 liberis dictum ibid.
 Ephori 219
 Ephestionis mors 346
 Equitatio prius dictatori
 prohibita 109
 Ergini præclarum facinus
 473
 Erheoclis celebre dictum
 235
 Euagoras fidei seruandæ stu-
 duit 535
 Euagoræ principatus initiū
 533. eiusdem laudes 534.
 virtus 535. res gestæ 536
 Euangelus de re militari 58
 Eumenes ad Alex. educan-
 dum accitus 269
 Eumenis & Neoptolemi mo-
 nomachia 268
 Eumenis interitus 721
Fabius Maximus consul,
 & mox dictator 109
 Fabius Rom. clypeus nun-
 cupatus 126
 Fabij mora 110
 Fabij humanitas 113. mors
 115
 Fabricij cum Pyrrho pugna
 253
 Facetia elegans 157
 Falisci vltro Romanis se de-
 diderunt 94
 Fames exitialis 448
 Famis rarum exemplum 433
 Faunus 40
 Februarius à Numa inuen-
 tus 48
 Fides nunquam violāda 265
 Fidei & Termini templum
 40
 Flaminius 165. 170. & deinceps.
 Flaminiij calliditas & fortu-
 na 166. trophæum 169
 Fœciales 39
 Fortunæ inconstantia 140
 Fortunæ inconstantia 114
 Fuluiæ mors 446
Gallæ auaritia 464. im-
 perium 465. violen-
 tus interitus 469
 Galli à Camillo fugati 96
 Gallia à Cæsare subacta, &
 Rom. imperio adiecta 351
 Gallicum bellum 95
 Germani a Cæsare laceffiti
 379
 Germanorum exercitus à

Galba deficit	467	monium	241
Germanos cladibus affecit		Hannibalis calliditas	110
Cæsar	352	Hannibalis iuramentum in	
Gorgias	120	Romanos 133. prima ge-	
Gracchi nuptiæ 212. mors		sta 134. transitus in Italiã,	
216. C. Gracchi mors 229		ibidem: victoria 136. a-	
Græcia à tyrannide per Ara-		stutia 138. fuga 145. te-	
tum liberata	474	stimonium de Fabio 145.	
Græcorum in Parthos belli		de Scipione 145. callidi-	
causa	450	tas 146. interitus, ibid.	
Græciæ moderatio Aristidi		Hannonis clades	151
commissa	180	Hædrubal 144. eius mors,	
H Edui Aruernique à Cæ-		ibid.	
lare superati	351	Helenaë raptus	17
Hæredis boni institutum		Heraclidis interitus	394
104		Herculis fama Theseû exci-	
Hamilcaris genus 529. res		tat 12. &	13
in Sicilia gestæ, ibid. con-		Herculis columnæ	344
stantia ibid. in Africa res		Hippolytus Thesei filius	16
gestæ 530. in Hispania res		Hirtius & Pansa consules	
gestæ & mors 531. in Ro-		ambo cadunt	421
manos odium	ibid.	Horatij Coclitis egregium	
Hamilcar in Hispaniam mit-		factum	60
titur	530	Hospitem esse tutum, hone-	
Hammonis de Cimone re-		stum est	140
sponsum	286	I Anuarius à Numa inuen-	
Hammonis filius salutaris		tus	41
Alexander	340	Iason tyrannus Thessalo-	
Hannibal Tarentum proditi-		rum	510
one capit	113	Iberorum vota	275
Hannibal sciebat vincere, vi-		Ieetes ac filius cruci affixi	
ctoria vti nesciebat	139	198	
Hannibal periclitatur	140.	Ignis sacri custodia	38
Romam venit 141. super-		Improbi ditantur, probi ino-	
ratur	153	pes fiunt	35
Hannibalis, de Fabio testi-		Infantium lustratio	32

I N D E X.

Insidia	143	presso comparata	368
Invidia gloriæ & opum co-		Lex contra sumptus	30
mes	507	Lex conjugalis	49
Iphicratis in militari disci-		Lex admiranda de iis qui	
plina præstantia 504. res		orta seditione neutram se	
gestæ ibid. virtus & cor-		quantur factionem	49
poris forma 105. fides		Lex de abrogandis nohis	
ibid.		108	
Iphicratis filius, eiusque di-		Lex agraria	233
ctum quoddam graue 505		Leges Lycurgi	29
Isthmia Neptuni	158	Leges variae de lectu	39
Isthmus fossa muroque clau-		Leges Solonis 45. & deinceps.	
sus	306	Leges Draconis	48
Iuba à Cæsare profligatus 355		Leges agrariae à Cæsare promulgatae	351
Iudæa subacta à Pompeio		Leuctra capta	518
325		Liberi qui	381
Iugurtha captivus	258	Libidinis pœna	50
Iulius mensis à quo sic no-		Lictores vnde dicti	25
minatus	156	Ligures domiti	201
Iulia Cæsaris filia Pompeio		Literæ adulterinae exordium	
nupta	349	suis authoribus afferunt	
Iupiter Feretrius 21. Stator		145	
22		Litium tollendarum ratio 33	
Iupiter Feretrius	125	Litius quid	23
Iupiter Hammon	340	Lucilij erga Brutum mirificus amor	403
L acedæmoniorum quere-		Lucius Camillus 92. alter vr-	
læ de Alcibiade	73	bis conditor	23
Lacedæmoniorum in The-		Lucius Sextus consul popu-	
banos impetus	119	laris	99
Lamachi interitus	301	Lucius Furius	97
Lamia	428	Lucius Stolo	98
Lapithæ	17	Lucius Blandius	126
Laurentia Faustuli vxor	19	Lucius Lucretius consul	59
Leonidas	28		
Leontini expugnantur	198		
Leosthenis ducis verba cu-			

Luctus præscriptus	50	Maratonius taurus	13. & 14
Lucullus fœneratores tollit		Marathonia pugna	Miltiade
292. semper literis incumbit	295.	duce	490
bibliothecam pulcherrimam instruit	296	Marcellus Rom. ensis nuncupatus	126
Luculli de Mithridate victoria	290. liber. litas	292.	Marcelli fama
magnificencia	295	125	124. vorum
Lucullo triumphus decretus		Marcelli triumphus	126. de
376		Hannibale victoria	130.
Lugubres dies xii. Spartiatibus	34	mors	131
Lycurgus Eunomi filius, Sparta imperat	27	Marcelli mors	131
Lycurgus oculo priuatur	30	Marcus Brutus vide Brutus.	
Lycurgi leges	29. conuivia	Marcus Brutus ne hostibus quidem odio fuit	400
30. breuiloquentia	32. vltimum mandatum	Mardonius cum exercitu in Gracia relictus	89
35		Marius ciuile bellum renouat	240. à Sylla superatur
Lycurgus sibi mortem conficiuit	34		263
Lysander Athenas capit	77	Marij & Syllæ æmulatio	239
Lysander ephorus creatur	209	Marius humili loco natus	236. consul designatus
Lysander 232. & deinceps. eius continentia	ibid. vi	237	Marij mors permultis salutaris
storia	233. peregrinatio	263	Marij statua à Cæsare erecta
236. cædes	237. paupertas	347	Marius seruos nefarios ad pileum vocat
238		273	Marsicum bellum
Macedonum octo. millia caesa, & quinque capta	166	272	Martij Coriolani indoles
Macedonicum bellum	202	78. virtus	79. exilium
Magonis fuga	196	81. pietas in matrem	83
Maledicentia pœna	50	Martius corona querna donatur	78. consulatum
Manipulares vide dicti	20	petit	81. trucidatur
Mantina capta	227		84

I N D E X.

Martius campus	57	Mitrobarzani mors	293
Masinissa	152	Mitylenæ captæ	289
Matrimonij decus	50	Mnestheus	17
Medea Theseo infidias struit		Mœchum interimere fas	51
13		Mores peregrini prohibiti	
Mediolanum occupatum		34	
125		Morte aliena exultare, igno-	
Messanæ defectio	72	bilium est	366
Metellus ciuiles contentio-		Mulcta pecudum & boum	
nes Romæ excitat	375 376	59	
Metello aqua & igni interdicitur	261	Mulierum ornatus splendor	
Milites ad veram rei bellicæ		est maritorum	368
disciplinam reuocauit Ca-		Munerum corruptela	162
to Iunior	373	Murenæ dies dictus, quod	
Miltiadi genus	487	per largitionem consula-	
Miltiadis consilium de Da-		tum obtinuisset	323
rio superando	485	Musica & saltatio in Roma-	
Miltiades prodicionis falso		no principe vitiosa	519
accusatus in publica custo-		Mutij Scæuolæ constantia	
dia moritur	492	60	
Mindari mors	74	N Arnia Flamini coloniam	
Minotaurus superatus	14	165	
Minutius cū Fabio dictator		Naupactus obsessa	170
111. ab Hannibale cum		Nicias Atheniensium dux	
omni exercitu profligatur		68.69.70.	
112		Niciæ liberalitas & religio-	
Minutij arrogantia	138	nis studium	299. victoria
Mithridates	243	301	
Mithridates magnus exerci-		Nicias captus	303
tus	289	Nipsius igni ferroque man-	
Mithridates à Lucullo vin-		dat omnia	393
citur	399	Numa Pompilius Rom. rex	
Mithridaticum bellum Põ-		36	
peio commissum	295	Numa alter Pythagoras	
Mitronis clades	368	37	
		Numæ religio	49

I N D E X.

Numæ commendatio	42.	P allantidæ trucidati	17
mors	ibidem	Panathenea	14
Numantinum bellum	212	Pantaucus trucidatur	249
Numidarum XL. millia vna		Parthorum de Romanis vi-	
noctæ casa	152	ctoria	442
Numitor Romuli & Remi		Partus falsa imaginatio	98
auus	18	Pausaniæ exilium	281
Nummi ferrei	29	Pausaniæ mores	493. de
Nymphidius à militibus oc-		Mardonio victoria	ibid.
cifus.	466	in Barbaros expeditio	
O Cij fugiendi ratio	103	494. ad Regem Xerxem	
Octavianus Cæsaris a-		literæ ibid. fastus & luxus	
doptiuus, consul præter		495. interitus	497
ætatem factus	399	Pausanias à Lacedæmonis	
Octauij & Antonij copiæ		multatus	495
admirandæ	45	Pax inter Rom. & Gallos	
Octauia Antonio nupta		96	
446		Pax bello paritur	523
Olympia	16	Pecuniæ studium à Lyeurgo	
Olympia Alexandri mater		prohibitum	33
335		Pelopidas iudex inter Ale-	
Olympi altitudo	303	xandrum & Ptolemaum	
Opimius	229	120	
Oraculum fœscitatur Ale-		Pelopidæ & Epaminondæ	
xander	338	amicitia	117
Oraculum Pyrrho datum		Pelopidæ calliditas	118
255		Pelopidas capitur 222. in-	
Orchomenij deditio	237	terimitur	123
Ostracismus	102	Peloponnesum bellum	160
Otho imperator salutatus		Perdicæ mors	268
483. seipsum transfodit		Pericles viros fortes sepelit	
487		505. insidiæ illi struuntur	
Othonis natura	481. æs	106. ob pertinacem ani-	
alienum	482	imum multatur	107
Othonis in Galbam coniu-		Periclis natiuitas	101. mira
ratio	468	in loquendo potentia	ibid.

- ibid. trophæum 104. in
 Samios expeditio 101
 Pericles Pisistrato forma
 perfimilis 99
 Periphææ interitus 12
 Perithous Thesæi amicus 17
 Perpennæ interitus 278
 Perici fuga 205
 Persicum bellum 88
 Pharnabazum cum uniuersò
 exercitu fugauit Alcibiades 74
 Pharnabazi calliditas 235
 Pharnaces Mithridatis filius
 à Cesare fugatus 354
 Pharsalica pugna 353
 Philippi Macedonis genus
 544
 Philippus Macedoniae rex
 166. 167. 168
 Philippi & Olympiade som-
 niu[m] 335
 Philippus Macedo 527
 Philippus Macedo Helel-
 pontum inuadit 365. By-
 zantios bellis infestat ibid.
 magnam Atheniensibus
 infligit cladem 366
 Philippi mors 366
 Philisti mors 391
 Philopœmenes dux decla-
 ratur 161
 Philopœmenis calamitas
 163. mors 164
 Philotæ Parmenionis filij
 interitus 343
 Phocionis præstantia 385
 Phocion Megarense[m] Athe-
 niensibus conciliat 366
 Alexandrum Magnum
 mitigat 366. à quo mu-
 nera accipere recusat, 367
 Mitionem fugat 368. An-
 tipatri largitionem repe-
 diat 369
 Phocion pro Eretriensibus
 dux 364 Atheniensium
 viceſimus imperator
 368
 Phocionis mansuetudo 364
 mira continentia 367
 Phocion à Polyperconte
 custodia traditur 370. ve-
 ueno perit, eiusque cada-
 uer igne crematur 370
 Picus 40
 Piræum occupatum 314
 Pisistratus 46. 54
 Piso adoptatus à Galba 468
 Pittaci dictum 499
 Plato in Siciliam aduocatur
 à Dionysio 386. remitti-
 tur in Græciam 388
 Plebis secessus 79
 Plitona cæcis Lacedæmonio-
 rum rex 104
 Polypercon imperator ab
 Antipatro constitutus 369
 Polypercontis in Phocionē
 odium 370
 Pompeius Syllæ discipulus
 276

I N D E X.

- Pompeius Alexander ap-
 pellatus 318. imperator lu-
 lutatus 319. magnus ap-
 pellatus 321
 Pompeij triumphus 326
 Fastus & iactantia 328
 Pompeius Crasso reconci-
 liatus 350
 Pompeij affinitas à Catone
 repudiata 376. eiusdem
 cum Crasso consulatus
 377
 Pompeius Catoni infensus
 379
 Pompeij commentum in
 Tiberium 214
 Pompeij clades 380
 Pompeius uxorem repudiat
 325. ocio indulget 327. à
 Cesare superatur 331. oc-
 ciditur. 333
 Pompeia à Cesare repudi-
 ta 349
 Pomponij genus 338. mu-
 nificentia ibid.
 Pompo Attici insignis pru-
 dentia 540. moderatus
 v. Cui. 542
 Pomponij pietas in suos 542
 Pontificum constitutio Nu-
 mx tributa 38
 Populi rabies quanta 72
 Pori India regis proceritas
 345
 Porfena Clusinarum rex 59.
 Romam obsidet 60. pacis
 condiciones Romanis of-
 fert. ibid.
 Porfena statua 61
 Proserpina Aidonei filia 17
 Prouocatio à consulibus ad
 populum 59
 Prusiae contra Eumenem
 bellum 146
 Ptolemæus iunior 222
 Ptolemæus Syria pulsus 426
 Publicola Solone potentior
 63
 Publicolæ nomen vnde du-
 ctum 58
 Publicolæ mors 62
 Pugna celebris 145
 Pugna ad Granicum 338
 Pyrrhus Macedoniae rex de-
 claratur 251. Carthagi-
 nensium potentiam atte-
 rit 253
 Pyrrhi fortitudo 435
 Pyrrhi parentes 247. vxor-
 res 250. victoria ibid. in
 felix casus 255. mors 256
 Pythagoras 37-38
 Pythopolis vnde dicta 16
 Vixtores primi 59
Qu. Cecilij asperitas 539
Remus capitur 19. inter-
 ficitur 20
 Regis boni munus 36
 Regem conseruat ciuium a-
 mor, non stipatorum mul-
 titudo 386
 Rhegium captum 71
 Risus

I N D E X.

Rifus sigillum	35	mors & epitaphium ibi- dem	
Roma condita 20. in tribus tres diuifa	22	Scipio vulneratus	133
Romę incrementum	24	Scipio ꝑ siaticus	154
Roma obfeſſa à Porſena	59	Scipio quatuor duces ſupe- rauit	156
Roma expugnata à Brenno 95. & à Camillo recupe- rata	96	Scipio à Cęſare proſtigatus	355
Romanę vrbis ac ſenatus laus	252	Scipio à quo occiſus exiſti- metur	227
Roma in tres factiones di- uiſa	305	Sculpturę vſus Romę non antea	129
Roma à C. Graccho decora- ta	217	Scythę ab Alexandro pro- ſtigati	343
Romani à Latinis bello in- feſtantur	97	Seditio popularis quantum formidanda	393
Romanorum fuga 136. cla- de.	137	Senatus Rom.	21. 22
Romuli & Remi ortus	18	Seniores regibus cur dāri	29
Romuli mira fortitudo	22	Sepulturę ratio Spartanis	34
mors & apotheoſis	25. 26	Sertorij præclarum facinus	
Roxame Darij filia Alexan- dro nupta	343	271. fortitudo 273. victo- rię 274. elegãs ſtratagema	
S abinarum raptus	21	275. elegans ſomma 275. pietas in matrem	ibid.
Sabinum bellum	21	Sertorius altero oculo pri- uatus 273. Iberia pulſus,	
Sabini Romam recepti	22	273. inter epulandum ne- catus	278
Salij	39	Sertorius à domeſticis cę- ſus	322
Saxa igne & aceto molliera facta	155	Siculum bellum	127
Scipio puer patrem ſeruauit	147	Sicilia libertate reddita	199
Scipio imperator 147. con- ſul	150	Sparta Nabidi ceſſit	169
Scipionis continetia	148.	Sparta occupata	238
calliditas 151. triumphus	153	Sparę terra motus	285
153. celebre dictum	155		

I N D E X.

Spartianum bellum	69	Syracusanorum victoria	
Spēctacula & cōiuiua à Cæsare exhibita	355	302	
Spēctaculorum ac panegyrium vsus	102	Syracusanorum in Dionem ingratitude	391
Solis eclipsis	176	Tarentum ab Hannibale captum	114
Solis & Lunæ dierum numerus	41	Tarentum à Pyrrho occupatum	250
Solon mercator 45. se fure re simulat	46	Tarpeia virgo 21. &	22
Solon à Cræso inuocatus	55	Tarquinius Superbus	55. 57
Solon pecuniæ cupidus	62	Tatius Sabinorum dux	21. 22. 23
Solonis genus	44	Tatia Numæ vxor	36
Solonis elegans dictum ibidem: leges 45. & deinceps: fuga 52. mors	55	Taurus Minois dux	14
Sulpitius trib. pl.	240	Taxilles Mithridatis prefectus	242
Surinas dux admirandus	308	Temēritatis remuneratio	164
Sutrium vno die bis captum	97	Testamenta	50
Syllæ ortus 238. lasciuia 239. victoria 241. pactum cum Mithridate 243. crudelitas 244. mors	245	Terribarzi in Artaxerxem coniuratio 463. ab euncho detecta	ibid.
Sylla Pompeio aduersatur	321	Thais scortum regiam Xerxis succendit	342
Syllæ in Cæsarem odiū	348	Thales poeta	28
Syllæ domus carnificina	372	Thales nuptias contempnit	45
Syphacis cum populo Romano societas	149	Thebæ ab Alexandro direptæ	337
Syphax capitur	152	Thebani ab Alexandro superati	408
Syracusæ captæ	128	Thebanorum cum Atheniensibus societas	407
Syracusanorum defectio	127	Thebanos infestant Lacedæmonij	119
Syracusæ receptæ	196	Themistoclis ortus 86. ingenium	
Syracusæ à Dionē occupatæ	389		

genium ibid. natura , &		deve coronam deponit	324
gloriz ac virtutis studium		Timoleonis erga fratrem	
87. præceptoris de illo		benevolentia	192
præligium	86	Timoleonis victoria	197.
Themistocles celebre dictû		interitus	20
86. tacita responsio	87	Timon <i>ιστορίων</i>	70
callidum stratagemata	88.	Timothei virtutes	508. res
apophthegmata	90	gestæ	ibid.
astucia ib. d. exilium	91.	Timotheus ab Atheniensibus	
inors	91	damnatus	510
Themistocles scæ Solonis		Tissaphernis periurium	311.
imitator	86	interitus	313
Themistocles oraculum de		Titi calliditas	166
mœnibus ligæcis interpre-		Titus Græciæ <i>τοῦτο</i>	168
tatur	88	Titi superbus titulus	170
Themistocles exul à Xerxe		Tolmides multis præliis fe-	
humanissimè receptus	91	lix	103
Thesei nomen vnde	11	Tormentororum machinæ	
Thesei genus ab Hercule	12.	126	
pietas 14. uxores 16. in-		tribalorum rex ab Alexan-	
teritus	18	dro fugatus	337
Thesei ossa relata	281	tribuni quinque	79
Thracum belligerantium		triumphus Cæsaris toti vr-	
descriptio	203	bi molestus	365
Thrasimeneus lacus	136	Triumviratus Octavianus, An-	
Thrasymbuli virtutes	497	tonij & Lepidi	445
Thrasymbuli in victoria mo-		Tulliorum familia equestris	
deratio	499	412	
Thucydides	102	Tyranni thebis occisi	119
Thyi proceritas, forma &		Tyranni qui dicantur	493
ornatus	512	Valerius Publicola	55.
Tiberius Gracchus	212	consul declaratus	57
Tiberij adoptio	612	Valerij triumphus	57
Tigillinus homo impurissimus	483	Valerio domus e publico	
Tigranes ante Pompeij pe-		extructa	58
		Valerio Publicolæ filia	62

I N D E X.

P. S.	Vatinius prætor Catonis loco constitutus	378	Virginū nudatio Spartzæ	391
V.	Vetorum obsidio	93	Vulgi ingratitude & inconstantia	391
E.	ex Venere & Baccho quot mala	119	X Anthij cum liberis vrbem incensa in ignes infilium	400
	Vestales	23, 28	Xantippus Periclis filius	107
	Victoria cruenta	313	Xerxis fuga	83
	Victoria vix sine calumnia	68	Xerxis exercitus in Græcia	177
	Viduarum sponsalia	93	Xerxis palatium succensum	330
	Vindicius	57		
	Virginiaum obsidum magnanimitas	61		

F I N I S.



parta 31
& incon-

391
eris vr-
gnes in-

400
s filius

83
Græcia

succen-
330

